15.2.218.

Digitized by Google

JUS
METROPOLITICUM
MOGUNTINUM

IN DITIONEM FULDENSEM

PERPETUO POSSESSUM

CONTRA

SCRIPTUM FULDENSE

SUB RUBRO

FIDELISSIMUM SPECIMEN

JURIUM MOGUNTINENSIUM

PLENIUS ASSERTUM

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

PONTIFICI MAXIMO

EXHIBITUM.

MOGUNTIÆ,

EX TYPOGRAPHIA ELECTORALI AULICA ACADEMICA.

A. MDCCLIV.

Digitized by Google

ELENCHUS RERUM.

§. 1. Artes Abbatum perveniendi ad Epiſcopalem jurisdictionem ex Card. PETRA & LUCA.

2. *Modernus Abbas Fuldenſis recentiſſimè adhuc, quid prætenderet, incertus fuit.*

3. *Nunc Epiſcopatum à Jure Metropolitico Moguntino exemptum prætendit, ſcripto nuper edito.*

4. *Scopus ſcripti Fuldenſis malignus.*

5. *Finis hujus ſcripti Moguntini.*

6. *Proteſtatio duplex, & reſervatio Moguntina.*

7. *Fulda ſita eſt in Provincia Moguntina.*

8. *Quidquid ſitum eſt in Provincia, cenſetur de Provincia.*

9. *Effugium Fuldenſium contra hanc præſumptionem juris, deſumptum ex territorio, quod poſſidet Abbas, ſeparato.*

10. *Vanum eſt, quia poſſidet tantùm quoad unam partem jurisdictionem, tanquam præſcriptam contra Herbipolim, adeóque ad Summum territorium Separatum à Diæceſi Herbipolenſi, non à Provincia Moguntina.*

11. *Et quoad alteram partem tantùm ſub expreſſa Clauſula: ſalvo jure Metropolitico, adeóque ſub Archi-Epiſcopo.*

12. *Quia ante, in, & poſt præſcriptionem contra Herbipolim, etiam durante lite multoties, imò judicialiter agnoverunt Fuldenſes jus Metropoliticum Moguntinum.*

13. *Quia Fulda tantùm exiſtit in probatis præſcriptionis quadragenariæ contra ſolam Herbipolim, ſed rejectæ à ſ. m. Clemente XI.*

14. *Quia aliud eſt, habere territorium ſeparatum, quale habent omnes Epiſcopi Comprovinciales, aliud à Metropolitano eſſe exemptum.*

15. *Fuldenſis ditio cis amnem quondam Herbipolenſis fuit Diœceſis, adeóque Fulda præſcribens tranſivit in locum Herbipolis ſubjectæ Metropolitano.*

16. *Pars Fuldenſis trans amnem fuit*
Diœceſis Moguntinæ.
ex documentis claris,
ex confeſſione Capituli,
ex confeſſione Abbatum,
ex teſtimonio Hiſtoricorum Fuldenſium,
ipſiúsque S. D. N.

17. *Succeſſivè lis orta Fuldam inter & Herbipolim quoad partem cis amnem, quoad partem verò trans amnem Moguntia connivebat, & tandem ſolenni Concordiâ cedebat Fuldæ jurisdictionem Eccleſiaſticam primæ inſtantiæ, ſalvo jure Metropolitico.*

)(2 18. Ab-

18. *Abbas Fuldenſis pedetentim juriſdictionem poſſidere cœpit, nullo privilegio Apoſtolico obtentam.*

19. *In vanum adducuntur à Fuldenſi Scriptore vetera Pontificum privilegia à §. 16. usque §. 40.*

20. *Quia judicialiter à S. Rota tanquam inſufficientia ſunt rejecta.*

21. *Ecquòd ſolam importent exemptionem paſſivam ex Decis. S. Rotæ.*

22. *Et quia ex ſolo principio quadragenariæ præſcriptionis S. Rota judicavit pro Fulda, rejectis privilegiis.*

23. *Licèt præbuerint titulum coloratum præſcriptioni, hic titulus tamen nullus, invalidus, & inſufficiens eſt ex Verbis S. D. N.*

24. *Authoritas rei judicatæ nequidem quoad præſcriptionem ſuffragatur Fuldæ, ſed res litigioſa manſit in Dicaſteriis Urbis, usque ad annum 1722.*

25. *Ac ab Anno 1722. usque ad moderni Abbatis Fuldenſis electionem.*

26. *Hinc jus Fuldenſe ex ſola transactione recenti de Anno 1751. deſumendum, quæ nequit præjudicare tertio Metropolitano; nec valet per transactionem Epiſcopi cum Abbate elevari hic ad Epiſcopatum à Metropolitano exemptum.*

27. *In Rota nulla fuit quæſtio de jure Metropolitico Moguntino, ſed de ſolo exercitio juriſdictionis Eccleſiaſticæ Fuldenſis cum excluſione Epiſcopi Herbipolenſis, adeóque Rota non voluit præjudicare huic juri Metropolitano.*

28. *Nec S. Rota potuit præjudicare Archi-Epiſcopo Moguntino in lite non verſanti, nec ad litem citato; cùm Fulda non litigaverit cum Archi-Epiſcopo, vel contra eum adjudicari quidquam ſibi petierit.*

29. *Notatur Scriptoris Fuldenſis falſa explicatio Decreti S. Congregationis, & Clementis XI. de 3. Jan. 1721. rejicientis quadragenariam pro acquiſitione territorii ſeparati.*

30. *Refertur diſcurſus tunc habitus à moderno Sanctiſſimo D. N. & diſtinctio facta inter quosdam actus juriſdictionis, & integrum territorium perfectè à Diœceſi ſeparatum cum excluſione Epiſcopi.*

31. *S. Congregatio decidit, territorium ſeparatum acquiri non poſſe per quadragenariam. An verò actus particulares in qualibet ſpecie juriſdictionis præſcribi poſſint; id dependere ab illorum qualitate & circumſtantiis.*

32. *Fulda non ſolos quosdam particulares actus juriſdictionis, ſed integrum territorium tunc prætendit, quod per quadragenariam adjudicaverat Rota, ſed abjudicavit S. Congregatio.*

33. *Ulterior ſenſus Decreti S. Congregationis, quare loquatur de privilegio Apoſtolico vero, & de ſuî natura apto ad conſtituendum territorium ſeparatum, licèt aliunde extrinſecam dubietatem patiente.*

34. *Talia non fuêre privilegia à Fuldenſibus allata, ſed ſolam importârunt exemptionem paſſivam; Judice ipsâ Rotâ; adeóque & altera pars Decreti cauſam Fuldenſem non excipit, ſed evertit.*

35. *Notatur impudens aſſertum Scriptoris Fuldenſis, E. Archi-*

ſcopum Moguntinum fucum feciſſe, allegando prædictum Decretum S. Congreg. Fucus & falſa Scriptoris Fuldenſis manifeſta deteguntur.

36. Alia Scriptoris Fuldenſis æquivoca & falſa.

37. Sin allegando Decretum S. Congreg. & miſerabilem quadragenariam Fuldenſem complorando fucum fecit Moguntia, eundem fucum feciſſent Epiſcopi Herbipolenſes, S. Congregatio Concilii Anno 1723. imò ipſe modernus Summus Pontifex.

38. Refertur duplex editio Diſſertationis Herbipolenſis de Pallio. In prima Herbipolenſi allegatur pariter dictum Decretum contra Fuldam latum, pro Epiſcopis contra omnes Prælatos inferiores.

39. In altera editione Romana inſerta eſt aliqua additio, & excepta ab illo Decreto Fulda, contra verba præcedentia, & mentem Authoris Joan. Caſp. Barthel, imò omnium Epiſcoporum Herbipolenſium.

40. Rejectâ itaque per S. Congreg. præſcriptione, & per ipſam S. Rotam privilegiis Fuldenſibus, non opus, ad illa ſingillatim reſpondere.

41. Nec ad eorum formulas; cùm illas & ampliores adhuc iisdem jam rejecerit S. D. N. BENEDICTUS XIV. tanquam inſufficientes ad territorium perfectè ſeparatum, multò magis ad exemptionem à jure Metropolitico.

42. Refutatur reſponſio Scriptoris Fuldenſis. Pontifex loquitur de amplis etiam Abbatiis, & generaliter.

43. Refertur tranſactio quædam ſuper decimis inter Archi-Epiſcopum Mog. & Abbatem Fuldenſem, jam à Rota, nec non à Sanctiſſimo D. N. tanquam inſufficiens declarata, ad inferendum etiam ſolùm territorium ſeparatum.

44. Cauſa litis ſuper decimis non fuit prætenſum jus quaſi Epiſcopale, ſed omnigena etiam Laicorum immunitas à decimis in illis locis.

45. Recentiora Fuldenſium privilegia æquè parum probant, & pariter rejecta ſunt à S. Rota.

46. Nullo igitur modo, vel privilegiis vel præſcriptione fundatur prætenſio Fuldenſis, multò minùs contra Archi-Epiſcopum, cujus juri Metropolitico nunquam verbis contradictum à Fulda, adeóque pro Moguntia militat poſſeſſio negativa.

47. Objicit ſcriptor Fuldenſis actus juri Metropolitico contrarios.

48. Reſpondetur ad primum, abſonam eſſe illationem à Monaſterio exempto ad quaſi Epiſcopatum exemptum.

49. Ad ſecundum, Viſitationes Nuncii Colon. factæ ſunt in Fuldenſi Ditione authoritate ſupremâ Pontificiâ, quâ viſitari poſſunt Diœceſes Suffraganeæ Metropolitanorum.

50. Reſpondetur ad actus Appellationum Fuldenſium ad S. Sedem. primus actus nullus eſt ob varias Cauſas, præſertim ob ſequeſtrum.

51. Alter actus æquivocus & nullus. Tertius verò allegari nequit, utpote noviſſimè attentatus.

52. Reſponſiones generales ad hos actus. I. quòd ſint clancularii, nullo documento fulti. II. quòd appellationes ad judicium Metropolitanum Mog. ſint publicæ, à

 Ful-

Fuldenſi Conſiſtorio probatæ. III. quòd Archi-Epiſcopo unicus actus præſervet jus, teſtante S. D. N. IV. quòd liceat ad Sedem appellare, omiſſo medio.

53. Reſp. ad IV. falſum eſſe, quòd Concordia de Anno 1662. Moguntiam inter & Fuldam reſciſſa ſit.

54. Jus Metropoliticum Moguntinum non fuit articulus Concordiæ, utpote nunquam litigioſum, ſed tantum in ea confeſſatum eſt, adeóque reſciſſâ etiam tranſactione valido argumento inde probaretur, teſtante S. Rotâ.

55. Hæc tranſactio recenter fuit à Fulda agnita tanquam ſubſiſtens, & non reſciſſa.

56. Si hæc Concordia vigere non debet, nullum jus habet Fulda in parte trans-Fuldana, ſed jus Diœceſanum redit ad Moguntiam.

57. Non obſtat juri Metropolitico Concordia Herbipolim inter & Fuldam de A. 1722. quia infecta ex multiplici confeſſione Herbipolenſium.

58. Reſp. ad VI. Epiſcopus in partibus recenter Fuldæ conceſſus eſt ſinè præjudicio tertii Herbipolenſis Epiſcopi, & Archi-Epiſcopi Mogunt. nec aliter conſenſit Elector Moguntinus. Narratur tota Series, & afferuntur hujus rei monumenta.

59. Reſp. ad VII. Clancularia Concordia Hammelburgenſis modernis querelis E. Archi-Epiſcopi Moguntini initium dat, & quantum jura Moguntina lædit, nulla prorſus eſt.

60. Jactantia immemorabilis poſſeſſionis evertitur, eoquòd Metropoliticum jus toto aſſertæ præſcriptionis recentiſſimæ tempore confeſſatum ſit, ac actibus contrariis omnis præſcriptio, ſi inchoata foret, interrupta eſſet.

61. Referuntur actus poſſeſſorii Moguntini hujus juris à duobus ſæculis de A. 1529. quo tempore Epiſcopatum prenſabat Fulda.

62. Inanis reſponſio Fuldenſis, quòd petitus Conſenſus Archi-Epiſcopi quoad partem cis-amnenſem, & ob quæſitam ſæculariſationem Fuldæ. Jus Metropoliticum tunc novum non fuiſſe probatur.

63. Refertur confeſſio Abbatis Balthaſaris de A. 1575.

64. Referuntur actus appellationum Fuldenſium ad Metropoliticum tribunal Moguntinum de Annis 1613. 1617. 1626. quorum acta extant.

65. Vanum effugium Fuldenſe, quòd de his actibus non reperiatur veſtigium, refutatur.

66. Petitio principii eſt, hos actus juri S. Sedis Apoſtolicæ contrarios eſſe.

67. Vanum effugium de Archi-Diacono veteri Fuldenſi, qui ſubfuit Metropolitano Moguntino.

68. Exercitium juris Metropolitici Moguntini A. 1622. 1626. 1630. 1631. & ſeqq. uſque ad Concordiam de A. 1662.

69 Referuntur actus poſt bellum Germaniæ Suecicum, & fit tranſitus ad tranſactionem celebrem de A. 1662.

70. Notatur falſum manifeſtum Scriptoris Fuldenſis, tunc primò jus Metropoliticum inventum.

71. Notatur falſum aliud, hoc jus fuiſſe inventum ab Herbipolenſi Epiſcopo ad terrendos Fuldenſes.

72. Notatur falſa narratio Fulden-

denſis, & aſſertur vera occaſio prædictæ transactionis.

73. *Refertur relatio viſitatorum Provinciæ Moguntinorum ad Fuldenſes, ac retunditur impudentia Scriptoris adverſi ſugillantis pluralitatem Epiſcopatuum ex diſpenſatione Apoſtolica, præſertim in Germania.*

74. *Notatur æquivocum Scriptoris Fuldenſis de appellationibus ex parte Fuldenſi cis amnem Herbipolim deducendis, quod factum fuiſſet Salvo jure Metropolitico Moguntino.*

75. *Abbas Fuldenſis tunc non objecit exemptionem à jure Metropolitico Moguntino.*

76. *Non celebrata eſt Concordia ex metu vel colluſione, prout impudenter aſſerit Scriptor adverſarius.*

77. *Concordia hæc non læſit jus Herbipolenſe, exercendi Pontificalia in parte Fuldenſis ditionis.*

78. *Refutantur, quæ narrat Fuld. Scriptor de Apoſtilla aſſuta minutæ illius Concordiæ.*

79. *Conſonantia clauſulæ: ſalvo jure Metropo. Mog. & appellationibus., cum præcedentibus oſtenditur.*

80. *Jus Metropol. ineptè aſſeritur effectus ſimultatis Herbipolenſis cum Fulda.*

81. *Notatur aliud falſum: quòd Epiſcopi Herbipol. impugnarint transactionem non tam ob jurisdictionem Fuldenſem, quàm ob jus Metropol. Mog. aſſertum, & libertatem Pontificalium.*

82. *Modernus Epiſcopus Herbipol. contra juramentum ſuum ageret, ſi impugnaret jus Metropol. Moguntinum in Fuldam.*

83. *Referuntur alia obmota Fuldenſis Scriptoris, & refutantur.*

84. *Falſiſſimum eſt, poſt Electorem Mog. Joannem Philippum de jure Metropol. neque per ſomnium cogitâſſe alios Archi-Epiſcopos.*

85. *Moguntia non eget recentiſſimis actibus, qui fortaſſis extant in ipſis tabulariis Fuldenſibus.*

86. *Appellatio in libera litigantium voluntate poſita eſt, adeóque actus facultativus, cujus omiſſio aliquo tempore nemini nocet.*

87. *Refutatur novum falſum Scriptoris Fuldenſis, Primum, qui jus Metropol. novitatis ſtudio in medium afferat, eſſe Em. Archi-Epiſcopum Mog. modernum.*

88. *Referuntur nova æquivoca & falſa Scriptoris Fuldenſis a) non valere confeſſiones Abbatum. b) Epiſtolas eorum fuiſſe officia Urbanitatis. c) loqui de confœderationibus aliis ab illa de A. 1662. d) Adalbertum Abbatem malè egiſſe agnoſcendo jus Metropoliticum.*

89. *Reſpondetur ad I. oſtendendo peſſimas hujus principii ſequelas.*

90. *Notatur turpis petitio Principii Scriptoris Fuldenſis; nec agitur hìc de juribus S. Sedis.*

91. *Epiſtolæ Abbatum non ſunt officia urbanitatis, ſed in pactum deductæ cum ſuis formulis, & Adalbertus laudatiſſimus Abbas Fuldenſis optimè fecit, jus Metropol. Mog. & transactionem de A. 1662. recenter agnoſcendo.*

92. *Confeſſio judicialis coram S. Rota ejusdem Concordiæ ſubſiſtentis adhuc.*

93. *Hæc igitur ſalva conſiſtit, & conſervata fuit recentiſſimè Herbipolim inter & Fuldam per transactionem Hammelburgenſem 1. Oct. 1752. à S. D. N. confirmatam.*

94. *Ex recenti hac Concordia referuntur duo paſſus notabiles. I. quòd*

quòd in Caſum mutationis Abbatiæ contra fundatorum mentem jus Diœceſanum Herbipolenſe in Fuldam illibatum vigere debeat. II. quòd jurisdictio Fuldæ relicta per quemlibet novum Abbatem recognoſci debeat ab Epiſcopo Herbipolenſi.

95. *Vigere igitur etiam debet reſpectu Mog. Concordia cum Fulda de A. 1662. in qua eadem duo puncta habentur.*

96. *Ex his duobus capitibus ſequitur, jurisdictionem habitualem in Fuldam adhuc permanere apud Archi-Epiſcopum Mog. & Epiſcopum Herbipolenſem, ex confeſſione Epiſcopi Herbipolenſis.*

97. *Adeóque per rerum naturam non poſſe eſſe à jure Metrop. Mog. exemptam, & ſoli S. Sedi immediatè ſubjectam.*

98. *Provocatur ad Senſa S. D. N. & conferuntur illa cum modernis prætenſionibus Fuldenſium.*

99. *Narrata Fuldenſium quæcunque propterea retardare nequeunt promptam declarationem Sanctiſſimi D. N. & juris Metropolitici Mog. manutenentiam.*

100. *Quia, ſin etiam aliqua probabilia dixiſſent, ea eſſent altioris indaginis, & illorum inſubſiſtentia S. D. N. ſatis jam nota.*

101. *Quia liquida eſt poſſeſſio juris Metropolitici Mog. & liquida ſunt inſtrumenta hanc probantia, adeóque promptam executionem exigunt.*

102. *Quia S. D. N. jam declaravit, ſe Fuldam in ſuo ſtatu reliquiſſe, conſequenter Moguntino juri Metropolitico ſubjectam.*

103. *Quia S. C. Majeſtas non aliter conſenſum dedit in Epiſcopatum Fuldenſem.*

104. *Si Moguntia nec minimum jus haberet in Fuldam, omnes tamen rationes ſuaderent, ut Fulda ſubjiceretur alicui Metropolitano, & quidem Moguntino.*

105. *Aſt conſtat evidentiſſimè de jure illius in Fuldenſem clerum & populum Metropolitico, per omnes, quibus hoc jus probari ſolet, rationes.*

106. *Ex quibus ſequitur, Archi-Epiſcopum Mog. modernum vi juramenti contra Fuldam conqueri debuiſſe.*

107. *Nec niſi temerè accuſatur irreverentiæ erga S. Sedem & Summum Pontificem.*

108. *E contrario S. D. N. & S. Sedes indignabitur Fuldenſium narratis ſub- & obreptitiis.*

109. *Concluſio & petitio.*

§. I.

§. 1.

DOctiſſimus, & Fuldenſium hoc Sæculo molia minum non ignarus Cardinalis PETRA multo Rerum Eccleſiaſticarum uſu expertum habuit, &

Artes Abbatum perveniendi ad Epiſcopalem Juriſdictionem ex Card. PETRA & de LUCA.

Tom. V. ad Conſtit. Apoſtol. Conſtit. IV. CALLISTI III. *Sect. 3. N. 14.*

Occaſione ipſius Fuldæ ſcriptum reliquit: „ Anti„quitùs vix repertos Abbates Nullius, pleróſque reddi „hujusmodi Nullius, quòd Epiſcopi expenſas litis in „Rota, vel ob paupertatem facere non poſſint, vel non „velint, & cauſam hanc derelinquant cum maximo præ„judicio dignitatis Epiſcopalis, & animarum, quarum „cura principaliter Epiſcopis commiſſa fuit. Nunc in „quolibet angulo adeſſe iſtius qualitatis Nullius potiùs „prætenſores, & de facto poſſeſſores, quàm jure; ſem„per novum exurgere numerum Semi-Epiſcoporum „ob impotentiam Epiſcoporum, non valentium jura „propria tueri; Id quod pariter advertit Cardinalis „*de Luca* de Jurisd. ad not. ad diſc. 2. 11. & 17. & ſi „aliquis Epiſcopus zelo ductus velit facere expenſas, dif„ficile eſſe, ut ejus vitâ longa lis finiatur, Succeſſores „ autem fortè non ita in proſequendo eſſe ſollicitos. &c.

Senſit præter alios Orbis Epiſcopos, veritatem hanc etiam Herbipolenſis in Germania Eccleſia Cathedralis in ſua cum Abbate Fuldenſi lite: Quis verò credidiſſet, eundem Abbatem Fuldenſem, nequidem jure quaſi Epiſcopali contentum, altiùs aſpirare, & obtinere velle, quam ipſa non habet Herbipolis, prærogativam Epiſcopatûs exempti? & quid non dixiſſet Eminentiſſimus Cardinalis DE PETRA, ſi paucos adhuc annos in vita ſuperſtes fuiſſet?

Modernus Abbas Fuldenſis recentiſſimè adhuc, quid prætenderet, incertus fuit.

§. 2. Equidem cùm modernus Princeps Fuldenſis menſe Januario anni proximè elapſi, adeóque tribus poſt rem peractam menſibus, tandem ſalutandum crederet Eminentiſſimum ac Celſiſſimum Archi-Epiſcopum, Principem Electorem Moguntinum, ac, quas ad obvios quoslibet, etiam Moguntiam humaniſſimè dirigeret Epiſcopatûs Fuldenſis nuncias literas, conſilii capiendi adhuc dubius, ac quid facere, & an contra Archi-Epiſcopum ſuum inſurgere velit, incertus erat; *Incognitas*, dicebat, *ſibi etiamnum genuinas rei circumſtantias, & Summi Pontificis Intentionem; capropter certam adhuc notitiam ſe exſpectare, & ulteriora ſibi eò usque reſervare.* Vid. Summarium Num. I.

Summar. N. I.

Nunc Epiſcopatum à Jure Metropolitico Moguntino exemptum prætendit ſcripto nuper edito.

§. 3. Verùm Vigilantiſſimus Princeps Elector Moguntinus his ſub cuniculis hoſtem perſpexit, ac à Fuldenſium Patronis, Epiſcopatum Fuldenſem ſoli Sanctæ Sedi immediatè ſubjectum, & à jurisdictione Archi-Epiſcopi Moguntini exemptum, in ipſa Curia venditari, literis primùm Romanis circa idem tempus didicit; nuperrimè verò ſcriptum prodîit, quod quidem nativitatis, vel potiùs typi locum erubeſcit, ſed Fuldam ubivis prodit, & Fuldâ Romam miſſum, imò palàm in Comitiis Imperii Ratisbonenſibus diſtributum eſt Fuldenſi nomine, ſub titulo: *Fideliſſimum ſpecimen jurium Moguntinenſium &c. Unà cum animadverſionibus facti & juris &c.* In quo Eccleſiæ Moguntinæ jus Metropoliticum in Fuldam penitùs denegatur; imò incredibili pror-

prorſùs audaciâ aſſeritur: „Archi-Epiſcopos Moguntinos in clerum & populum Fuldenſem ab hujus Monaſterii incunabulis nullum penitùs jus diœceſanum „vel Metropoliticum poſſediſſe, vel adhuc poſſidere; Hoc „Metropoliticum jus ab Epiſcopo Herbipolenſi primùm „Anno 1662. contra Fuldam inventum; de eo ab aliis „Archi-Epiſcopis Moguntinis, quàm JOANNE PHILIPPO, „Electore Moguntino, & ſimul Epiſcopo Herbipolenſi, „non fuiſſe cogitatum; Solum modernum Eminentiſſimum Principem Electorem Moguntinum primùm novitatis ſtudio hoc in medium protuliſſe; turbas movere, ſeditiones excitare, Summum Pontificem non honorare, ſed proſcindere, criminari, calumniari cum „animi impotentia, & quæ ſunt alia hujus generis indigna ſcommata.

§. 4. Nec dignitati primi Germaniæ Principis Electoris convenit, verbis hæc ulciſci; Nec hujus loci eſt, effrons hoc ſcriptum, & ſoli ſuo Authori probroſum, de verbo ad verbum refellere: Duo tamen notare juvat, Primum: Authorem illius de victoria ſibi blandiri, ſi Eminentiſſimum ac Celſiſſimum Principem Electorem Moguntinum, quaſi Summo Pontifici rebellem impudentiſſimè traducat; Secundum: eundem ſcriptorem nuditatem Fuldenſis cauſæ, ac ambitum notorium, & bis centenarium Epiſcopatûs cum æquivocis ſuis & artibus omnibus Pallio Authoritatis Supremæ Pontificiæ velare, & tanquam cauſam Summi Pontificis propriam orbi obtrudere. Primum quod attinet, hoc loco nil excuſabimus. Nil prorſus ad Fuldam, ſin Elector Moguntinus Summo Pontifici minùs reverens eſſet. Scit Sapientiſſimus Pontifex artem illorum, qui juſtitiæ cauſæ diffidunt, eſſe, quibus quibus modis Judicem alteri parti infenſum reddere, & ſcit pariter, non illos ſemper eſſe magìs fidos amicos & fideles ſubditos, qui magìs blandiuntur, ne dicam, aſſentantur. Excuſabit ſe Elector Moguntinus, ſi neceſſe foret, apud ipſum Supremum

Scopus Scripti Fuldenſis malignus.

mum Eccleſiæ Caput, apud Pontificem, quem profundiſſimè ſemper reveritus fuit, & ſperat, fore, ut propediem in Urbe & Orbe innoteſcat, cui SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER juſtiſſimè indignetur; an ſub-& obreptionibus Fuldenſium, an extortæ & invitæ defenſioni Moguntinæ, parti læſæ, & indigno prorsùs modo habitæ? Quoad alterum: Sancta Sedes nunquam hac in re cauſam ſuam propriam faciet, & ſe partem declarabit, quàm parùm unquam Sancta Sedes ſe immiſcuit, ac partis vices ſuſcepit, dum Epiſcopi orbis Chriſtiani ab Abbatiis, exemptiones prenſantibus in lites tot raptati ſunt, quarum actis & deciſionibus cum orbis & bonorum omnium ſcandalo impleta ſunt Authorum volumina, & voluminibus bibliothecæ, tanquam perpetuis ſacri ambitûs monumentis; & quàm parùm in eadem hac cauſa Fuldenſi & Herbipolenſi partem ſe declaravit Sancta Sedes, aut juri ſuo quidquam decedere putavit, ſi Fuldam ſubjectam Herbipoli declararet, aut miſeram ejus præſcriptionem caſſaret. Nec illi dignitati honoríque Sanctæ Sedis conſulunt, qui cauſæ frivolæ, quæ mundo jam patet, & magìs patebit, patrocinium eidem perſuadere volunt. Fulda ſola pars, Archi-Epiſcopo ſuo refractaria ac fœdifraga exiſtit, Archi-Epiſcopum jure Metropolitico attentativè ſpolians, pars itaque aggrediens; contra Fuldam proinde ſolam noſtram defenſionem ſuſcipimus.

Finis hujus ſcripti Moguntini.

§. 5. Ipſis igitur SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI declarationibus iteratis & recentibus fretus, ac Sanctitatis ſuæ deſideriis humillimè morem gerens idem Em. Princeps Elector hæc in folia rationes juris ſui Metropolitici in Fuldenſe territorium, ejúsque clerum & populum perpetuò poſſeſſi denuò conjici juſſit, in alium nullum finem, quàm ut Sanctitas ſua illis uberiùs conſideratis, & quidem conformiter clementiſſimæ promiſſioni, ſinè ulteriori judiciali ſufflamine negotii; voluntatem ſupremam benigniſſimè manifeſtare, & declarare

digne-

dignetur, an Jus Metropoliticum Moguntinum prædictum, Metropoli Moguntinæ, uni ex præcipuis orbis Eccleſiis penitùs innocenti conſervandum, ac illa in ejusdem juris poſſeſſione manutenenda videatur, nec ne?

§. 6. Non itaque tangemus, quæ in Fuldenſium impreſſo adducta ſunt, ad poſſeſſionem Juris Metropolitici Moguntini non facientia; non hìc plura falſa *ſinceræ & fidelis rei geſtæ narrationis Fuldenſis* detegemus, nil de Pallio Herbipolenſi hoc loco dicemus, de quo vel Fuldenſis Scriptor Herbipolenſem diſſertationem nuperam, vel hujus Author Fuldenſe ſpecimen exſcripſit, licèt utrumque lucem nondum vidiſſet. Hoc Pallium Fuldenſem Scriptorem non attinet, niſi fortè ejus evictionem præſtandam ſuſcepiſſet, vel Fulda pariter Pallii cupida foret; nec effrænis ejusdem Scriptoris petulantem calamum imitabimur; quotusquisque honeſtus Fuldenſia illa leget, & cum Moguntina ſerie facti & juris, in qua perſonis parcitum eſt, & res ſola genuino colore depicta, ſatis ipſe indignabitur, & licèt rei nuper geſtæ ignarus, ſatis vera, quæ pauca ſunt, in Fuldenſi ſpecimine à falſis notoriis, quorum ibi multa, & ab æquivocis, quorum innumera, tam in jure quàm facto occurrunt, diſtinguet, hâc generali reſponſione tantiſper illi ſatisfactum eſto. Nec unquam Elector Moguntinus onus probandi jus ipſum Metropoliticum ſuſcipiet, ſed pauca tantùm ac liquida, & breviter quidem proponit, quæ promptam poſſeſſionis ſuæ manutentionem ineluctabiliter exigent. In his verò omnibus SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER, pro ſua Juſtitia & æquanimitate nunquam ſatis deprædicanda, benigniſſimè permittet, ut idem Eminentiſſimus Archi-Epiſcopus Princeps Elector Moguntinus cum Capitulo Eccleſiæ iſtius Metropolitanæ conformiter juramento Eccleſiæ præſtito, quo jura Moguntina tueri oportet, quàm humillimè & decentiſſimè quæcunque jura & juris remedia, ſibi & Eccleſiæ ſuæ Protestatio duplex & Reſervatio Moguntina.

 Me-

Metropolitanæ quomodocunque per Eccleſiaſticas & S. R. I. Leges publicas, ac obſervantiam aliàs competentia, ſolemniter reſervet, prout hiſce per expreſſum reſervat, nec iis ullatenus, ulla in re, renuntiatum eſſe, aut renuntiari declarat. Ut verò ad rem ipſam veniamus:

Fulda ſita eſt in Provincia Moguntina.

§. 7. Præprimis notoria veritas eſt, Fuldenſem Abbatiam, omnémque ejus ditionem temporalem in meditullio Provinciæ Moguntinæ ſitam eſſe. Unde & in omnibus Summorum Pontificum Bullis veteribus & recentiſſimis, imò in ipſa Bulla confirmatoria tranſactionis nuperrimæ Hammelburgenſis, Herbipolim inter & Fuldam initæ, Calénd. Octobris 1752 editâ, Fuldenſe Monaſterium enunciatur *Provinciæ Moguntinæ*, licèt hæc enunciativa in Bulla erectionis Epiſcopatûs Fuldenſis, quatriduo pòſt data (ſtudio an caſu, neſcimus) ab extenſore fuerit omiſſa.

Quidquid ſitum eſt in Provincia, cenſetur de Provincia.

§. 8. Notoria verò præſumptio juris eſt, id eſſe de Provincia, quod eſt in Provincia; ſicut enim quælibet parochia eſt in Diœceſi ſubjecta Epiſcopo, ſic quælibet Diœceſis, vel quaſi Diœceſis eſt in provincia, & ſubjecta Metropolitano.

Latè ROTA *in Salisburgenſi juris Metrop. 26. Nov. 1691. & 13. Febr. 1693. coram* PRIOLO.

ROTA *in Firmana jurisdictionis 17. Martii 1702: coram* MOLINES *n. 1.*

adeo, ut ad manutentionem ſufficiat hæc ſola ſituatio in Provincia, & exinde profluens juris aſſiſtentia.

ROTA *poſt Tamburinum de jure Abbatum decis. 56.*

ita, ut hanc manutentionem non retardet non uſus jurisdictionis Archi-Epiſcopalis, ſed ad illam præſervandam unicus ſufficiat jurisdictionis actus.

latè ROTA *deciſ. 491. n. 6. & ſeqq. P. 1. recent.*

& in Gerund. jurisd. 1. Martii 1690. coram BENINCASA *n. 13. &, qui unus omnium ſufficit*, SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER *Tom. 1. Bullarii*

larii Conſtit. LXXVI. §. 2. Tom. II. Bullarii Conſt. XXXIII. pag. 276. præſertim pag. 278. in fin. & 279. initio.

Effugium Fuldenſium contra hanc præſumptionem Juris deſumptum ex territorio, quod poſſidet Abbas, ſeparato.

§. 9. Notoriam hanc veritatem tam facti, nempe ſitûs Fuldæ in provincia Moguntina, quàm juris, ſcilicet præſumptionis ineluctabilis pro jure Metropolitico Moguntino in omnes Eccleſias intra Provinciæ limites ſitas inde deſcendentis; negare non audens Fulda ſtatim initio in æquivocationibus ſalutem ſuam quærit. Ajunt enim Fuldenſes in ſuo ſpecimine §. 56. illam præſumptionem juris locum habere poſſe, *ſi Fuldenſis Abbas non eſſet adhuc in probatis proprii ſeparatique territorii, tam in cis-quàm in trans-amnenſi plaga - - - Hujus ſeparati territorii conſectarium eſſe, quòd, licèt ſit in diœceſi vel provincia, nunquam tamen cenſeatur neque de diœceſi, neque de provincia, ſed liberum eſſe à quacunque jurisdictione ordinaria, excepto duntaxat Pontifice Maximo.*

Vanum eſt; quia poſſidet tantùm quoad unam partem jurisdictionem tanquam præſcriptam contra Herbipolim, adeóque ad ſummum territorium ſeparatum à diœceſi Herbipolenſi, non à provincia Moguntina.

§. 10. Quàm autem temerè & ſinè omni lege, auctoritate, ac ratione hæc narrat Fulda, tam facilè inprimis negando refelluntur. Deinde tot annorum ſpatio, quantum ad partem Fuldenſem cis amnem, nihil probavit Fulda, quàm quadragenariam præſcriptionem jurisdictionis contra Epiſcopum Herbipolenſem, adeóque, ſiquis quamlibet jurisdictionem à Prælato inferiori præſcriptam dicere velit territorium, probavit Abbas Fuldenſis territorium quidem, *ſolâ præſcriptione ſeparatum*, ſed ſeparatum, NB. *à diœceſi Herbipolenſi, non verò à provincia Moguntina.* Diximus: *quamlibet jurisdictionem.* Nam in deciſionibus ROTÆ Fuldæ favorabilibus ſemper excepta fuerunt (a) ea loca, in quibus ex ſpecialibus rationibus vel documentis jurisdictionem probare poſſet Herbipolis.

ROTA *coram* MOLINES *in hac cauſa 16. Febr. 1703. in fine.*

(b) quæ ſunt Ordinis, (c) & alia, quæ inferioribus

 præ-

Prælatis jurisdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus Concilii Tridentini decretis ſunt adempta.

ROTA *coram eodem in eadem cauſa. 27. April. 1705. in fine.*

Et coram ANSALDO 1*ma jun. 1708. n. 154.*
Adeóque nequidem omnem jurisdictionem etiam vi præſcriptionis adjudicavit S. ROTA Fuldæ, ſed multa excepit.

Et quoad alteram partem tantùm ſub expreſſo clauſula: Salvo jure Metropolitico, adeóque ſub Archi-Epiſcopo.

§. 11. Quantum ad alteram partem Fuldenſis ditionis trans amnem, nihil unquam contra Moguntiam judicialiter probavit Fulda, cum qua in judicio nunquam diſceptavit, ſed tantùm conſeſſa eſt Moguntia pro eo, quo ſolet ſemper, candore, poſt tempora cœptorum diſſidiorum Religionis in Germania, per conniventiam Archi-Epiſcoporum Moguntinorum in illa parte exercere cœpiſſe Fuldam quosdam jurisdictionis primæ inſtantiæ actus, *Salvo tamen jure Metropolitico Moguntino in viridi obſervantia conſtituto, & appellationibus à Fuldenſi Conſiſtorio ad judicium Metropoliticum Moguntinum illo tempore actualiter delatis & deferendis.* Quæ demum jurisdictio primæ inſtantiæ, ſalvo ſemper jure Metropolitico, & habituali diœceſano Moguntino, per ſolenne fœdus Anno 1662. ab Electore Moguntino Fuldenſi Abbati relicta fuit, de quo pluribus infrà. Nemo itaque dicet, ex ſic acquiſita qualicunque jurisdictione Abbatis per præſcriptionem in parte cis amnem, per conniventiam & pactum limitatum in parte trans amnem elidi poſſe præſumptionem juris notoriam pro Metropolitano militantem, ita ut nunc Metropolitanus jus Metropoliticum immortali lite fatigandus probare debeat. Verúmque manet, quodcunque, qualitercunque occupatum territorium ſitum in provincia, præſumitur de provincia.

Quia ante, in- & poſt præſcriptionem contra Herbipolim, etiam durante lite multoties, imò judi-

§. 12. Ante illa tempora, quibus Fuldenſes egregiam ſuam præſcriptionem contra Herbipolim cœperunt, agnoverunt Abbates jus Metropoliticum Moguntinum.

tinum, & Metropolitam ſuum reveriti ſunt. In illo ipſo tempore, quo iidem Fuldenſes judicio S. ROTÆ eandem præſcriptionem quadragenariam cœperunt, nempè à tempore BALTHASARIS Abbatis, idem jus Metropoliticum Moguntinum Fuldenſes verbis factiſque, interpoſitis nempe appellationibus, ſolennibus inſtrumentis, repetitis literis, hoc etiam adhuc ſæculo, durante proceſſu Fuldenſi exaratis, confeſſione item judiciali coram ipſa ROTA, quod infrà evidentiſſimè in lucem deducetur, toties quoties agnoverunt. Non itaque ullatenus everſa eſt præſumptio juris Metropolitici per quamcunque Fuldenſem præſcriptionem, vel judicatum S. ROTÆ, ècontrario magìs roborata hæc ipſa præſumptio manſit per tot actus Moguntinos, & per tot confeſſiones Fuldenſes, de quibus iterum fuſiùs infrà.

cialiter agnôverunt Fuldenſes jus Metropoliticum Moguntinum.

§. 13. Inſuper, cùm per uberiùs deducenda, ſententiarum Rotalium fundamentum in ſola quadragenaria præſcriptione cum titulo colorato conſtitutum, poſtea per declarationem f. m. CLEMENTIS XI. corruerit, adeóque Fuldenſis Eccleſia in nullis omninò probatis territorii etiam ab Herbipolenſi Diœceſi ſeparati ſubſiſtat, ſed omne jus ſuum, contra ipſam etiam Herbipolim, benignæ nuperæ voluntati Herbipolis tranſigentis grato animo adſcribere debeat, de quo pariter inferiùs; manifeſtè profectò ſequitur, quòd ex tali pacto tertii, nec jus Metropoliticum Moguntinum peſſumdari, nec præſumptio juris pro illo militans infringi potuerit.

Quia Fuldæ tantùm exiſtit in probatis præſcriptionis quadragenariæ contra ſolam Herbipolim, ſed rejectæ à f. m. Clemente XI.

§. 14. Fortiùs adhuc: habere territorium ſeparatum, & juriſdictionem in eo eccleſiaſticam, ac exemptum eſſe à Metropolitico jure, ſolique Sanctæ Sedi immediatè ſubjectum, duæ res ſunt planè diverſæ. Nemo mortalium negabit, Epiſcopos ſingulos habere territorium plenè perfectéque ſeparatum, & tamen propterea omnes Epiſcopi orbis exempti, & Sanctæ Sedi immediatè ſub-

Quia aliud eſt, habere territorium ſeparatum, quale habent omnes Epiſcopi Comprovinciales, aliud à Metropolitano eſſe exemptum.

jecti non ſunt, ſed ſuis Archi-Epiſcopis; & adhuc viget præſumptio juris, quòd Epiſcopatus ſitus in provincia, ſit de provincia, & adhuc Archi-Epiſcopus habet intentionem fundatam in juris aſſiſtentia ſuper omnibus Eccleſiis, etiam Prælatorum inferiorum, territorium ſeparatum habentium cum jurisdictione quaſi Epiſcopali, & ſuper ipſis Epiſcopis ſuæ provinciæ.

Præter adducta ſuprà ROTA *coram* PEGNA *Decis. 54. N. 3. & alia, quæ accumulat* DE PROSPERIS *de territorio ſeparato. Quæſt. XVI. N. 8.*

Multò magìs ergo ſalva manet pro Moguntia juris præſumptio contra Fuldenſes, veteres quidem prætenſores & poſſeſſores, ſed de facto magìs, quàm jure, non Jurisdictionis Eccleſiaſticæ exemptæ, ſed primæ inſtantiæ tam diu, donec præſtitâ ante omnia Archi-Epiſcopo ſuo reverentiâ, & firmato poſſeſſionis ſtatu, tot ſolennibus inſtrumentis & actibus munito, probabunt contra hanc præſumptionem & juris aſſiſtentiam, ſe pariter tam felices fuiſſe in præſcribendo contra Metropolitanum, quàm contra ſuum quondam pro parte, & niſi modò concordâſſet, modernum adhuc Epiſcopum Herbipolenſem.

Fuldenſis ditio cis amnem quondam Herbipolenſis fuit Diœceſis, adeóque Fulda præſcribens tranſivit in locum Herbipolis ſubjectæ Metropolitano.

§. 15. Atque, ut ſic ſtabilitâ præſumptione juris Metropolitici pro Moguntia fortiſſimè militante, hæc, quæ modò diximus, magìs eluceſcant, ac evidentiùs appareat, quòd hodie primitùs Fulda exemptionem à jure Metropolitico, non Moguntia inprimis, ùt indecenter & falsò aſſeritur, jus Metropoliticum ſomniare incipiat; Veritas notoria cuíque rerum gnaro eſt, & manet, quòd Abbatis Fuldenſis ditio temporalis cis amnem Fuldam, Franconiam versùs, Herbipolenſis quondam diœceſis fuerit, trans amnem verò non tantùm Metropolis, ſed Diœceſeos Moguntinæ, Moguntinò Archi-Præſuli, tanquam Epiſcopo, ſubjecta.

Primum vel ex illo ſolo patet, quòd ab Anno 1705. prætenſa Fuldenſium ab Herbipolenſi Epiſcopo exem-

ptio activa, ſive, ùt clariùs loquamur, aſſerta in clerum & populum ſuæ ditionis temporalis cis-Fuldanæ juriſdictio judicata fuerit ſemper à S. ROTA, non provenire ab exemptione *nativa*, id eſt, quòd Abbates Fuldæ, antequam ullus Catholicus Epiſcopus in eo loco juriſdictionem exerceret, jam gaviſi fuerint juriſdictione in clerum & populum; nec ex *dativa*, id eſt, ex quibuscunque Pontificum Bullis, ſed ex *ſola præſcriptione quadragenaria* contra Herbipolim. Quod, ùt uberiùs conſtet, ipſam Seriem cauſæ non noſtro, ſed ERUDITISSIMI PROSPERI DE LAMBERTINIS, nunc SANCTISSIMI DOMINI BENEDICTI XIV. calamo eruditiſſimo & exactiſſimo olim conſcriptum Summarii Num. II. pro majori commoditate, & ſimul Deciſionum Rotalium formulas apponimus. Summar. N. II.

Qui verò uberiorem veritatis lucem deſiderat, adire poterit ea, quibus Deciſiones Rotales jure nitebantur, Summaria Herbipolenſia, quondam coram Emerix Decano S. ROTÆ exhibita, & coram de la Tremoille Anno 1698. & coram Anſaldo 1708. reproducta; in quibus infinitos actus diœceſanos Herbipolenſes veteres in Fuldenſi ditione temporali exercitos reperiet. Habuit itaque Herbipolis in illa parte cis amnem jus diœceſanum, quod hìc ſolum erat demonſtrandum. At verò tota Diœceſis Herbipolenſis ſubjecta ſemper fuit, éſtque hodiedum Metropoli Moguntinæ; nil igitur aliud præſcripſit, vel præſcriptione acquirere potuit Fuldenſis Abbas, quàm loca Metropoli Moguntinæ ſubjecta; & ſicut in Epiſcopi Herbipolenſis locum præſcriptione ſucceſſit, ſic pariter, ſicut ille ante præſcriptionem, ſic Abbas nunc pergere debet in recognoſcendo jure Metropolitico Moguntino.

§. 16. Quantum ad alteram partem ditionis temporalis Fuldenſis trans amnem Fuldam, Thuringiam & Haſſiam versùs; mirâ audaciâ, hanc unquam Moguntinæ diœceſi ſubjectam fuiſſe, negat ſcriptor Fuldenſis, Pars Fuldenſis trans amnem fuit ditionis Moguntina.

 jacti-

jactitátque, jam à mille annis Fuldam illic propriam habuiſſe Epiſcopalem in clerum & populum juriſdictionem. Sin hac in re rerum cardo verſaretur, integro volumine hoc jus diœceſanum Moguntinum in partem trans-fuldanam probari poſſet. Plena non ſolùm ſunt omnia, & Pontificum Bullæ, & Archivia enunciativis
Ex Documentis claris. illis, quibus Fulda, quoad illam ſcilicet partem, dicitur *Moguntinæ diœceſis*, quorum exemplar unicum locò in-
Summar. N. III. numerorum in Bulla BENEDICTI XI. Summario Num. III. apponimus; in cujus ſequelam minimè dubiam Daniel Archi-Epiſcopus Moguntinus, graviſſimis aliis negotiis impeditus, *authoritate ſuâ Ordinariâ Archi-epiſcopali* ſub die 26. Julii anni 1569. commiſſionem dedit Abbati S. Jacobi propè Moguntiam, & Ioanni Mœrinck Officiali Moguntino, cujus authenticam copiam ex Archi-
Summar. N. IV. vio Moguntino Summario Num. IV. adjungimus, ut electum Abbatem Wilhelmum in locum prædefuncti Georgii Abbatis Fuldenſis, Ord. S. Benedicti, *ſuæ* (Moguntinæ) *Diœceſis*, ſuper quibusdam factæ Electionis Canonicæ, & Confeſſionis Catholicæ fidei articulis examinarent. Hæc enunciativa: *Moguntinæ Diœceſis*, non tantùm ſimiliter repetitur in literis Monaſterii S. Andreæ novi montis propè Fuldam, ubi nunc ipſius Decani Fuldenſis ſedes exiſtit, ſed inſuper Moguntino
Ex Confeſſione Capituli. Archi-Epiſcopo tanquam Diœceſano fructus biennales Parochiæ incorporatæ aſſeruntur, ac ſuper illorum taxâ tranſigitur, ſimúlque alia ad legem diœceſanam, jura Epiſcopalia, & Cathedraticum pertinentia aſſeruntur
Summar. N. V. Summarii Num. V. Sed adſunt hac ſuper re pariter recentiores ac ſolennes Abbatum Fuldenſium literæ, aliáque documenta; & quidem, ut ſemper in ſphæra recentiorum temporum maneamus, ac omittamus documenta, quæ inferiùs dabimus in Hiſtoria primi Epiſcopatûs Fuldenſis ambitûs; anno 1541. die lunæ poſt feſtum Simonis & Judæ Apoſtol. Philippus Abbas Ful-
Ex Confeſſione Abbatum. denſis, poſtquàm narraverat, ab initio ſuſcepti regiminis Fuldenſis varios caſus matrimoniales controver-

ſos

ſos ad judicium ſuum ſæculare aulicum delatos, ſed ad judicem Eccleſiaſticum tanquam competentem remiſſos. Porro dicit, ſe à ſuis ſubditis, Moguntinis diœceſanis adiri, conqueri illos, quòd cum expenſis remotiorem judicem inopes & pauperes adire debeant, cùm tamen aliàs Archi-Epiſcopi Moguntini, pro conſervanda juriſdictione rerum ſpiritualium Commiſſarium, coram quo ejusmodi cauſæ & caſus judicati fuerint, in Fuldenſi ditione, *Moguntinæ Diœceſis*, habuerint; hinc rogat idem Abbas Philippus Archi-Epiſcopum Moguntinum his verbis: „Cùm autem Nos (Abbas) ad multiplicem etiam inſtantiam noſtrorum (ſubditorum „temporalium) huic negotio, tanquam in *alienam* „*meſſem immittere* Nos nolumus, in probabilem tamen notitiam venimus, quòd Dilectioni Veſtræ, *ſuo*„*rum jurium ergò Commiſſarium quendam in ditione no*„*ſtra habere competat*, deſuper etiam à Venerabili in „Chriſto Patre, proximo Anteceſſore noſtro, piæ mem. „aliquot vicibus requiſita fuerit; hinc Dilectionem ſu„am hiſce amicè rogamus, quatenus Eccleſiarum ſua„rum Prælato, cujus eſt munus hoc committere, „præprimis mandare velit, ut debito illud modo ſecu„riſſimè exequatur, ut Nos multiplici inſtantiâ libere„mur, nec noſtri habeant, cur de juſtitiæ defectu con„querantur. Teſtante fuſiùs Summario Num. VI. Neque defuit tum temporis ſedens Archi-Epiſcopus Moguntinus Albertus Brandenburgicus Cardinalis, ſed paulò pòſt anno 1543. die 19. Septembris Commiſſarium hunc petitum à Fuldenſi Abbate conſtituit, teſtante adjuncto Commiſſorio Summar. Num. VII. tanquam Vicarium ſuum in oppido Fuldenſi *Moguntinæ Diœceſis* his verbis: „ſubditorum commodis, quantùm „valemus, paſtorali ſolicitudine providere, & eos à la„boribus & expenſis relevare cupientes, te - - - in „judicem ac Officialem noſtrum, ac Executorem ſta„tutorum provincialium per diſtrictum Fuldenſem *di*„*ctæ noſtræ Moguntinæ Diœceſis* - - - tenore præſen„tium

Summar. N. VI.

Summar. N. VII.

„tium deputamus, creamus & ordinamus, committen-
„do tibi judicatûs officii juriſdictionem & poteſtatem,
„cum omnibus honoribus & oneribus, ut in *oppido Ful-*
„*denſi præſideas ad audiendum, cognoſcendum, deciden-*
„*dum*, & ſine debito terminandum omnes & ſingulas
„cauſas; tam civiles, quàm prophanas, nec non ſpiri-
„tuales, matrimoniales & mixtas, ad forum eccleſi-
„aſticum tam de jure, quàm conſuetudine pertinentes,
„cujuscunque naturæ exiſtant, inter quoscunque Præ-
„latos, Conventus, Capitula, Collegia, Univerſita-
„tes, nec non ſingulares perſonas, clericos & laicos,
„cujuscunque dignitatis, ſtatûs, ordinis vel conditio-
„nis exiſtant, *in diſtrictu Fuldenſi dictæ noſtræ Mogun-*
„*tinæ Diœceſis* contingentes - - - - & faciendum,
„quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmi-
„ter obſervari, ſtatuta etiam tam provincialia, quàm
„ſynodalia, cenſuráſque & pœnas in eisdem contentas
„declarandum, ſublevandum & exequendum. De
„criminibus inſuper, exceſſibus & delictis per viam
„inquiſitionis - - - inquirendum & procedendum,
„ac perſonas quascunque, qualescunque exceſſus &
„Crimina perpetrantes, corrigendum, emendandum,
„atque puniendum, & mulctandum. Et prætereà ti-
„bi, ut rectoribus Eccleſiarum parochialium & bene-
„ficiatorum eccleſiaſticorum, cum cura, vel ſinè cura,
„per dictum diſtrictum Fuldenſem conſiſtentibus vel
„conſiſtentium pro tempore plenam licentiam, ut in
„ſuis parochialibus Eccleſiis, & beneficiis eccleſiaſti-
„cis - - - - reſidere minimè teneantur - - - - ad
„tempus & tempora, de quibus tibi videbitur expedi-
„re, ex cauſis tum rationabilibus - - - fertones quo-
„que & funerales, nec non bona clericorum ab inte-
„ſtato decedentium, ac fructus biennales, ac teſtamento-
„rum debitam rationem fideliter exigere & colligere - -
„poſſis & valeas. Inſuper literas & proceſſus Apoſto-
„licos videndi & examinandi, ac teſtimoniales literas
„ſuper eisdem dandi & concedendi, vice & autho-
ritate

„ritate noſtrâ tibi, tenore præſentium, licentiam ple„nam damus.

Ex quibus luculentiſſimis planè Documentis, ſole profectò clariùs, ex una parte, priſtinum jus diœceſanum Moguntinum in partem Fuldenſis ditionis, ex altera verò effrons ſub- & obreptio Fuldenſis Scriptoris hoc negantis, & Fuldenſem clerum & populum à mille jam annis exemptum, inauditâ audaciâ proclamantis. Accedit alia pariter recentior & ſolennis confeſſio Abbatis Fuldenſis Balthasaris, in eadem Epiſtola, ad Summum Pontificem GREGORIUM XIII. ſcripta, in qua miro prorsùs artificio, ſummâ pietatis ſpecie velato, Epiſcopatum iteratò prenſabat, & quæ adhuc originaliter in Archivio Vaticano extat; Ubi, *poſtquam ſibi jurisdictionis partem aſſeruiſſet* (falsò, ſi jurisdictionem in Monaſterio Fuldenſi, aliiſque Monaſteriolis illi ſubordinatis, & per Monaſterii principalis Monachos rectis, modò Præpoſituris vel grangiis, ac perſonas regulares eorum excipias) diſertis verbis ſubdit: *Reliquam partem inter* MOGUNTINUM METROPOLITANUM *& Herbipolenſem Epiſcopum jam a ſuperioribus temporibus fuiſſe diſtributam.* Summarii Num. VIII. Quòd verò Abbas Epiſcopatum ambiens contra rei veritatem, in proprium damnum & everſionem ſui petiti nihil fuiſſet confeſſurus, ſed potiùs hanc veritatem occultaturus, ſi non fuiſſet notoria, ſuâpte naturâ cuilibet ſano patet; Ac inſuper ex eo egregiè eluceſcit, quòd alius Abbas, Joannes ſcilicet, quadraginta annis priùs, dixerat: Is ſimiliter Epiſcopatum ambiens, Archi-Epiſcopum Moguntinum adiit Anno 1529. (uti totam rei hiſtoriam ex propriis Fuldenſium confeſſionibus & documentis infrà §. LXII. fuſiùs & evidentiſſimè demonſtrabimus) rogavitque, *ut de jure ſuo concederet, & Epiſcopatum Fuldæ conſurgere pateretur.* Summar. N. VIII.

BROWERUS *Antiquit. Fuldenſ. Lib. 4. fol. 350. & apud* SCHANNATUM *in Cod. Prob. Hiſtor. Fuld. ſub Num. III.* Ex teſtimonio hiſtoricorum Fuldenſium.

Quid verò aliud eſt, *de jure ſuo concedere*, quàm Moguntinum jus diœceſanum in territorio Fuldenſi trans amnem Fuldenſi Abbatiæ relinquere, ut ibi Epiſcopus conſurgere poſſit? Ac rurſus ex eo confirmatur, quòd in illa parte Fuldenſi ex iisdem Abbatum PHILIPPI & BALTHASARIS epiſtolis, &, prout aliàs in actitatis coram S. ROTA confeſſa fuit Fulda, clerus ſæcularis in utraque parte uteretur Breviario, Miſſali & Cantu Moguntino, NB. TANQUAM ARCHIDIOECESANO, quod ipſum fatetur JOANNES Abbas Fuldenſis in literis Anno 1480. ad RUDOLPHUM Epiſcopum Herbipolenſem ſcriptis; &, quod amplius eſt, qui ſub Abbatum oculis, factâ Abbati libri dedicatione, & ex Archivio Fuldenſi ſcripſit celebris idem Germaniæ Hiſtoricus ex Societate JEſu

BROWERUS *in Antiquitat. Fuldenſ. cit. pag. 8.* claris verbis narrat: Fuldenſem ditionem cis amnem Fuldam versùs Franciam Orientalem Herbipolenſis, trans amnem versùs Thuringiam Moguntinæ diœceſeos fuiſſe, ac loca Moguntina ab Herbipolenſibus unius omnis intercapedine fuiſſe diſtincta. Verba BROWERI, quæ in fideliſſimo ſpecimine Fuldenſi Rationum Moguntinenſium prætergreſſione digna viſa ſunt: „Hinc adeò „antiquitùs orta illa diœceſium diſtributio, ut, quod in „Thuringos pateſcit trans amnem, Moguntinam, quod „in Franciam orientem versùs Würzeburgenſem Epi„ſcôpum ſpectaret, anguſtâ quoque rivi intercapedine, „hinc loca videas cis-amnenſia Herbipolenſi, inde alia „ex adverſum Moguntinæ olim diœceſi contributa. Imò Doctiſſimus ipſemet

Ipſiúsque SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI. PROSPER DE LAMBERTINIS *in exhibito à ſe ſubſcripto in* S. ROTA *coram* ANSALDO 1707. optimè ait: *Conſecrationes Eccleſiarum in ditione Fuldenſi factæ fuerunt ab Archi-Epiſcopo Moguntino*, TANQUAM METROPOLITANO AC DIOECESANO *in locis trans amnem Fuldæ*. Si igitur Fuldenſis ditio partim juri diœceſano Suffraganei Moguntini, ſcilicet

Epi-

Epiſcopi Herbipolenſis, partim juri Diœceſano Moguntino ipſimet ſubdita fuit, ipſum jus Metropoliticum, multòmagìs præſumptio pro jure Metropolitico Moguntino in Fuldam, ac juris aſſiſtentia evidenter pateſcit, ac ſtabilita exiſtit.

Succeſſivè lis orta Fuldam inter & Herbipolim quoad partem cis amnem: quoad partem verò trans amnem Moguntia connivebat; & tandem ſolenni concordiâ cedebat Fuldæ jurisdictionem eccleſiaſticam primæ inſtantiæ, ſalvo jure Metropolitico.

§. 17. Quoad partem cis amnem Fuldam deinde inter Herbipolenſem Epiſcopum, & Abbates Fuldenſes lis illa orta fuit, transactionibus quidem compoſita, dein ad S. ROTAM perducta, de qua in Summario Num. II. Quoad partem verò Moguntinam trans amnem Fuldam confeſſa jam fuit in ſerie facti & juris §. 6. & 7. & confitetur adhuc Metropolis Moguntia, Moguntinos Archi-Præſules, Fuldenſibus Abbatibus conniventibus oculis indulſiſſe jurisdictionis eccleſiaſticæ in illa parte transfuldana, Moguntinæ aliàs Diœceſis, exercitium, ſed ſalvo jure Metropolitico ſuo, & ita, ùt à Conſiſtorio Fuldenſi, circa illa tempora primùm ſtabilito, appellationes tanquam à judice inferiore ſibi ſubordinato Moguntiam dirigerentur, quas appellationes orbi jam exhibuimus, & evidentiùs adhuc infrà §. 64. demonſtrabitur. Fatemur inſuper, hanc ipſam jurisdictionem primæ inſtantiæ eccleſiaſticam quaſi-Epiſcopalem, ſic acquiſitam, & jam tunc à Fuldenſibus poſſeſſam, ſtabili lege & fœdere de Anno 1662. quod pro promptiori lectura denuò apponimus in Summario Num. IX. relictam, ſed relictam ſub conditionibus transactioni inſertis, *& ſalvo ſemper jure Metropolitico, ac appellationibus ad Metropolitanum juxta ordinem ab Eccleſia Catholica, cunctisque Diœceſibus hujus Provinciæ Moguntinæ laudabiliter receptum, & in viridi obſervantia conſtitutum.* Denique fatemur, quòd ob hanc cauſam, non myſterioſam profectò, ſed palpabilem, Moguntia fidei datæ tenax, & cujus non intererat, vinceretne, vel vinceretur Herbipolis, utpote ſemper juris Metropolitici in quemcunque caſum certa, & quæ non ſomniabat, Fuldenſes eò audaciæ proceſſuros, ut poſt excuſſum artificioſâ præ- Summar. N. IX.

E ſcri-

ſcriptione, & quia hæc ex antèdictis nullius ponderis eſt, tam artificioſâ transactione Hammelburgenſi, jugum Epiſcopi Herbipolenſis, etiam Archi-Epiſcopo ſuo inſultaturi forent, olim litem ſumptuoſam Herbipolim inter & Fuldam quieta aſpexerit, quin propterea proprii juris immemor fuerit.

Abbas Fuldenſis pedetentim Jurisdictionem poſſidere cœpit, nullo privilegio Apoſtolico obtentam.

§. 18. Huic notoriæ veritati facti, pro qua profectò ipſam Eccleſiam Herbipolenſem vadem habebimus, opponit Scriptor Fuldenſis §. 11. *non potuiſſe obvenire Abbati Fuldenſi ſuam in illa parte jurisdictionem eccleſiaſticam ex conniventia Moguntinorum Archi-Præſulum, eoquòd titulus, qui requiritur ad acquirendam jurisdictionem eccleſiaſticam, neceſſariò procedere debeat juxta Catholicum ſenſum à Summo Pontifice, habente poteſtatem concedendi inferioribus Prælatis jurisdictionem cum territorio ſeparato.* Sed reverà hoc principio juris factum infectum fieri nequit. Fuldenſes jurisdictionem de facto, non alio, quàm retulimus, modo, acceperunt, & hoc ipſo principio ſe jugulant. Oſtendere quippe nunquam potuerunt, nec poterunt unquam Pontificem ullum, qui jurisdictionem in Clerum & populum ditionis Fuldenſis Abbati tribuerit, Fuldámque à Moguntina & Herbipolensi Diœceſi dismembraverit; cùm omnia illorum allata privilegia, prout paulò pòſt videbimus, ſemper tanquam minùs habentia, ſint judicialiter rejecta, & in æternum rejicienda. Quodſi proinde ex una parte hanc ipſam conniventiam Moguntinorum Archi-Epiſcoporum reſpuat Fulda, & transactioni ſolenni de anno 1662. per quam tacita conniventia Moguntina in expreſſam ceſſionem mutata fuit, ſtare nolit, ſimul verò dicat, hoc modo ad eos jurisdictionem pervenire non potuiſſe; ex altera verò parte nullum Pontificium Privilegium clarum, & undequaque ſubſiſtens, ad ſeparationem territorii aptum producere, vel etiam conſuetudinem immemorialem cum omnibus ſuis requiſitis in

re

re tam recentis initii & memoriæ probare poſſint, prout fuſiùs infrà videbimus. Nemo æquus rerum arbiter Moguntiæ ſuccenſebit, si priſtina pariter jura retorſione juſtiſſimâ revindicare, eóque allaborare velit, ut Monaſterium Fuldenſe eum in ſtatum redigatur, in quo piiſſima Fundatorum mens illud repoſuit; & si Eccleſia Herbipolenſis eò pariter denuò aſpiraret, non tantùm Epiſcopum exemptum ad latus conſurgere non patiens, ſed jura ſua Diœceſana contra Fuldam, licèt à S. ROTA non ſatìs agnita, agnita tamen ſatìs poſteà à S. Congregatione particulari, à Summo Pontifice Clemente XI. & à S. Congregatione Concilii revindicare ſatageret, & contra ipſam recentem Hammelburgenſem concordiam, reſtitutionem ex cauſalibus non defuturis quæreret.

In vanum adducuntur à Fuldenſi ſcriptore vetera Pontificum privilegia à §. 10. usque ad §. 40.

§. 19. Atque, ut hæc ipſa magìs pateſcant, filum ſequimur Adverſarii ſcriptoris, qui à §. 10. usque ad §. 40. monſtrare nititur perpetuum jus Epiſcopale ſui Monaſterii, ac in eum finem Bullas Pontificum, & Privilegia à Zacharia P. anno 751. usque ad Benedictum XIII. nec non aliqua Imperatorum privilegia adducit, quibus probare nititur, non tantùm Monaſterium Fuldenſe quoad regularia, ſed etiam Clerum & populum ipſum in ditione temporali Fuldenſi ab omni Epiſcopali, imò Archi-Epiſcopali jurisdictione exemptum, ac ſoli Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectum fuiſſe: Quam in rem inprimis §. 14. ex C. Si Papa 10. de privilegiis in 6. Formulas, quæ importent talem exemptionem, adducit. Deinde ipſismet Pontificum privilegiis plura folia implet, ac prætendit, hanc exemptionem non de ſolo monaſterio, ſed de locis etiam ad ipſum ſpectantibus, quæque inpoſterum ſpectare potuiſſent, capiendam eſſe. Tacitè autem innuit, hanc ipſam exemptionem non tantùm Monaſterii paſſivam, ſed etiam Cleri populíque Fuldenſis activam, non contra Epiſco-

pum ſolùm Herbipolenſem, ſed Metropolitanum inſuper Moguntinum jam antiquitùs competiiſſe.

Quia judicialiter à S. ROTA tanquam inſufficientia ſunt rejecta?

§. 20. Quodſi nunc primâ vice hæc Pontificum privilegia & Bullæ lucem viderent, ſpem facere ſibi forſan poſſet Scriptor Fuldenſis, ſe contra ipſorummet ſummorum Pontificum intentionem & ſenſum, & contra ipſamet Bullarum verba, apud unum alterúmve, qui inter exemptionem alicujus Monaſterii, ejúsque Monachorum, & inter clerum ac populum alicujus regionis, ac jurisdictionem in eundem, diſtinctionem facere neſcit, fidem invenire ſe poſſe; Verùm, cùm omnes hæ ac ſingulæ literæ Apoſtolicæ in longum & latum, in longæva illa ac ſumptuoſa lite inter Epiſcopum Herbipolenſem & Abbatem Fuldenſem coram S. ROTA initio hujus ſæculi ventilata, de verbo ad verbum judicialiter fuerint adducta, cùm maturè repetitis vicibus fuerint examinata ac diſcuſſa, & cùm tandem per plures Deciſiones Rotales ab Anno 1705. deciſum fuerit, quòd omnes & ſingulæ hæ Bullæ Pontificum nequidem jus Diœceſanum Herbipolenſe convellant, & aliud nihil importent, quàm nudam exemptionem paſſivam Abbatis & Monachorum Fuldenſium quoad regularia, & protectorium quoad bona Monaſterii, nullatenùs verò exemptionem activam vel jurisdictionem in Clerum & populum; hinc ſummoperè mirandum eſt, quòd contra tot judicata has Bullas recoquere velit ſcriptor Fuldenſis, quòd illis ſenſum contrarium affingere, ac rerum canonicarum imperitis, & differentiæ inter exemptionem Monaſterii paſſivam & activam, vel jurisdictionis in clerum & populum, ignaris fucum facere, imò, quòd planè iisdem Bullis contra Metropolitanum abuti velit.

Eo quòd ſolùm importent exemptionem paſſivam ex Deciſione S. Rotæ.

§. 21. Appoſuimus jam totam cauſæ ſeriem usque ad annum 1721. Viri Summi manu exaratam Summarii Num. II. ad quam denuò provocamus, ac vel ſola repetere juvat integra verba deciſionis

RO-

ROTÆ *coram* MOLINES *20. Novembr. 1705.*

nunquam poſtea à ſequentibus deciſionibus revocatæ, aut infirmatæ, ſic loquentis: „ Inprimis declarârunt „ Domini, quòd potiſſimum & principale motivum, in „ quo fundatur bonum jus Abbatis Fuldæ, ad effectum „ manutentionis, non ſtetit in privilegio Zachariæ, aliiſ„ que per ſucceſſores Pontifices Abbatibus Fuldæ indul„ tis, de quibus latè actum eſt in tribus cauſæ deciſio„ nibus, cùm pro comperto habuerint, eorundem pri„ vilegiorum verba & formulas; juxta rigoroſam literæ „ importantiam, ſolam præ ſe ferre exemptionem paſſi„ vam Monaſterii & Monachorum, & ſuorum bono„ rum acquiſitorum & acquirendorum à poteſtate, juris„ dictione ac ſubjectione Epiſcoporum, & non NB. ex„ emptionem activam ſeu jurisdictionem in populum & „ clerum cum prærogativa territorii ſeparati, dum in „ nullo ex memoratis privilegiis legitur facta clara & ex„ preſſa mentio juriſdictionis ſuper clerum & populum „ cum omnimoda excluſione Epiſcopi, prout requiri„ tur ad effectum, ut dicatur conceſſa Prælatis inferiori„ bus ordinaria quaſi Epiſcopalis cum territorio ſepara„ to ac qualitate Nullius, ita ut, quatenus Abbas Ful„ denſis nullum aliud obtineret fundamentum, niſi illud „ conſurgens ex ſimplici ac nudo tenore literaliſque im„ portantia prædictorum privilegiorum, illius præten„ ſio gaudendi exemptione activâ, ſeu jurisdictione cum „ territorio ſeparato, canonicâ ratione deſtituta rema„ neret. In eo autem conſtitutum fuiſſe, declarârunt „ Domini; bonum jus Abbatis, quòd ad ſuî favorem „ concurrit poſſeſſio quadragenaria cum titulo colorato, „ quam præſcriptionem attentâ diſpoſitione Juris Cano„ nici, & communis ſcholæ Canoniſtarum ſententiâ, „ ſufficere putârunt, ad acquirendam jurisdictionem qua„ ſi Epiſcopalem cum territorio ſeparato.

§. 22. Mirandum itaque vehementer, quâ verecundiâ contra notorietatem publicam, eámque judicia- lem

Et quia ex ſolo principio quadragenariæ præſcriptionis S. ROTA

judicavit pro Fulda, rejectis Privilegiis.

lem Scriptor Fuldenſis §. 47. aſſerat: „*Objicere, quòd* „*ſuperiùs relata privilegia non important niſi paſſivam* „*exemptionem, eſt idem recinere, quod aliàs Herbipo-* „*lenſes Antiſtites in acerrima lite contrà repoſuerant;* „*at ſemper infeliciter, quam ob rem ut dignoſcatur, quan-* „*ti valuerint ea privilegia ad effectum aſſerendi Abbati-* „*bus jurisdictionem quaſi Epiſcopalem, & exemptionem* „*tam paſſivam, quàm activam in clerum & populum, animi-* „*advertere ſufficit Rotales Sententias, quæ multo abhinc* „*tempore ſuo ſtant robore, & authoritatem rei judicatæ* „*aſſumpſerunt, ita ut de utraque exemptione nullus in* „*præſentiarum ſuperſit locus.* Cùm ex ipſis relatis fontibus, videlicet Rotalibus Deciſionibus ſole meridiano clarius ſit; Primò, judicio S. ROTÆ, eademmet privilegia omnia & ſingula non niſi nudam exemptionem Monaſterii Fuldenſis & Monachorum paſſivam importâſſe, adeóque Antiſtites Herbipolenſes idipſum non infeliciter, ſed feliciter repoſuiſſe, nec in ROTA ab Anno 1705. usque ad Annum 1714. deciſum fuiſſe, quòd *vi illorum privilegiorum* Fuldæ competat jurisdictio activa in clerum & populum. Secundò, non minùs certum & evidens eſt, qualescunque has Deciſiones Rotæ authoritatem rei judicatæ non aſſumpſiſſe; non diffitemur quidem, per easdem Rotæ Deciſiones Fuldæ adjudicatum eſſe juris quaſi Epiſcopalis in prima inſtantia exercitium, per quadraginta annos jam ab ipſis poſſeſſum, ſed illud ſolummodò propugnamus, prædictas Deciſiones Rotales Fuldæ non adjudicâſſe jus quaſi Epiſcopale, quaſi eidem tale competeret *in vim horum privilegiorum* Apoſtolicorum; Verùm nudè ac ſimpliciter ideo, quia Fuldæ ſuffragabatur miſera quadragenaria præſcriptio cum titulo colorato, hoc eſt, non vero, ſed in ſe falſo, inſufficiente & tantùm putatitio; adeóque omnia & ſingula privilegia à Fuldenſibus allegata ad rem nihil aliud contulerunt, niſi præbendo titulum coloratum, qui, ſi fuiſſet deſtitutus poſſeſſione quadragenariâ, nullius planè fuiſſet roboris vel momenti, *ita ut*

(non

(non ſunt noſtra verba, ſed ipſiusmet S. Rotæ in impreſſo, quod refutandum aſſumpſerat, Moguntino §. 56. ob oculos Scriptoris Fuldenſis poſita, ſed in *fideliſſimo* ejus Specimine Jurium Moguntinenſium ſinè reſponſione omiſſa) quatenus Abbas *Fuldenſis nullum aliud obtineret fundamentum, niſi illud conſurgens ex ſimplici ac nudo tenore, literalique importantia prædictorum privilegiorum, illius prætenſio, gaudendi exemptione activâ, ſeu jurisdictione cum territorio ſeparato, canonicâ ratione deſtituta maneret.*

Licèt præbuerint titulum coloratum præſcriptioni, hic titulus tamen nullus, invalidus & inſufficiens eſt, ex verbis SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI.

§. 23. Licèt verò eadem ROTA in iisdem privilegiis conſtituerit titulum præſcriptionis Fuldenſis coloratum, quis tamen ſit ille titulus coloratus; diſcant Fuldenſes ex ore Magiſtri non recuſandi Doctiſſimi PROSPERI DE LAMBERTINIS, nunc SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI XIV. *in mox citando diſcurſu coram S. Congregatione Concilii habito 1721. num. 10.* ibi: „Titulus coloratus eſt titulus nullus, eſt titulus „invalidus, eſt titulus inſubſiſtens, quemadmodum pro„bant Larrea allegat. fiſcali 68. à num. 3. ad 5. Fagnan. „in Cap. Niſi cùm pridem. num. 33. de renunciat. „Benintend. Concluſ. 23. num. 4. & ſeqq. Ranchin. „in addit. ad Guidon. Pap. Quæſt. 83. quod adeò ve„rum eſſe dignoſcitur, ut à Tribunali ROTÆ fuerit a„liàs admiſſum, quòd hic titulus conſtitui poterat eti„tiam in conceſſione Pontificis ſchismatici, uti habe„tur in Deciſ. 289. coram Ludovis. & Deciſ. 295. co„ram Coccino. ſi autem titulus coloratus eſt titulus „nullus, titulus invalidus, & eſt inſubſiſtens, tantum „abeſt, quòd reponendo titulum coloratum in conceſ„ſione Apoſtolica, præſervata dici valeat S. Sedis autho„ritas in re & ad effectum, de quo agitur, quòd eadem „potiùs cenſenda eſt in veritate de medio ſublata, &

„tantummodò ad eluſionem, & contra Pontificis inten„tionem uſurpata.

& Num. 19. ait

idem CELEBERRIMUS PROSPER DE LAMBERTINIS.

„Titulus coloratus ſemper eſt titulus nullus, infectus & „inſubſiſtens, non obſtante, quòd reponatur in con„ceſſionibus Apoſtolicis, quæ inſubſiſtentia operatur, „ut idem de jure ineptus cenſeri debeat ad rem & ad „effectum, de quo agitur. Adeóque hìc non egemus aliis rationibus, vel authoritatibus, nec monumento S. Congregationis in una Theatina ibi adjecto.

Authoritas rei judicatæ nequidem quoad præſcriptionem ſuffragatur Fuldæ, ſed res litigioſa manſit in Dicaſteriis Urbis usque ad annum 1722.

§. 24. Quod verò plus eſt, licèt judicatum fuerit in S. ROTA, Fuldam quantulumcunque jurisdictionis præſcripsiſſe, hæc ipſa tamen ſententia Rotalis quoad præſcriptivam usque ad nuperam Concordiam Hamelburgenſem de anno 1751. & factam in ea litis renunciationem, in rem judicatam non tranſiit, ſed res in appellatorio ſuſpenſa, & lis eò usque pendens fuit. Non enim tantùm ab ultima deciſione Rotæ die 15. Apr. 1712. coram Priolo prolatâ recurſus habitus fuit ab Epiſcopo Herbipolenſi moderni Celſiſſimi Principis Patruo ad ſignaturam Sanctiſſimi, ſed reapſe in Congregatione particulari ejus loco deputata ſub die 29. Auguſti 1714. ſequens prodiit reſcriptum ſuſpenſivum ſententiæ Rotalis: *eidem Rotæ cum clauſula, alteri cum facultate quoad mandatum de manutenendo; quo verò ad ſententias, conſtito de tribus; diſcuſſo tamen priùs in Congregatione articulo: an ſola quadragenaria cum titulo colorato ſufficiat ad conſtituendum territorium ſeparatim.* In cujus reſcripti ſequelam denuò acceſſit Rotam Epiſcopus, & citatus fuit ad dicendum contrà Abbas, deinde à Celſiſſimo Principe Herbipolenſi adita fuit Congregatio Concilii ad hoc, ut conformiter eidem reſcripto decideret articulum: *an quadragenaria cum titulo colorato ſit ſufficiens ad conſtituendum territo-*

rito-

ritorium ſeparatum: demum conquerentibus nonnullis in Italia, & pluribus extra Italiam Epiſcopis apud S. Sedem, eorum ordinariæ jurisdictioni, ac etiam authoritati ejusdem S. Sedis damnoſam & præjudicialem eſſe aſſertionem illam in S. Rotæ deciſionibus firmatam, quòd nempe à Prælato inferiori acquiri poſſit territorium ſeparatum per ſimplicem quadragenariam cum titulo colorato, hiſce permotus ſan. mem. CLEMENS XI. deputavit Congregationem particularem, quæ ad ſacrorum Canonum, ſacríque Concilii Tridentini tramites examinaret, utrùm ſubſiſteret, nec ne, memorata aſſertio, ac ſucceſſivè ipſa S. Congregatio munus ſibi commiſſum implevit, & die 3. Januarii 1721. probante ſan. mem. CLEMENTE XI. fundamentum ſententiarum Rotalium pro Fulda prolatarum infirmavit, declaravítque, quadragenariam præſcriptionem ad conſtituendum territorium ſeparatum non ſufficere.
vid. Summar. Num. II. & §. ſeqq.

Ac ab anno 1722. usque ad moderni Abbatis Fuldenſis electionem.

§. 25. Licèt verò poſt mortem ejusdem laudatiſſimæ memoriæ Epiſcopi Herbipolenſis Joannis Philippi à Greiffenclau inita fuerit Herbipolim inter & Fuldam ſequenti anno 1722. quædam tranſactio, ejúsque confirmatio petita, conceſſa tamen non fuit à S. Congregatione Concilii, cujus tunc Secretarii perhonorificum munus SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER modernus, ſummo omnium applauſu gerebat, præter alias rationes ex hac: *quòd in ſequelam dicti Decreti labefactata dici poſſint fundamenta, quibus Sententiæ Rotales fuerant innixæ*, teſtante Summario Num. X. Summar. N. X. Nec unquam illa tranſactio deinde à S. Congregatione Concilii confirmata fuit, ècontrario, cùm anno 1726. Abbas Fuldenſis Epiſcopum titularem in partibus vellet à ſuis obſequiis, ex cauſis ſcilicet urgentiſſimis, quas non ſenſerat decem ſæculorum antiquitas, & quas videre licet, in Summario Num. XI. Summar. N. XI. Serò nimis hoc petito innoteſcente contradixit Epiſcopus Herbipo-

bipolenſis, ac effecit ſaltem, ut hæc conceſſio intelligeretur & fieret *ſinè præjudicio* ejusdem Epiſcopi, adeóque litis pendentis, in Summario Num. XII. Sed cùm denuò altero ſtatim anno, mortuo eodem Suffraganeo Fuldenſi, alius Suffraganeus, & quidem in perſona moderni Principis & Abbatis Fuldenſis concedendus eſſet, ex eadem ratione litis adhuc pendentis fortiùs reſtitit Epiſcopus Herbipolenſis Chriſtophorus Franciſcus ex Familia Baronum de Hutten, cujus epiſtolam hìc Num. XIII. apponimus, ac Scripturam in curia exhibuit lectu dignam, & hìc pariter ſub Num. XIV. appoſitam: recentiùs adhuc, cùm idem Suffraganeus Fuldenſis Amandus à Buſeck in Abbatem & Principem eligeretur, repræſentationem ſan. mem. Clementi. XII. porrexit Epiſcopus Herbipolenſis Fridericus Carolus Comes à Schönborn anno 1746. defunctus, optimè aſſerens, non ſuffragari Abbati ſententias Rotales fundatas ſuper quadragenaria cum titulo, *utpote annullatas* à Clemente XI. Pont. Maximo, teſtante Sum. Num. XV. Denique rurſus exercitium eorum, quæ ſunt Ordinis, moderno Abbati tanquam Epiſc. Themyſcirenſi, & tanquam delegato S. Sedis permiſſum eſt ſinè præjudicio jurium Eccleſiæ Herbipol. in Sum. Num. XVI. Quodſi igitur cauſa à Rota ad ſignaturam Sanctiſſimi, ab hac ad Rotam, dein ad Congregationem Concilii, poſtea ad Congregationem particularem deducta, & ibi ventilata fuerit, quodſi ab Herbipoli ſemper optimo fundamento contradictum, quodſi S. Congregatio Concilii ipſi Epiſcopo Herbipolenſi liti renunciare & tranſigere volenti reſcripſit, ex Decreto ſuprà dictæ Congregationis de anno 1721. 3. Januarii, ſententias Rotales labefactatas, & Herbipoli novum Jus contra Fuldam quæſitum, & quodſi tandem res novâ tranſactione anno 1751. indiguit, ac ubique extinctio litium, pax & Concordia inter Principes Catholicos deprædicentur, & Eccleſiæ Herbipolenſi adhuc compenſatio debita dicatur, ac concedatur, quâ demum ratione Scriptor

Summar. N. XII.

Summar. N. XIII.

Summar. N. XIV.

Summar. N. XV.

Summar. N. XVI.

ptor Fuldenſis de authoritate rei olim in Rota judicatæ blandiri ſibi poteſt? quaſi, quid res judicata ſit, ſcire nollet. Interim mirandum, imò ſummè mirandum eſt, Reverendiſſimum & Celſiſſimum modernum Principem & Epiſcopum Herbip. laudabiliter aliàs jurium ſuorum tam tenacem eò perveniſſe, ut ſtantibus hiſce rerum circumſtantiis, non fictis aut veriſimilibus, ſed veris, & per tot originalia firmiſſimè probatis, & ſtante juſtiſſima deciſione S. Congregationis Concilii Tridentini de anno 1721 per quam unicum Fuldenſe refugium plenariè ſublatum fuit, juriſdictionem ſuam Epiſcopalem in parte cis-amnenſi ditionis Fuldenſis absque ullo reciproco, & ſinè petito aſſenſu ſui Metropolitani cum hujus ſumma injuria per Concordiam Hammelburgenſem in Fuldam transferre vel potuerit, vel ſolùm voluerit; niſi fortè cupido, ſe Pallio decorandi, omnium oculos obfuſcâſſet. Mirandum porro, quâ ratione pars Capituli Cathedralis Herbipolenſis iſtam Concordiam confirmare non dubitaverit: Res certè ſtupenda eſt. Et videant Fuldenſes, ne agnitâ nunc penitùs rei veritate quibusdam in mentem veniat, ſæpe dictam illam Concordiam Hammelburgenſem apertè præjudicialem oppugnare. Quo caſu eâ facilitate, quâ colligata & confecta fuit, illam reſcindi poſſe, nequidem dubium eſt.

§. 26. Veritas è contrario ineluctabilis eſt, quòd Herbipoli nulla obſtiterit res judicata ulla in parte, & quòd ultimâ adhuc horâ ante nuperam de Anno 1751. Concordiam proſequi cauſam ſuam optimâ ſpe potuiſſet, rejecto olim in Rota Fuldenſis exemptionis nativæ & dativæ, ac à Sacra Congregatione præſcriptivæ fundamento; nativa quippe & dativa plures jam ante annos rejecta fuerat, & ultima Sententia Rotæ, quæ ſola tranſire potuit in rem judicatam, in hæc verba concepta: *definitivè pronunciamus* AD FORMAM DECISIONIS SUPER PRÆSCRIPTIVA *coram ſuprà dicto*

Hinc jus Fuldenſe ex ſola tranſactione recenti de Anno 1751. deſumendum, quæ nequit præjudicare tertio Metropolitano; nec valet per transactionem Epiſcopi cum Abbate elevari hic ad Epiſcopatum à Metropolitano exemptum.

h. m. R. P. Caffarello. verè fuerat à viribus rei judicatæ per habitos recurſus prædictos ſuſpenſa, ac verè à Sacra Congregatione & Clemente XI. annullata; & proinde veritas ineluctabilis eſt, quod totum jus Fuldenſe in ſola eadem nupera transactione nitatur, quâ Celſiſſimus Epiſcopus Herbipolenſis recentiſſimè concordavit cum Fulda, quâ verò jus Metropoliticum Moguntinum in Fuldam peſſumdare non voluit, neque hoc, aliáque jura Moguntina inibi læſa (de quibus agere hìc non lubet, ſed quæ per expreſſum hiſce reſervamus) peſſumdare potuit.

In Rota nulla fuit quæſtio de jure Metropolitico Moguntino, ſed de ſolo exercitio jurisdictionis eccleſiaſticæ Fuldenſis cum excluſione Epiſcopi Herbipolenſis, adeóque Rota non voluit præjudicare Metropolitano.

§. 27. Sed quidquid demum adjudicatum ſit in S. Rota Abbati Fuldenſi, & quàm firmo etiam talo nitantur hæc adjudicata, profectò præjudicare non voluit Rota Archi-Præſuli Moguntino in lite alios tangente, ſed tantùm manutenere Abbatem Fuldenſem in aliquali jurisdictione eccleſiaſtica contra quendam Moguntinum Suffraganeum. In tota illa lite nunquam propoſitum fuit dubium, an Fuldenſis Abbas exemptus ſit à jure Metropolitico Moguntino? nec illud etiam, an Fuldenſis clerus & populus S. Sedi immediatè ſit ſubjectus, ſed tantùm, an competat Abbati Fuldenſi exercitium jurisdictionis eccleſiaſticæ in quibusdam locis cis amnem Fuldam excluſivè ad Epiſcopum Herbipolenſem. De jure Metropolitico Moguntino nulla penitus quæſtio propoſita fuit. Quæſitum fuit coram Sacra Rota, an hæc jurisdictio Fuldæ competat jure nativo, ex nativa libertate quoad hunc Epiſcopum, vel ex nativitate Fuldæ ante Herbipolim? & reſponſum fuit negativè. Quæſitum porrò, an in vim privilegiorum Papalium jure dativo? & pariter dictum negativè. Denique quæſitum, an contra Herbipolim præſcripſerit Fulda hanc jurisdictionem? & quoad hoc ſolum reſponſum eſt affirmativè, *per præſcriptionem quadragenariam contra Herbipolim*, poſtmodùm à S. Sede rejectam. Sed quid hæc omnia contra jus Metropoliticum?

§. 28.

Nec S. ROTA potuit præjudicare Archi-Epiſcopo Moguntino in lite non verſanti, nec ad litem citato, cùm Fulda non litigaverit cum Archi Epiſcopo, vel contra eum adjudicari quidquam ſibi petiè-rit.

§. 28. Imo per rerum naturam S. Rota nec præjudicare potuit juri Metropolitico in Fuldam Moguntino. Moguntinus Archi-Præſul habuit ſuas rationes ſapientiſſimas, in impreſſo Moguntino ſub titulo: *Series facti & Juris* §. 65. & ſeqq. deductas, quare liti Herbipolenſis cum Fuldenſi Eccleſia ſe non immiſceret, quare ad hanc litem tanquam tertius non veniret, nec S. Rota ad aſſiſtendum liti citavit Moguntinum Archi-Præſulem. Nullâ igitur ratione contra Moguntinum non citatum, nec in lite poſitum, Rota decidere quidquam potuiſſet. Ex altera parte Fulda cum Metropolitano Moguntino ſuper jure Metropolitico nunquam litem habuit, nunquam hoc jus Metropoliticum Moguntinum, niſi nunc recentiſſimè negavit. Jus Metropoliticum Moguntinum & illo tempore, quo cum Herbipoli litem cœpit, luculenter confeſſa eſt, teſtantibus Abbatum epiſtolis in noſtra Serie facti & Juris Summarii Num. XIV. XVI. XX. adductis. Confeſſa eſt adhuc jus Metropoliticum Moguntinum, & ſubſiſtentem celebrem de Anno 1662. cum Electore Moguntino concordiam tempore litis hujus durantis, & poſtquam concordia Herbipolenſem inter & Fuldenſem Eccleſias à S. Rota jam reſciſſa erat, teſtantibus literis Adalberti Abbatis usque ad Annum 1714. in vita ſuperſtitis in eodem cit. Summar. Num. XXIII. Confeſſa eſt in ſcriptis ſuis Rotæ exhibitis etiam judicialiter, durante eâdem lite, idem jus Metropoliticum Moguntinum in Summario Fuldenſium jurium coram *de la Tremoille* Anno 1700. Num. 74. fol. 56. ubi allegatur concordia illa de anno 1662. hic ſub Num. IX. appoſita, ac ad illa verba: ſalvo jure Metropolitico: additur: *Præſervatio juris Metropolitici* NOBIS NON CONTROVERSI. Et quâ ratione Fulda ex judicatis S. Rotæ evincet, hoc jus Metropoliticum Moguntinum Archi-Epiſcopo ademptum eſſe ab eadem S. Rota, contra quem aliquid ſibi adjudicari nequidem petiit Fulda? & cujus jus Metropoliticum ſemper confeſſa eſt.

Notatur Scriptoris Fuldenſis falſa explicatio Decreti S. Congregat. & Clementis XI. de 3. Januarii 1721. rejicientis quadragenariam pro acquiſitione territorii ſeparati.

§. 29. Ut verò ad decantatam Fuldenſium præſcriptionem redeamus, & nec agnitam à S. Rota Fuldenſem præſcriptionem nocuiſſe Moguntinis juribus, oſtendamus. Inprimis manifeſtiſſimè conſtat, hoc fundamentum quadragenariæ præſcriptionis, quod unicum habebant Fuldenſes, per declarationem S. Congregationis die 3. Januarii 1721. & ſubſecutam San. mem. CLEMENTIS XI: approbationem, quæ extat in Summario Num. II. ad finem, penitus corruiſſe, ac Sacris Canonibus & Concilio Tridentino adverſari, declaratum fuiſſe. In vanum enim, & mirâ rurſus audaciâ huic S. Congregationis, imò Pontificis Oraculo reprobum ſenſum affingere, ipſiúsque Sanctiſſimi Domini Noſtri moderni ſenſum & verba pervertere allaborat fideliſſimus Scriptor Fuldenſis, dum §. 48. 49. & 50. ait: „*Per* „*clauſulam huic declarationi annexam ſalvari Deciſio-* „*nes Rotales pro Fulda, easdem per hoc Decretum nul-* „*lo pacto vulnerari aut infringi, quin imò corroborari atque fulciri.* Vel enim erravit S. Congregatio Concilii, & ipſe modernus Sanctiſſimus Dominus Noſter, vel manifeſtam falſitatem orbi obtrudit Scriptor Fuldenſis. Atque ut hoc clariùs innoteſcat, repetendum eſt, S. illam Congregationem unicè occaſione cauſæ Fuldenſis & Herbipolenſis congregatam fuiſſe, ad videndum, an ad Sacrorum Canonum, ſacríque præſertim Concilii Tridentini tramites ſubſiſtat, nec ne, aſſertio Deciſionum Rotalium pro Fulda, quòd ad acquirendum Territorium ſeparatum ſufficiat Prælato inferiori quadragenaria cum titulo colorato. Patet id non tantùm ex ſerie cauſæ ſuprà §. 24. 25. relata, & in Summario ſub Num. II. repetita, ſed inſuper *ex diſcurſu moderni Summi Pontificis* BENEDICTI XIV. *tunc Congregationis ejusdem Secretarii, typis impreſſo*, ejúsque Num. I. & VI.

Refertur diſcurſus tunc habitus à moderno Sanctiſſimo Domino noſtro, & diſtin-

§. 30. Notandum ulteriùs eſt, à DOCTISSIMO PROSPERO DE LAMBERTINIS in ſolidiſſimo diſcurſu ſuo ſæpè dictæ S. Congregationi oblato pro ea, quâ

ſem-

ſemper ſolitus fuit, accuratione, & ſoliditate ſpecialiter hoc notatum ac propoſitum fuiſſe, quòd planè aliud ſit, præſcribi *territorium ſeparatum, jurisdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in clerum & populum cum ipſius Epiſcopi excluſione, quoad* OMNES ACTUS *jurisdictionis Epiſcopalis & ordinariæ; aliud verò, præſcribi* ALIQUOS ACTUS JURISDICTIONIS EPISCOPALIS, vel aliqua jura Epiſcopalia. Aliquos actus jurisdictionis, & aliqua jura Epiſcopalia nedum ab inferiori Prælato, ſed etiam à quolibet clerico præſcribi poſſe per præſcriptionem quadraginta annorum; certos verò actus taliter præſcribi nullatenus poſſe v. g. matrimoniales & criminales, ex claro textu Tridentini.

ctio facta inter quosdam actus jurisdictionis, & integrum territorium, perfectè à Diœceſi ſeparatum cum excluſione Epiſcopi.

Vid. cit. diſcurſus n. 3. 13. 15. & 19. Vid. etiam monumentum S. Congregationis Concilii diſcurſui annexum in una Theatina, ubi declaratur, per quadragenariam nullatenus præſcribi poſſe cognitionem cauſarum matrimonialium & criminalium ab inferiori Prælato.

Item in una Cluſina, ubi Abbas aliquis pro territorio ſeparato adduxerat privilegia Apoſtolica unà cum quadragenaria NB. *benè probata*, aſſerendo, quòd hæc quadragenaria cum titulo colorato, ſatis eſſet pro acquiſitione territorii juxta firmata per Rotam in Deciſionibus NB. *in cauſa Herbipolenſi ſeu Fuldenſi*; his minimè obſtantibus S. Congregatio Concilii territorium ſeparatum ab Abbate prætenſum non approbavit, ſed quia de nonnullorum actuum exercitio ſufficientes aderant probationes, voluit, quòd videretur de actibus particularibus, uti deſumitur ex Reſcripto edito die 21. Aprilis 1703. *conſtare de bono jure Epiſcopi quoad excluſionem territorii ſeparati prætenſi ab Abbate, & ſuper quibus actibus competat eidem Abbati jurisdictio, particulariter videatur*; ſunt verba SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI ibi num. 19.

 §. 31.

S. Congregatio decidit territorium ſeparatum acquiri non poſſe per quadragenariam. An verò actus particulares in qualibet ſpecie jurisdictionis præſcribi poſſint, id dependere ab illorum qualitate & circumſtantiis.

§. 31. Ad hujus igitur doctiſſimi diſcursûs tramites S. Congregatio, & ſucceſſivè Summus Pontifex CLEMENS XI. duplici reſponſione rem abſolvit. Nam quantum ad jurisdictionem integram quaſi Epiſcopalem & ordinariam, ait: „*non poſſe præſcribi territorium* „*ſeparatum, juridictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem à Prælatis inferioribus in clerum & populum,* „*cum ipſius Epiſcopi excluſione: per quadragenariam* „*præſcriptionem unà cum titulo colorato, ſed pro ac-* „*quiſitione territorii ſeparati prædictæque jurisdictio-* „*nis omnino requiri aut clarum & undequaque ſubſiſtens* „*Apoſtolicum privilegium, aut conſuetudinem immemo-* „*rialem cum ſuis omnibus requiſitis ritè probatam, per* „*quam Apoſtolicum privilegium præſumi valeat.* Quantum verò ad quamlibet actuum ſpeciem jurisdictionis Epiſcopalis pertinet, ſubdit: „*an autem admiſſo vero* „*Apoſtolico privilegio de ſuî natura apto ad ſeparatio-* „*nem territorii, & conceſſionem jurisdictionis ordinariæ* „*quaſi Epiſcopalis in clerum & populum, cum excluſio-* „*ne Epiſcopi, in aliquo determinato loco, ſed aliquam* „*rationabilem dubietatem aut diſputationem admittente,* „*ſubſequens uniformis quadragenaria, aut per aliud le-* „*gitimum tempus continuata obſervantia favens Præla-* „*to inferiori,* IN QUALIBET ACTUUM SPECIE „*ordinariæ & quaſi Epiſcopalis jurisdictionis deſervire* „*valeat, pro dicti Apoſtolici privilegii interpretatione,* „*prædicti EE. & RR. DD. dixerunt, id dependere à ſin-* „*gulis caſuum & factorum circumſtantiis, & ſic dandum* „*eſſe reſponſum à ſuis judicibus; ſuper hâc re in caſibus* „*particularibus.*

Fulda non ſolos quoſdam particulares actus jurisdictionis, ſed integrum territorium nunc prætendit, quod per quadragenariam adjudicaverat Rota, ſed abjudicavit S. Congregatio.

§. 32. Sicuti ergo Herbipolim inter & Fuldam, prout notoriè & recenter ex Scripto Fuldenſi conſtat, lis non fuit de quibusdam actibus jurisdictionis Epiſcopalis particularibus, ſed de quaſi Epiſcopatu integro, de territorio perfectè ſeparato cum excluſione Epiſcopi Herbipolenſis, quem Semi-Epiſcopatum, & quod territo-

ritorium eodem cum Fulda partu effuſum, & quidem ante ipſum Epiſcopatum Würceburgenſem ſomniabant Fuldenſes, & per quadragenariam ſaltem præſcripſiſſe eosdem putaverat Rota, ſic per primam ſæpe dictæ declarationis partem manifeſtè totum jus Fuldenſium corruit, & omnes deciſiones Rotales pro Fulda editæ §. 6. diſcursûs PROSPERI DE LAMBERTINIS, nunc S. D. N. ad unum omnes allegatæ, & in ſequentibus §. §. cum omnibus ſuis rationibus decidendi, & authoritatibus benè ponderatæ, manifeſtè labefactatæ, annullatæ & caſſatæ ſunt, ac à Conditore Canonum CLEMENTE XI. *ad Normam veterum ſacrorum Canonum, ſacrique præſertim Concilii Tridentini*, non novâ lege, ſed authenticâ veterum interpretatione ſtatutum fuit, ad acquirendum tale territorium Fuldenſe ſeparatum, taliémque jurisdictionem quaſi Epiſcopalem integram omninò requiri aut clarum, & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum privilegium, aut conſuetudinem immemorabilem cum ſuis omnibus requiſitis ritè probatam. Quia verò hæc eadem declaratio univerſalem Eccleſiam ſimul tangebat, & in multoties laudato diſcurſu moderni SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI prænotatum exiſtebat, aliquos actus particulares jurisdictionis præſcribi poſſe ab inferiori Prælato per quadragenariam, aliquos verò actus particulares neutiquam præſcribi poſſe; hinc cautè Congregatio alteram partem addidit, ſtatuítque, an illa quadragenaria IN QUALIBET ACTUUM SPECIE ordinariæ & quaſi Epiſcopalis jurisdictionis deſervire valeat, id dependere à ſingulis caſuum & factorum circumſtantiis.

§. 33. Ut autem pariter verus ſenſus ſæpè dicti Decreti Sacræ Congregationis, ejúsque partis ſecundæ & clauſulæ: *An autem admiſſo vero Apoſtolico privilegio de ſuî natura apto, ad ſeparationem territorii, & conceſſionem jurisdictionis Ordinariæ quaſi Epiſcopalis in clerum & populum cum excluſione Epiſcopi in aliquo determi-*

Ulterior ſenſus Decreti S. Congregationis, quare loquatur de privilegio Apoſtolico vero, & de ſuî natura apto ad conſtituendum territorium ſeparatum, licèt aliunde extrinſecam dubietatem patiente.

I

terminato loco, ſed aliquam rationabilem dubietatem aut diſputationem admittente &c. clariùs, & quidem ex genuino fonte explicetur, & ut magìs pateſcat, quàm parùm tam dicta clauſula Decreti, quàm ipſa judicata Rotæ Füldenſibus proſint contra Herbipolim, & multò minùs contra Metropolitanum Moguntinum, ulteriùs advertendum eſt, SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM in ſæpe memorato diſcurſu notâſſe, quòd, cùm jurisdictio Epiſcopalis immediatè proveniat à S. Sede, adeóque ad conſtituendum territorium ſeparatum, ſecum involvens jurisdictionem ordinariam, quaſi Epiſcopalem in clerum & populum, vel neceſſarium ſit verum, clarum & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum privilegium, diſmembrans partem Diœceſis ab Epiſcopi jurisdictione; & eam ſubjiciens Prælato inferiori, vel ſaltem neceſſaria ſit immemorabilis, quæ ſola ſuppeditat præſumptionem conceſſionis Apoſtolici privilegii, non verò ſufficiat quadragenaria cum titulo colorato, quia in hac nec expreſsè, nec præſumptivè continetur tale Apoſtolicum privilegium, & quia titulus coloratus reverà titulus nullus eſt, & quia ſic cum titulo nullo præſcribere velle, vergit in præjudicium & in eluſionem authoritatis Pontificiæ. Eam igitur ob cauſam & rurſus, quia advertente Doctiſſimo eodem PROSPERO DE LAMBERTINIS *Num. 19.* aliud eſt, afferre titulum Apoſtolicum validum unà cum obſervantia quadraginta annorum, aliud verò titulum exhibere coloratum, & ſic inſubſiſtentem, nullum & invalidum, unà cum præſriptione quadragenaria, S. Congregatio ſimpliciter & abſolutè in ſecunda parte requiſivit verum Apoſtolicum privilegium de ſuî natura aptum ad conceſſionem jurisdictionis eccleſiaſticæ, licèt aliunde dubium aut diſputationem extrinſecam admittens, v. g. quòd non ſit in uſum deductum, quòd fuerit poſtea abrogatum, ad præſcribendum cum quadragenaria etiam in qualibet actuum ſpecie, ac titulum illum coloratum, hoc eſt, nullum, penitus rejecit.

§. 34.

Talia non fuêre privilegia à Fuldenſibus allata, ſed ſolam importârunt exemptionem paſſivam, judice ipſâ S. Rotâ. adeóque & altera pars Decreti cauſam Fuldenſem non excipit, ſed evertit.

§. 34. Si verò hæc Fuldæ applicentur, ſubitò apparet, quòd eâdem Decreti alterâ parte, æquè ſicut primâ, cauſa Fuldenſis penitus perimatur; ex ipſis enim deciſionibus Rotæ judicialiter notorium eſt, quòd Fuldenſes nunquam evincere potuerint verum Apoſtolicum privilegium de ſuî natura aptum ad ſeparationem territorii, & conceſſionem jurisdictionis ordinariæ quaſi Epiſcopalis in clerum & populum cum excluſione Epiſcopi Herbipolenſis, multominùs Metropolitani Archi-Epiſcopi Moguntini. Quæcunque enim, prout jàm frequenter diximus, privilegia adducta, pro veris & de ſuî natura aptis ad ſeparationem territorii à S. Rota habita non ſunt; cùm pro comperto habuerit Rota, eadem privilegia ſolam præ ſe ferre exemptionem paſſivam monaſterii & monachorum, adeóque ad ſeparationem territorii apta non eſſe.

Vid. Rota 20. Novemb. 1705. coram MOLINES. & ſæpius item dictum eſt, in illis privilegiis tantùm conſtitutum fuiſſe titulum coloratum, hunc verò invalidum, nullum, inſufficientem eſſe.

Notatur impudens aſſertum Scriptoris Fuldenſis, Eminentiſſimum Archi-Epiſcopum Moguntinum fucum feciſſe, allegando prædictum Decretum S. Congregat. Fucus & falſa Scriptoris Fuldenſis manifeſta deteguntur.

§. 35. Quâ igitur fronte Scriptor Fuldenſis §. 49. ruſticè inſultans & improperans indecentiſſimè Celſiſſimo Electori Moguntino dicere poteſt, *quam* (ſcilicet clauſulam prædicti Decreti) *ſi Eminentiſſimus Archi-Epiſcopus retuliſſet, aut ſi animadvertiſſet, non poterat tunc* FUCUM *facere, atque uti miſeram quadragenariam in Fuldenſi controverſia præſcriptivam complorare, ſiquidem relatum reſponſum datum fuerit à ſuis judicibus, nempè à* S. ROTA, *juxta convenientes* FULDENSIS TERRITORII *circumſtantias, innixas nempe certitudini privilegiorum*, Urbis & Orbis judicio relinquimus, quis fucum fecerit, an Scriptor Moguntinus, qui allegavit Decretum S. Congregationis, & Summi Pontificis Clementis XI. an Scriptor Fuldenſis? nec dubitamus, quin ſanus quilibet, qui Congregationis illius Hiſtoriam novit, qui Celeberrimum PROSPERI

DE LAMBERTINIS habitum in illa diſcurſum legit, qui conforme diſcurſui decretum vidit, condemnaturus ſit effrænem Scriptoris Fuldenſis, futilémque dicacitatem. Omnium judicio relinquimus, annon ſtatim ille fucum faciat, dum palpabili æquivoco quamlibet *Actuum* particularium jurisdictionis quaſi-Epiſcopalis ſpeciem, & circa illos actus particulares caſuum & factorum circumſtantias, de quibus loquitur S. Congregationis decretum, & diſcurſus SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI, cum Fuldenſis *territorii* circumſtantiis malignè confundit? de territorio quippe ſeparato vel in genere, minùs de Fuldenſi in ſpecie in ſecunda parte Decreti nec una literula habetur, ipſum verò reſponſum Rotæ pro miſera quadragenaria nullis nitebatur Fuldenſis *territorii* circumſtantiis, ſed quadragenaria præſcriptio territorii plenè tanquam jus in theſi authoritate textuum & Authorum, ſed erroneè aſſerebatur. Non autem idem ſunt profectò *territorium, & quælibet actuum ſpecies*, territorii circumſtantiæ, & caſuum ac factorum circumſtantiæ. Judicent alii, annon fucum faciat idem Scriptor, dum reſponſa Rotæ innixa dicit CERTITUDINI *privilegiorum Apoſtolicorum*, cùm notoreitate judiciali conſtet, Rotam privilegia Fuldenſia omnia pro claris undequaque ſubſiſtentibus, de ſuî natura aptis ad ſeparationem territorii, & conceſſionem jurisdictionis ordinariæ in clerum & populum non habuiſſe, ſed tanquam inſufficientia rejeciſſe. Annon fucum faciat, dum de præſcriptione plus quàm quadragenaria garrit, hanc ſolam allegare & probare potuit Fulda, & neutiquam immemorialem à Decreto requiſitam, & hæc ipſa quadragenaria feliciter rejecta fuit.

Alia Fuldenſis Scriptoris æquivoca & falſa.

§. 36. Et rursùs dicant alii, annon fucum faciat, dum loquitur, neſcio, quid, de Prælato in confinio duarum Diœceſium poſito. Usque ad ultimum momentum ante transactionem nuperam Hammelburgenſem in lite adhùc fuit, annon Fulda exiſtat intra ambitum Herbi-

po-

polenſis Diœceſis, quod recentiſſimè adhuc aſſeruerunt Epiſcopi Herbipolenſes. Summar. Num. XIII. XIV. XV. & Fuldenſis Abbas manſit adhuc Prælatus inferior, de quo lex loquitur, & tam reſpectu Herbipolis, quàm reſpectu Moguntiæ, vigore publicorum Inſtrumentorum, nonniſi recognoſcendam ex Moguntino ac Herbipolenſi beneficio actualem jurisdictionem poſſidebat, jurisdictione habituali apud Eccleſias dictas permanente, & Archi-Epiſcopo quà Metropolitano ſubjectâ, utraque in parte ſuæ ditionis. Profectò non legerat Scriptor ille ſapientiſſimam moderni S. D. N. BENEDICTI XIV. *Conſtitutionem ſuper Abbatia Farfenſi* *Tom. II. Bullarii Conſtitut. XXXII.* Hæc Abbatia plerumque ab Eminentiſſimis planè S. R. E. Cardinalibus recta, pariter *in confinio* Archi-Epiſcopatûs Firmani, & quatuor vel quinque Diœceſium Spoletanæ, Montis Alti, Reatinæ, Aſſiſienſis & Aſculanæ poſita, ac territorium ſeparatum in illarum finibus ſe protendens habebat, & tamen Summus Pontifex non tantùm Deciſionem Rotalem contra Abbatiam Farfenſem ex iisdem principiis aſſiſtentiæ juris pro Epiſcopis, inſufficientiæ privilegiorum, & illius abſonæ illationis ab exemptione paſſiva ad activam, ac non ſufficientis unius vel aliquorum actuum præſcriptionis ad integrum territorium ſeparatum, prolatam confirmavit, ſed ſapientiſſimè pleraque loca territorii ſeparati Farfenſis rursùs Epiſcopis ſubjecit, & quidem ex ipſamet ratione, quòd territorium Farfenſe ſe in plurium Diœceſium fines extendiſſet cum magna inconvenientia. S. D. N. diſpoſitioni facillimè relinquet & Moguntina & Herbipolenſis Eccleſia, an pariter priſtina ſuarum Diœceſium loca in Fuldenſi ditione his Eccleſiis ſubjicere velit; & tunc Fulda gaudebit juxta illum textum, quem nobis prædicat in fine ſui Impreſſi: quòd *cum manſuetudine ſit ſervanda humilitas.*

K De-

Denique judicent alii, annon fucum faciat, dum Deciſiones Rotæ dicit in rem judicatam tranſiiſſe, *Decretum S. Congregationis & Clementis XI. rem judicatam Rotæ* (quæ in rerum natura nunquam extitit) *non vulnerare aut infringere, quin imò corroborare & fulcire*, cùm ad vulneranda & infringenda judicata Rotæ, & non rem judicatam Rotæ, quæ toto cœlo differunt, idem Decretum ab Herbipolenſi Epiſcopo, & ab aliis Orbis Epiſcopis, ipsóque Archi-Epiſcopo Moguntino LOTHARIO FRANCISCO à Sanctiſſimæ Memoriæ CLEMENTE XI. petitum, ac allegatis, & ſolidè & quidem ab ipſo S. D. N. refutatis Rotalibus Deciſionibus feliciter obtentum fuerit.

Sin allegando decretum S. Congregat. & miſerabilem quadragenariam Fuldenſem complorando fucum fecit Moguntia, eundem fucum feciſſent Epiſcopi Herbipolenſes, S. Congregatio Concil. Anno 1723.

§. 37. Sin verò fucum fecit Eminentiſſimus Archi-Epiſcopus Moguntinus, prout protervè aſſeritur, allegando contra Fuldam Decretum iſtud Congregationis, & CLEMENTIS XI. ac complorando miſeram illam quadragenariam Fuldenſem præſcriptionem, fucum etiam fecit Herbipolenſis Eccleſia, dum miſeram illam quadragenariam ſemper comploravit, & per illud Decretum CLEMENTIS XI. Deciſiones Rotales, tanquam errori juris nixas, caſſatas eſſe, ſemper & recentiſſimè quidem, non ſemel, ſed pluries aſſeruit, teſtante Summario noſtro Num. XIII. XIV. XV. & quod plus eſt, fucum feciſſet integra S. Congregatio Concilii, cum moderno S. D. N. ejus tum temporis Secretario, quando propter illud Decretum CLEMENTIS XI. confirmationem Tranſactionis Herbipolenſis de Anno 1722. denegavit, & quando in hæc verba, propriæ manûs S. D. N. ſubſcriptione firmata, Epiſcopo Herbipolenſi die 18. Septembris 1723. reſcripſit: „Quamvis tres prodîerint „Sententiæ Rotales favore Abbatis Fuldenſis, poſt earum nihilominùs prolationem, cùm editum fuerit à „Congregatione particulari decretum, à San. mem. CLEMENTE P. XI. confirmatum, quo ſtatutum eſt, non „ſufficere quadragenariam cum titulo colorato pro ac-

„qui-

„quirendo territorio ſeparato, & perfecta qualitate Nul-„lius; hinc eſt, quod, *ſicut in ſequelam. hujus Decreti* „*labefactata dici poterunt fundamenta, quibus ſen-*„*tentiæ Rotales fuerant innixæ*, ſic in compenſationem „juris ab hoc novo decreto derivantis aliquid videbatur „Eccleſiæ Herbipolenſi tribuendum. in hoc Summario Num X. Denique, dum Impreſſi Moguntini §. 61. legerat, à Scriptore Moguntino complorari, vel potiùs rideri miſerabilem quadragenariam præſcriptionem, legerat etiam illa verba: *ignoſcant nobis hanc vocem Fuldenſes, quâ ipſemet S. D. N. in hac ipſa cauſa uſus eſt.* vid. Summar. hoc Num. II. igitur dum Eminentiſſimum Electorem Moguntinum fucum facere arguit, miſeram quadragenariam complorando, hoc ipſo etiam ipſum S. D. N. cujus verba adhibuimus, fucum feciſſe arguit. Hujus itaque judicio & vindictæ fucum Scriptoris Fuldenſis committimus, ruſticitatem verò ejusdem orbi polito dijudicandam relinquimus. Interim verò ex libro Apogrypho cantet ille: *Magna eſt veritas, & prævalet.*

§. 38. Hæc ſcribentibus nobis in manus incidêre bina cujusdam Diſſertationis de Pallio exemplaria, ejusdem authoris Joannis Caſpari Barthel, Doctoris & Ss. Canonum Profeſſoris, nec non Conſiliarii ac Eccleſiæ Collegiatæ in Haugis Canonici Herbipolenſis, qui, cùm negotia moderna, de quibus conqueritur Eminentiſſimus ac Celſiſſimus Princeps Elector Moguntinus, magna ex parte moderatus, & teſtante typo publico ad concordiam Hammelburgenſem ineundam deputatus fuit, non miramur, quòd tam tranſactionis ejusdem, quàm Pallii Herbipolenſis tractatum pro virili defendere voluerit; neque hoc loco illi reſpondendum eſt ſuper duobus hiſce punctis, paucorum foliorum refutatio ſpiſſo ejus volumini ſatisfaciet. Verùm aliud eſt, quod miremur; utrumque exemplar & urbem Herbipolim,

Refertur duplex editio Diſſertationis Herbipolenſis de Pallio. In prima Herbipoli allegatum pariter dictum decretum contra Fuldam latum, pro Epiſcopis contra omnes Prælatos inferiores.

& Herbipolenſem Typographum præ ſe fert; primum tamen, quod vel impreſſionis diem, nempe vigeſimum quartum Auguſti in Germania S. Bartholomæo ſacrum monſtrat, ab altero, ubi dies omiſſus, & additæ fuerunt voces, *Editio ſecunda:* parumper differt. In primo exemplari vel editione cum magno elogio notaverat Author, „quòd Joannes Philippus ex illuſtriſſima „Baronum de Greiffenclau gente Epiſcopus Herbipo„lenſis de toto Hierarchico Epiſcoporum Ordine bene „meritus ſit, quòd tantâ diligentiâ & operâ non tan„tùm Germaniæ Epiſcopos (& inter eos etiam Lotharium Franciſcum Archi-Epiſcopum & Electorem Moguntinum) „ſed & aliarum nationum evocaverit (ſic evocare tunc non erat ſeditionem movere, evocatiſque Epiſcopis non reſpondebatur, hanc rem illos non tangere) „& quod opportunum ac efficax tum temporis „jamjam à jurium & rerum ſacrarum eminenti ſcientia, „& exaſciata prudentia longè celeberrimi PROSPERI DE „LAMBERTINIS, modò ſapientiſſimè & glorioſiſſimè „regnantis Summi Pontificis patrocinium nactus, illam „in S. Rotæ Auditorio (NB. in ipſiſſima cauſa Fuldenſi) „Canonizationi & receptioni utì proximam, ita „& toti Epiſcoporum ordini admodùm periculoſam & „præjudicialem affirmativam averterit ſententiam, vi„delicet, quòd poſſit inferior Prælatus (NB. ipſiſſimus, contra quem agebat, Abbas Fuldenſis) „territorium ſe„paratum & jurisdictionem ordinariam, & quaſi Epiſc. „in Clerum & populum cum Epiſcopi excluſione in ali„quo ſpeciali loco acquirere per quadragenariam præ„ſcriptionem cum titulo colorato; ita ut deinceps ſuper „negativa, & quòd pro acquiſitione territorii ſeparati, „prædictæque jurisdictionis omninò requiratur, aut cla„rum & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum privilegi„um, aut conſuetudo immemorialis cum ſuis omnibus „requiſitis ritè probata, per quam Apoſtolicum privile„gium de jure præſumi valeat &c. Apoſtolicum An„no MDCCXXI. editum fuerit decretum, quo juris-

„dictio

„ dictio Epiſcoporum Hierarchica magis firma & tuta „ perpetuo collocata eſt.

§. 39. Hucusque primum exemplar & editio, & hucusque omnia belliſſimè, ac mirificè ad confirmationem eorum, quæ hucusque dicta ſunt. Tanta enim eſt lux veritatis, ut ſemetipsâ vel inter tenebras prorumpat, quibus alioquin vir doctus negotium Concordiæ Hammelburgenſis & Pallii involvere ſatagit; Dignus enim magno encomio Joannes Philippus de Greiffenclau Epiſcopus Herbipolenſis, quòd Epiſcoporum juribus, & ſuis contra Abbatem Fuldenſem agens invigilaverit. Dignus pariter ſuo encomio non morituræ memoriæ Princeps Lotharius Franciſcus Archi-Epiſcopus Moguntinus, quòd in Summario hic Num. XVII. appoſitas contra Fuldam & Abbates novarum rerum cupidos ad ſan. mem. CLEMENTEM XI. P. M. literas dederit, ac procurato ejusdem Summi Pontificis decreto de Anno 1721. etiam *ſibi ſuæque Eccleſiæ* præjudicium omne averterit; ſed omni laude ſuperior CELEBERRIMUS PROSPER DE LAMBERTINIS, quòd veritatis vindex glorioſus fuerit, ac hierarchica jura contra inferiores Prælatos ſolidiſſimo labore perpetuò in tuto collocârit. At ecce! gaudium noſtrum brevì commutatum fuit in luctum, quando in altero Exemplari, quod *Editionis ſecundæ Herbipoli, typis Jacobi Chriſtophori Kleyer, Univerſitatis Typographi* nomen refert, vidimus, & allegato loco hæc adjuncta verba legimus: „ Quamvis tamen, ut integram ſeriem illius decreti referamus, proſpectum pariter in eodem fuit iis inferioribus Prælatis, habentibus quidem verum privilegium de ſuî natura aptum ad ſeparationem territorii, & conceſſionem jurisdictionis ordinariæ, ſed aliquam admittens rationabilem dubietatem aut diſputationem (quo ſanè in caſu Fuldenſis Abbas haud dubiè verſabatur) „ tunc enim an ſubſequens uniformis quadragenaria, aut „ per aliud legitimum tempus continuata obſervantia deſervire valeat pro dicti Apoſtolici privilegii interpre-

In altera Editione Romana inſerta eſt aliqua additio, & excepta ab illo Decreto Fulda, contra verba præcedentia, & mentem Authoris Joannis Caſpari Barthel, imò omnium Epiſcoporum Herbipolenſium.

Summar. N. XVII.

„tatione, id dependere è ſingulis caſuum & factorum „circumſtantiis, præfinitum fuit. Ita enim ſe habet „ſecunda pars dicti Apoſtolici Decreti. Obſtupuimus initio tam velocem converſionem vel totius Herbipolenſis Eccleſiæ, vel ſaltem Authoris Joannis Caſpari Barthel; mirati ſumus, quòd cum tanto encomio, & rectè quidem, Epiſcoporum jura in tuto collocata dicat, mox in priſtina dubia & pericula conjiciat, ad *ſingulas caſuum & factorum circumſtantias* relegare illos placeat, ac litibus æviternis exponere. Tutos feliciter Epiſcopos, qui tantùm tamdiu tuti ſunt, quamdiu nihil dubii privilegii, nihil diſputationis afferunt Abbates! ſed magìs mirati ſumus illa verba: *quo ſanè in caſu Fuldenſis Abbas haud dubiè verſabatur:* Hæc enim verba à Clariſſimo D. Barthel proferri, vel etiam palam in Urbe Herbip. proferri, probaríve, non potuimus credere. D. Barthel, qui Conſiliarius ejus Principis Herbip. jam fuit, qui recenter Summo Pontifici Anno 1738. ſcripſit; *non Suffragando à quell' Abbate le ſentenze Rotali fondate ſopra la quadragenaria con titolo Annollate dalla S. Mem. di Clemente XI. col previo voto della S. Congregazione del Concilio, come contrarie ai ſagri Canoni e Concilii* &c. Summario Num. XV. & idem Doctor Barthel nimiùm æſtimat alium ſuum Epiſcopum, & Principem Celſiſſimum Chriſtophorum Franciſcum ab Hutten, Prædeceſſorem in Herbipolenſi Cathedra Friderici Caroli, qui pariter 1727. Summo Pontifici ſcripſit, Fuldenſem præſcriptionem quadragenariam & Deciſionem Rotæ in ea fundatam, utpote Sacris Canonibus, & S. Concilio Tridentino, declarationibus S. Congregationis contrariam Anno 1721. à Clemente XI. glor. mem. per ſpeciale Decretum annullatam eſſe, Sum. Num. XIII. Herbipolim igitur totam, & D. Barthel altero ſtatim menſe aliter ſentire, mirati ſumus, & non credidimus. Sed ſubitò hanc admirationem depoſuimus; dum enim accuratiùs omnia inſpiceremus, typum Jacobi Chriſtophori Kleyer ſubitò in nitidiorem mutatum vidimus, & à pag. 96.

in

in alteram partem, ac ad pag. 97. ſequentem oculos inflectentes conſpeximus Amphitheatrum Veſpaſianum, & pag. 40. Pantheon Romanum æri inciſum. Memores igitur hæc antiquitatis rudera Romæ extare, imò ſummæ dignationis viri benevolentiâ Romam allatum unum tale Exemplar, & notitiam ſimul accipientes, quòd Romæ reimpreſſa ſit hæc Diſſertatio, licèt Herbipolenſis typi nomine frontem tegat, ſubitò credidimus, quòd alius vir bonus Romæ, ſinè Authoris fortaſſis Scitu non ſupplere, ſed corrigere Doctorem Barthel, & Herbipolenſes Epiſcopos voluerit, ac malè cautam veritatem ſupprimere; Cùmque victi proſtratíque eſſemus hac arte, ex quo Abbas Fuldenſis haud dubiè verſabatur in caſu privilegii DUBII, titulíque optimè colorati, hoc eſt, falſi, invalidi, inſubſiſtentis, extremâ voce in hanc ſolam exclamationem prorupimus: quid demum prodeſt in typo Fuldenſi locum erubeſcere, in ſecunda Editione ſcripti Herbipolenſis alium typi locum fingere, infarcire nova, & ſibi non cohærentia? quod verum eſt, falſum fieri nequit. Sed reſumimus ſpiritum, & veniam rogamus à viris gravibus, in rebus ineptis narrandis lepidè verſatos nos eſſe, nam alia falſa magis ſeriò alibi. Participabit, ſperamus, Eminentiſſimus ac Celſiſſimus Archi-Epiſcopus Moguntinus gloriam illam, quòd, ſicut Joannes Philippus de Greiffenclau decretum S. Congregationis ſolido, doctiſſimóque labore Celeberrimi PROSPERI DE LAMBERTINIS pro verorum Eccleſiæ Hierarcharum jure in tuto collocando impetravit, ita & Eminentiſſimus Elector decreti depravationem impediverit, & non dubitamus, quin ipſemet S. D. N. tales ſui diſcurſûs & Pontificiorum Decretorum interpretes non ſit laudaturus.

§. 40. Cùm igitur per tot judicata Supremi Judicis aſſerta Fuldenſium privilegia omnia & ſingula contra ipſam etiam Herbipolim inſufficientia fuerint habita, ad importandum territorium ſeparatum ab ejus Diœceſi; & cùm fundata ſuper eorum titulo colorato, hoc eſt, nullo

Rejectâ itaque per S. Congreg. præſcriptione, & per ipſam S. Rotam privilegiis Fuldenſibus, non opus ad illa ſingillarim reſpondere.

nullo & invalido, præſcriptio fuerit annullata, ſuperfluum eſſet, & tædioſum, ſingillatim illa hìc recenſere, & inanem illorum tenorem refellere, quod ſatìs quilibet curioſus legere poteſt apud

Rotam in hac cauſa Fuldenſis Jurisdictionis 1. Junii 1708. coram ANSALDO *Num. 50. usque ad Num. 91.*

Oportet tamen adhuc Scriptori Fuldenſi in memoriam revocare, quòd, ſi hodiedum de iisdem privilegiis lis futura eſſet (quod non ſperet Fulda) S. Rota dijudicare adhuc deberet argumenta nondum viſa, nec perpenſa, quæ contra hæc eadem Diplomata, eorúmque veram exiſtentiam, Hiſtoricus Germaniæ Celebris Joannes Georgius ab Eckart, nec non alii planè impartiales in noſtra ſerie facti & juris allegati eruditi recentiores, Exteri & Germani attulerunt, præſertim, cùm ipſe Schannatus Fuldenſium rerum Panegyriſtes

In Traditionibus Fuldenſibus notat. ad Tradit. XLIII. & ad Tradit. LI.

Veteres Chartas etiam per Monachos ſaltem ex imperitia corruptas eſſe, fateatur; ſimiliter in memoriam revocare oporteret, quod ipſe modernus Summus Pontifex

Tom. II. Bullarii Conſtitut. XL. pag. 340.

ex Petro Bleſenſi notavit, falſariorum præſtigioſam malitiam ita in Epiſcoporum contumeliam ſe armâſſe, ut falſitas ferè in omni Monaſteriorum exemptione prævaleat. Denique notari oporteret, quod adhuc Anno 1714.

In exhibito coram S. Congregat. part. loco ſignaturæ gratiæ deputata. Num. 29.

idem denuò Celeberrimus PROSPER DE LAMBERTINIS conqueſtus fuerit, illa privilegia in forma probante necdum eſſe allata, atque hoc fruſtra fuiſſe petitum in Rota, & quod nunquam Monaſterium Fuldenſe quoad privilegium ZACHARIÆ & SYLVESTRI Papæ, licèt obtinuerit

tinuerit

tinuerit literas compulſoriales ſpeciales, has executioni mandaverit.

§. 41. Pariter inutile foret, multas ad majorem confuſionem inutili majuſculo typo impreſſas privilegiorum jam rejectorum formulas de novo excutere, quæ, ſicut Cap. Si Papa 10. de privileg. in 6. de ſola Monaſterii paſſiva exemptione capiendæ, ac taliter ab ipſa S. Rota jam intellectæ ſunt. Profectò S. D. N. BENEDICTUS XIV. è Cathedra loquens adhuc ampliora Fuldenſium privilegiorum verba & formulas hac in materia rejecit. Sic

Nec ad eorum formulas; cùm illas & ampliores adhuc iisdem jam rejecerit S. D. N. BENEDICTUS XIV. tanquam inſufficientes ad territorium perfectè ſeparatum, multò magìs ad exemptionem à jure Metropolitico.

Tom. I. Bullarii Conſtitut. LXXVI. §. 6. 7. 16. ait, verba illa: *jurisdictionis, libertatis, exemptionis*, nullam Prælatis inferioribus jurisdictionem quaſi Epiſcopalem in clerum & populum tribuere; *cùm enim*, ait Pontifex doctiſſimus, *hìc agatur non de privilegio merè exemptivo, ſed de privilegio magìs arduo, & de jure communi alieno, tribuente ſcilicet jurisdictionem ordinariam perſonæ inferiori, ablatâ Epiſcopo parte ſuæ Diæceſis, nunquam per generalia & ambigua verba conceſſum eſſe intelligitur.* Pergit ibidem §. 9. & 10. *nec recepta bona Monaſteriorum* (præſentia vel futura) *ſub immediata S. Petri, & Apoſtolicæ Sedis protectione, nec uſum Mitræ & Baculi, nec recipiendi Chriſmatis vel Ordinum à quocunque Epiſcopo, nec interdictum, ne Epiſcopus abſque Monachorum conſenſu in Eccleſia Monaſterii Pontificalia exerceat, nec homagium S. Sedi præſtandum, nec cenſum ei perſolvendum, jurisdictionem in clerum & populum inferre.* Ait porrò §. 11. ibidem, *nulla, nequidem tempore Alexandri III.* (ſcilicet Anno 1159.) *recenſeri exempla activæ jurisdictionis tributæ Monachis in clerum & populum*: Adeóque veritas Chronologica eſt, nec Monachis Fuldenſibus jam Sæculo VIII. IX. X. XI. tributum fuiſſe Semi-Epiſcopatum. Addit §. 12. 13. *nec ceſſionem juris Epiſcopalis factam ab Epiſcopis, & confirmatam à Papa* (quod benè notent Fuldenſes) *ſecum*

M *ferre*

ferre omnimodam plenariam abdicationem à donantibus in Donatarios totius authoritatis & jurisdictionis Eccleſiaſticæ in clerum & populum exercendæ, multò minùs igitur juris Metropolitici. Ulteriùs formulam *immediatæ ſubjectionis S. Romanæ Sedi*, ſoli congruere docet exemptioni paſſivæ, non autem juri activo, & ſeparationi territorii. &

Tom. II. Bullarii Conſtitut. XXXIII. pag. 276. & ſeqq.

nec illam Clauſulam: *Monaſterium ſub jurisdictione S. Romanæ Eccleſiæ deſpondimus.* & pag. 279. nec illam enuntiativam: NULLIUS DIOECESIS: juxta ipſam loquelam S. Tridentini Concilii aliud quidquam, quàm exemptionem paſſivam inferre. & rurſus

eodem Tom. II. Bullarii Conſtitut. XL. in Cauſa Germaniæ, Monaſterii quondam, nunc Eccleſiæ Collegiatæ Equeſtris liberæ, & S. R. I. immediatè quoad ſæcularia ſubjectæ docet, Clauſulam: *ſub B. Petri & Romanorum Pontificum protectione* pag. 346. nec illam: *ad jus & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere* fol. 347. nequidem exemptionem Monaſterii paſſivam inferre.

Conferantur jam cum Clauſulis his à S. D. N. recenter rejectis, privilegiorum Fuldenſium omnium, quibus ſemper repetitur illud privilegium Zachariæ Pontificis, ſolitariè & ſufficienter propterea in Moguntina ſerie juris & facti relatum, formulæ, & apparebit cuicunque, nequidem tam amplas formulas, quales ſunt illæ rejectæ, in iis reperiri. Unica S. Bonifacii Germaniæ Apoſtoli & Archi-Epiſcopi Moguntini pro Monaſterio Fuldenſi à ſe fundato privilegium Zachariæ expoſcentis, & omnium Pontificum intentio fuit, ut hoc Monaſterium non arbitrariis Epiſcoporum legibus, ſed ſolâ S. Benedicti regulâ regeretur, ut conſtituti illic Buchonicæ eremi incolæ in majori quiete Deo deſervirent, & ut dona & oblationes, decimæque Fidelium illis non eriperentur, nec infeudarentur, ſed ut illis perpetuâ firmitate

mitate perfruantur. Id obtinuerunt, hoc privilegia loquuntur. Sed illatio ab hujusmodi paſſiva exemptione ad jurisdictionem activam, *tanquam Canonicis ſanctionibus nimiùm abſona*, ut verbis S. D. N. utamur, profectò à quolibet impartiali repellenda videtur. Quo ipſo perpetuum æquivocum Fuldenſe ſatis notatum eſt, à Monaſterio exempto ad clerum & populum integræ regionis argumentari.

Hoc unum adhuc addimus, & Fuldæ in memoriam revocamus: poſt omnia judicata Rotæ Anno 1714. S. D. N. adhuc optimo jure defendiſſe, quòd omnia allegata Fuldenſium privilegia nequidem ſufficiant ad fundandum titulum coloratum præſcriptionis quadragenariæ, cùm paſſiva exemptio Monaſterii nequidem colorem poſſit præbere jurisdictioni in clerum & populum.

§. 42. Ad hæc loco planè incongruo §. 133. reſpondet quàm modeſtiſſimè Scriptor Fuldenſis: „*per* „*ſummam injuriam aut ignorantiam confundi ea, quæ* „*Summus Pontifex diſſeruit de parvis atque litigioſis* „*jurisdictionibus localibus, intra ambitum & circumda-* „*rium alienæ diœceſis, cum ampla Diœceſi Fuldenſi Nul-* „*lius, cujus ſeparatum territorium plusquàm ducenta mil-* „*liaria circuitûs habeat, atque diœceſin efformet majo-* „*rem cujuscunque Nullius Orbis Catholici, cui propte-* „*rea Suffraganeus datus fuerit, ut in ampliſſima hac* „*Diœceſi ea, quæ ſunt Ordinis, miniſtraret. Eodem* „*modo confundi pariter à Nobis jus Ordinarium cum ju-* „*re Metropolitico, & quidem ſtudioſè.* Rurſus aliorum judicio relinquimus, an hæc cum ſumma vel injuria, vel ignorantia nobis non oggerantur? quodſi enim vera eſſent, quæ objiciuntur, ac S. D. N. de parvis Abbatiis & jurisdictionibus loqueretur, bene tamen ejus ſapientiſſima effata à nobis Fuldæ poſſent applicari. Pauperes enim & divites, parvi & magni diverſo jure non reguntur; & quod juris eſt circa ruſticos, idem juris eſt circa cives & nobiles, quamdiu juſtitia perſonas

Refutatur reſponſio Scriptoris Fuldenſis. Pontifex loquitur de amplis etiam Abbatiis, & generaliter.

non reſpicit, vel opes; & ſi ſummus Pontifex non patitur, vel parvulam jurisdictionem avelli ab Epiſcopis, & ab Abbatibus occupari, optimè à minori ad majus argumentamur, integram, ùt dicitur, ducentorum milliarium Regionem non avellendam à Diœceſibus, vel provincia. Atverò longè abeſt, ut S. D. N. loquatur de parvulis jurisdictionibus. Quatuor præcipuè Conſtitutiones S. D. N. BENEDICTI XIV. à nobis allegatæ ſunt; duæ concernunt Abbates Commendatarios Abbatiæ Farfenſis, & Cryptæ Ferratæ, Eminentiſſimos S. R. E. Cardinales, eorúmque controverſias ob prætenſa territoria ſeparata cum Archi-Epiſcopo Firmano, & variis Epiſcopis. Tertia Conſtitutio pertinet ad Magnum Magiſtrum & Ordinem militarem S. Joannis Hieroſolymitani, prætendentem territorium quoddam ſeparatum contra Epiſcopum Converſanum. Quarta Conſtitutio cauſam Germaniæ tangit Epiſcopi Spirenſis ac Eccleſiæ Equeſtris in Odenheim vel Bruchſalienſis, Eccleſiæ S. R. Imperio immediatè ſubjectæ, prout videre eſt ex

TOM. I. BULLARII S. D. N. *Conſtitut. LXXVI.*
TOM. II. *Conſtit. XXXII. & XXXIII. & XL.*

Si ſolo argumento à pari uſi fuiſſemus, non indignari poſſet Abbas Fuldenſis, quod illum cum Eminentiſſimis Cardinalibus, cum ſupremo Ordinis, ùt in Germania dicitur, Melitenſis Magiſtro, ejúsque Abbatiam quoad ſæcularia S. R. Imperio immediatè ſubjectam, cum alia Eccleſia æqualis omninò Nobilitatis Bruchſalienſi in Germania contuliſſemus; verùm argumentum noſtrum à pari non ducitur, ſed ex generalibus juris principiis à S. D. N. deductis, & applicatis non parvis atque litigioſis jurisdictionibus, ſed amplis Eccleſiis. Abbatia Farfenſis adhuc hodie Nullius eſt, & territorium ſeparatum retinet, quodſi autem vel ſola loca ab hac Abbatia Farfenſi diſmembrata, & Epiſcopis denuo ſubjecta à S. D. N. numerentur, tot vel plures ibi Eccleſias Collegiatas, Regulares vel Monaſteria, Parochiales &

alias

alias ſummus Pontifex Abbati ademit, & Epiſcopis ſubjecit, quàm actu reperiantur in *ampliſſimâ* ſic dicta Diœceſi Fuldenſi. Et quidem Eccleſias Collegiatas, Monaſteria ac Parochias Catholicas, in rerum natura exiſtentes, non tales, quales finxit Schannatus in rerum natura non exiſtentes, in ipſo titulo plura falſa etiam contra jura Moguntina continente, faſtuoſi ſui libri inſcripti: *Diœceſis ac Hierarchia Fuldenſis*. Dixeramus hoc jam §. 160. in impreſſa Serie facti & juris Moguntina; ſed ſcriptori Fuldenſi moderno placuit in fideliſſimo Specimine jurium Moguntinenſium obmuteſcere. Siquis verò nobis computantibus non credat, ipſum S. D. N. Bullarium adeat

TOM. II. *Conſtit. XXXII. & ſequentem ſchedulam motûs proprii.*

Porro non minùs litigioſa ſemper fuit jurisdictio Fuldenſis, quàm aliarum prædictarum Eccleſiarum; & nemo Germanus Milliaria germanica numerans non ridebit, cùm Scriptor Fuldenſis dicit, quòd ampla Diœceſis Fuldenſis ducenta milliaria Circuitûs habeat, ac indignabitur eidem ſcriptori, quod ad decempedam Moſcovitarum amplam hanc Diœceſin non dimenſus fuerit; ſic enim fortè ſexcenta milliaria numerare potuiſſet; Nos verò in ſuprà citato impreſſo Moguntino §. 179. jam dixeramus, circuitum ſexcentorum milliarium allegatum fuiſſe pro Eccleſia S. Deodati, & tamen Epiſcopalem Infulam denegatam. Quod verò plus eſt, rogamus Lectorem quemcunque, an rationes S. D. N. ſuprà adductæ, ex quibus formulas illas rejecit, quibus recentiori ævo abutuntur Hierarchatûs exempti prætenſores, non ſint planè generales, ac ideo Fuldenſibus privilegiis ſolidiſſimè applicentur, ſinè omni noſtra, cujus nos accuſat modeſtus Fuldenſis, vel ignorantia vel injuria. Quod enim nudum protectorium eſt, & nudam exemptionem paſſivam Monachorum ſonat reſpectu aliarum Abbatiarum, idipſum idem eſt, & idem ſonat reſpectu Fuldæ tam diu, quam diu voces latinæ ſuam ſignificatio-

N nem

nem retinent. Quod verò ſubdit idem Scriptor de Suffraganeo Fuldenſi, jam ſuprà, & inferiùs §. 58. plenam reſponſionem accipiet. Et, quod addit, à nobis jus diœceſanum cum jure Metropolitico confundi, in hoc nimiùm nobis benignus eſt; ubi enim regnet confuſio, an in noſtro priori, vel Fuldenſi Scripto, Lectori relinquimus. Hoc tantùm diximus, & adhuc dicimus, quòd Fulda nunquam, niſi per ſolam Transactionem recentem Hammelburgenſem 1. Octobris 1752. confirmatam jurisdictionem quaſi Epiſcopalem obtinuerit, & quidem ſub Epiſcopo Herbipolenſi, qui habitualem retinet, aliam verò in parte Trans-Fuldana ex Moguntino beneficio, rurſus ſub Moguntino Archi-Epiſcopo jurisdictionem habitualem diœceſanam retinente, utramque verò ſub Metropolitano eodem Moguntino, benè ſemper diſtinguendo jurisdictionem quaſi Epiſcopalem ordinariam à jure Metropolitico.

Refertur Transactio quædam ſuper decimis inter Archi-Epiſcop. Mogunt. & Abbatem Fuldenſem, jam à S. Rota, nec non à S. D. N. tanquam inſufficiens declarata ad inferendum etiam ſolùm territorium ſeparatum.

§. 43. Unum tamen, quod affertur, documentum à Fuldenſe Scriptore §. 45. & 46. allatum conſideremus, Transactionem quandam ſuper decimis inter Sigefridum Moguntinum Archi-Epiſcopum, & Wideradum Fuldenſem Abbatem initam, ex qua prætendit, „quod jam Anno 1069. Abbas habuerit diœceſin, eo„quòd in illa Transactione in locis ad S. Bonifacium in„tra parochiam ſuam pertinentibus decimæ Abbati per„manſerint; Parochia verò diœceſin ſignificet, ac de„cimæ illæ ſolutæ fuerint in ſignum obſequii & ſubjecti„onis Cathedræ Epiſcopali, vel quaſi Epiſcopali; ex „quo etiam olim Rota argumentum deduxit. 15. Janu„arii 1711. coram Caffarello; hinc quingentis ante Lu„therum annis Fuldam quaſi Epiſcopatum & Diœceſin „fuiſſe. Imprimis enim vel hæc erronea ſunt, & æquivoca, quæ rerum ignaris venduntur, ùt verbis Fuldenſibus utamur, vel certò doctiſſimus Pontifex BENEDICTUS XIV. in ſuprà citata Bulla §. 41. erraret.

raret. Fulda enim jam ante annum 1069. ſuum quaſi Epiſcopatum & diœceſin jactat; S. D. N. Anno 1159. adeóque ſæculo integro poſteriùs, necdum exempla extitiſſe ait, jurisdictionis in clerum & populum Monachis conceſſæ. Sed Pontifex eruditiſſimus & in antiquitatibus Eccleſiaſticis omnium, qui vivunt, Eruditorum verſatiſſimus non erravit. *Quamvis enim* (ùt rurſus Fuldenſibus verbis fol. 2. Scripti loquamur) *tanti Pontificis ſacrarum rerum peritia, editisque operibus Celeberrimi nomen per ſeipſum ſufficere videatur, ad id comprobandum;* nihilominùs tamen adhuc alia ex ipſis viſceribus negotii argumenta ineluctabilia præſto ſunt. Quæ enim Concluſio à decimis Abbati ab Archi-Epiſcopo relictis ad Semi-Epiſcopatum? quodsi enim in primo Fuldæ privilegio Zachariæ P. non fieret mentio oblationum & *decimarum*, ſatis conſtaret aliunde, quòd decimæ tum temporis, & jam antea indiſcriminatim conceſſæ ſint Monaſteriis, ùt advertit

NATALIS ALEXANDER *H. E. ad ſæc. IX. & X. Cap. 5. Art. 6. n. 8. & ad ſæc. XI. & XII. Cap. 7. Art. 8. n. 22.*

reíque Apologiam texit

PETRUS CLUNIACENSIS *Epiſt. 28.*

Et quidem Monaſteriis etiam non exemptis, præſertim intra fines parochiarum iis incorporatarum, & ab iis poſſeſſarum; ac diœceſis Moguntina plura talia Monaſteria, decimas ex Moguntina *liberalitate* poſſidentia, & plures tales Eccleſias Collegiatas ſimiliter decimis ditatas numerat, quàm Fulda Capitulares Monachos. Parochiam quandoque diœceſin ſignificare, ſi de Epiſcopis ſermo ſit, novimus ex DU CANGIO, & ex ipſis noſtris diplomatibus antiquis; ſed diœceſin ſignificare, ſi de clerico vel Abbate ſermo eſt, tam diu negabimus, quamdiu verum eſt, ut ex ſchola loquamur, quòd prædicatum debeat convenire ſubjecto, & quòd requirantur termini habiles. Non addimus reſponſiones alias,

 quas

quas ipſa quondam in S. Rota pro nobis protulit ad hanc transactionem Herbipolis, quòd verba illa *intra parochiam ſuam* referantur *ad Parochiam* Archi-Epiſcopi Sigefridi, prout revera referri debent; de hac enim in allato documento ſermo erat. Sigefridus pro alendo clero, & Paſtoribus animarum ſuæ diœceſis, ab omnibus poſſeſſoribus agrorum decimas prætendebat, & ſic etiam de Abbate Fuldenſi intra Parochiam Moguntinam plura prædia & curtes &c. poſſidente, *ſicut de cæteris intra parochiam ſuam habitantibus*. Abbas non allegabat ſuam parochiam eſſe diſtinctam, non dicebat eſſe *parochiam S. Bonifacii*, ſed tantùm Monaſterium habere privilegium Papæ & Imperatorum fruendi decimis, *per privilegia Pontificum & per præcepta Regum* FULDENSI MONASTERIO *decimas conceſſas*, adeóque ſuos Fuldenſes colonos & decimarum exactores ab Archi-Epiſcopo in ejus diœceſi non inquietandos eſſe. Tam parùm igitur decimas illas Abbati in ſignum ſubjectionis Cathedræ Epiſcopalis vel quaſi Epiſcopalis debitas fuiſſe, ex adducta transactione ſequitur, quàm parùm hac de re ibi verbum habetur. Rota coram Caffarello hanc narrationem non aliter allegat, quàm ad ſpecioſè pingendum titulum coloratum præſcriptionis, adeóque de ſe nullum, invalidum, inſubſiſtentem. Et ut Rotam Rotæ opponamus, audiamus verba:

ROTÆ *in cauſa Nullius vel Fuldenſis 1. Junii 1708. coram* ANSALDO *N. 82.*

„Quo autem ad ſubſtantiam puncti decimarum, illa„rúmque ex parte reſtitutionis favore Abbatis concor„datæ, per Epiſcopum utique decimæ perſolvendæ „erant Abbati in illis locis, quæ erant de pertinentiis „Monaſterii, dum ſignanter SYLVESTER II. & CLEMENS „pariter II. expreſſè in eorum Indultis concedebant Ab„bati exactionem & fruitionem decimarum cum prohi„bitione aliorum omnium, ne eandem exactionem im„pedirent, adeóque rectè debebat Epiſcopus illas ami„cabili-

„cabiliter Abbati exigendas relinquere, & ſi quas ab-
„ſtulerat, reſtituere, abſque eo, quòd de cætero etiam
„in abſtracto exemptio à decimis, illarúmque exactio
„quidquam faciat ad eruendum territorium ſeparatum,
„ùt per Rot. Decis. 840. coram Emerix jun. & abſque
„eo, quòd in rei veritate jus decimandi ſecum ferat de
„neceſſe certum veſtigium ullius ſpiritualis & eccleſiaſti-
„cæ jurisdictionis, dum illo gaudere valet etiam perſo-
„na laica, ùt paſſim contingere ex privilegio Apoſtoli-
„co in Regnis Hiſpaniarum patet ex ſæpiùs firmatis per
„Rotam &c. Pariformis ob id irrelevantiæ reddeban-
„tur aliæ concordiæ in idem coincidentes, imò illa ce-
„lebrata de Anno 1069. (ſcilicet cum Archi-Epiſcopo
„Moguntino) retorqueri videbatur, tum quia ibidem
„poſitivè dicitur, quòd Abbas habebat privilegium hu-
„jusmodi decimas exigendi, ideóque pertinentia & ex-
„actio non erat ſuapte naturâ referibilis ad prætenſam
„jurisdictionem quaſi Epiſcopalem; tum etiam, quia
„eadem concordia, de qua dicto Summ. N. 18. inita ap-
„parebat cum Archi-Epiſcopo Moguntino, quod ſanè
„indicabat adjacentiam, ſi non Circumdarium alterius
„Ordinarii, & partialis Diœceſani in aliqua ſaltem ex-
„tenſione locorum Abbatiæ„ Quando verò Rota co-
ram Caffarello citatâ miratur Moguntinum ſilentium,
quòd non ſicut Epiſcopus Herbipolenſis plagam cis-
amnenſem, ſic Moguntia trans-Fuldanam repeteret,
non cogitavit, quòd Moguntia ſtare velit fœdere ſuo, &
ſalvo jure Metropolitico ab eodem coram Caffarello
litigante Abbate Adelberto agnito contenta eſſe, &
quòd, ut rursùs Rotam Rotæ opponamus, prout anim-
adverſum erat

coram ANSALDO 1708. *die 1. Junii*

ex ſuis cauſis quieſcere, & ex ſuis cauſis ſurgere poſſit;
Cujus verba infrà dabimus.

§. 44. Atque ut etiam huic objectioni omnige-
nam lucem afferamus, ex coævis Hiſtoricis, præſertim
O Lam-

Cauſa litis ſuper decimis non fuit prætenſum jus quaſi Epiſcopale.

ſed omnigena etiam laicorum immunitas à decimis in illis locis.

Lamberto Schaffnaburgenſe, ac rerum Moguntiacarum ac Thuringiacarum Scriptoribus notare juvat, quòd Saxones & Thuringi ad fidem à S. Bonifacio Archi-Epiſcopo Moguntino converſi decimas perſolvere renuerint, & potiùs minitati ſint, velle ſe ad idololatriam redire, ſicut de facto in multis Saxoniæ & Thuringiæ locis decimæ non ſolvuntur. Sigefridus I. Archi-Epiſcopus Moguntinus (idem ille, qui tunc temporis Pallio Halberſtadienſi Epiſcopo conceſſo acerrimè & cum effectu reſtitit) nihilominùs re cum S. Pontifice ac Imperatore communicatâ variis Synodis habitis decimas urgere voluit, ac, cùm Abbas Fuldenſis & Hirſchfeldenſis (quæ olim Abbatia, ſicut Fulda, Principatûs Imperii prærogativâ gaviſa, pariter à Moguntinis Archi-Epiſcopis fundata, æquè Moguntinæ Diœceſi ſubfuit, donec per Religionis in Germania mutationem ac bellorum injurias in Sereniſſimorum Haſſiæ Landgraviorum poteſtatem tranſiit) cùm inquam, hi duo Abbates plura per Saxoniam & Thuringiam prædia poſſiderent, etiam hi ad Synodum vocati, non ut cum iis velut Semi-Epiſcopis tranſigeretur, ſed ut illi, velut reliqui prædiorum poſſeſſores ad decimarum ſolutionem adigerentur, *ab iis, ſicut de cæteris intra parochiam ſuam* (i. e. Sigefridi) *habitantibus debitas poſcebat.* Sigefridus ipſe Fuldenſis Abbas fuerat, & ſucceſſor ejus Wideradus, Sigefridi Conſanguineus erat ex Celebri Dynaſtarum de Epſtein Familia; nihilominùs & hic & Hirſchfeldenſis Abbates decimas renuebant, prætextu immunitatis antiquæ à decimis in omnibus bonis ad monaſteria ſua pertinentibus, ac in his Abbatibus reliquorum omnium ſpes ſita erat. At reponebat Archi-Epiſcopus, prædeceſſores ſuos decimas non exegiſſe *rudibus in fide Auditoribus* (Thuringis) *& penè adhuc Neophytis lac potum dediſſe, ſe à filiis Eccleſiæ* (non Hierarchis) *leges eccleſiaſticas exigere.* Tandem cum utroque Abbate res transactionibus variis compoſita fuit, & laici pariter tantiſper paruerunt.

§. 45.

Recentiora Fuldenſium privilegia æquè parum probant, & pariter rejecta ſunt à S. Rota.

§. 45. Recentoria, quæ à temporibus Joannis, Philippi & Balthaſaris Abbatum Fuldenſium, jus Moguntinum teſtante Summario N. VI. VIII. & XIX. quod ultimum infrà, & ſuo loco exhibebimus, penitùs confitentium, afferunt privilegia à §. 33. usque ad §. 51. pariter à Rota jam rejecta ſunt locis citatis contra Herbipolenſem Epiſcopum, prout videre poſſunt Fuldenſes in Scriptura à Doctiſſimo PROSPERO DE LAMBERTINIS ſubſcripta de Anno 1714. Num. 40. & ſeqq. Contra Moguntiam verò planè nihil probant, quæ fatetur, quòd ab illo tempore Fulda juriſdictionem aliquam exercuerit, ſed SUB *Archi-Epiſcopo*, factis ad illum appellationibus, recognito plenè Metropolitico jure, imò etiam ſub Moguntino Præſule quà Epiſcopo Diœceſano, jure habituali apud ipſum permanente, de quo inferiùs. Ex hucusque igitur dictis prono alveo conſequitur, nec Fuldenſi Abbatiæ jus vel præſidium ullum ex Judicatis S. Rotæ, ſive vigore privilegiorum, ſive præſcriptionis, nequidem contra Herbipolim, multò minùs modò contra Moguntiam ſuppetere, quin potiùs jus Metropoliticum Moguntinum illæſum penitus permanſiſſe, imò Judicata Rotæ, & Moguntinum illo tempore ſilentium, cujus cauſæ aliàs jam relatæ ſunt, nequidem priſtino juri Moguntino Diœceſano in Fuldam præjudicâſſe, id quod Celebris à S. D. N. in ſuo diſcurſu coram S. Congregatione laudatus Auditor Rotæ

in cauſa ſæpè citata Fuldenſi 1708. coram ANSALDO *N. 152. & 153.*

benè obſervat in verbis: ultra eundem amnem (Fuldam) finitimam *eſſe non ſolam NB. provinciam, ſed Diœceſin Moguntinam*, & de facto cum Prædeceſſoribus Archi-Epiſcopis Moguntinis tanquam limitrophis aliàs concordâſſe Abbates Fuldæ. Quodſi autem Archi-Epiſcopus usque dum non comparuerat in Palæſtra judiciaria .... non tamen revelatum eſſe, an non indies tanquam & ipſe putans ſe læſum, ſit reſurrecturus Archi-Epiſcopus Moguntinus, cùm videamus in foro

 „unum

„unum creditorem vel intereſſe habentem agere, & ali-
„um pro Cauſis ſibi notis obdormire, ſed poſtea de
„ſomno ſurgere, & in judicium venire, SINE DETRI-
„MENTO SUORUM JURIUM.

Nullo igitur modo vel privilegiis, vel præſcriptione fundatur prætenſio Fuldenſis, multò minùs contra Archi-Epiſcopum, cujus juri Metropolitico nunquam verbis contradictum à Fuldâ; adeóque pro Moguntia militat poſſeſſio negativa.

§. 46. Itaque & priſtinum Jus Diœceſanum Moguntinum in trans-Fuldanam ditionem, niſi in quantum Moguntia illud Abbati ceſſum fatetur, & multò magìs illa projure Metropolitico in toto territorio juris præſumptio illibata perſeverat; magìs verò hæc omnia, refutatis nunc Fuldenſium objectionibus, ſtabiliuntur perpetuâ poſſeſſione & exercitio hujus juris Metropolitici Moguntini. Atque inprimis audacter hìc Fuldam provocamus, ut vel unicam contradictionem hìc afferat, quâ unquam juri huic Metropolitico Moguntino contradixerit, aut etiam illud tantum in dubium vocârit, vel Archi-Epiſcopo Moguntino Majeſtatem Metropoliticam (ùt verbis Fuldenſibus utamur) induenti, prout ſæpiſſimè factum, vel verbo aut nutu ſe oppoſuerit. Sed profectò, etiamſi pulviſculos omnes hìc excutiant Fuldenſes, nec minimam talem contradictionem vel unico verbo factàm reperient, aut reperire hucusque, & objicere nobis potuerunt; adeóque inprimis militat pro Moguntia poſſeſſio Juris Metropolitici negativa, nullo usque ad modernum Epiſcopatûs exempti deſiderium verbo contradicta.

Objicit Scriptor Fuldenſis Actus juri Metropolitico contrarios.

§. 47. Sed objiciunt Fuldenſes, cùm verbis contradicere non fuerint auſi, facta & egregios, ſi Diis placet, actus juris Metropolitici planè everſivos, quos Scriptor Fuldenſis in §. 54. conjecit. „Inprimis, quòd
„Abbatia Fuldenſis in ſuprà dictis Pontificum Bullis,
„Actiſque Conſiſtorialibus, & libris Cancellariæ Apo-
„ſtolicæ nuncupetur Nullius, & Apoſtolicæ Sedi im-
„mediatè ſubjecta. 2dò. Quòd quatuor jam vicibus
„viſitata fuerit à Nuncio Apoſtolico Colonienſi, tan-
„quam exempta. 3tiò quòd appellationes delatæ ſemper
„fuerint in ſecunda inſtantia ad S. Sedem. Addunt de-

inde

„inde Fuldenſes §. 70. ſui ſpeciminis, peſſumdatum „penitus jus Metropoliticum Moguntinum, cùm 4.to. „transactio Herbipolim inter, & Fuldam de Anno 1662. „à S. Rota reſciſſa fuerit, ac 5tò. cùm deinceps rursùs „1722. eandem inter Herbipolim & Fuldam concor„dia inita, denique 6tò. cùm Anno 1726. Epiſcopus in „partibus ad obſequium Abbatis Fuldenſis fuit conceſſus. *Atque his*, ait Scriptor Fuldenſis §. 54. *actibus mirum in modum comprobatur, non tam jure, NB. quàm immemorabilis poſſeſſionis firmiſſimâ obſervantiâ*, Fuldam Archi-Epiſcopo nulli ſubjectam eſſe; Abbatiam enim Nullius nulli, nec Archi-Epiſcopo parere.

Reſpondetur ad 1mum, abſonam eſſe illationem à Monaſterio exempto ad quaſi-Epiſcopatum exemptum.

§. 48. Sed ſtatim patet omnibus iis, qui differentiam nôrunt inter Monaſterium ſive Abbatiam exemptam aut Nullius, & inter Semi-Epiſcopatum vel quaſi-Epiſcopatum exemptum, cum jurisdictione in clerum & populum, & qui, ſicut S. D. N. agnoſcunt, quòd à primo ad ſecundum abſona ſit illatio, quàm miſera ſit hæc ratiocinatio. Monaſterium Fuldenſe quoad regularia Abbatiam Nulliùs, & exemptum eſſe exemptione paſſivâ, nemo negavit. Nec plus aſſerit BÖHMERUS in Fuldenſi ſpecimine §. 77. Erudítiſſimi inter Proteſtantes nomine compellatus, quàm & Monaſterium Fuldæ eſſe exemptum, & Abbatem nunc exercere jurisdictionem *ferè Epiſcopalem*. Primum verum eſt ex privilegiis Fuldenſibus à BÖHMERO citatis; alterum pariter verum eſt, ex iis, quæ vivus ille recentibus annis conſpexit. Sed ſi BÖHMERUS tam Rotæ deciſiones, quàm Herbipolenſes contra Fuldam informationes legiſſet (his enim ſacris etiam eruditi Proteſtantes non ſemper initiati ſunt) novi commentarii abundantem materiam habuiſſet. Nihil verò ridiculum magìs eſt, quàm quod ſubdit Scriptor Fuldenſis, *quæ ſi conferantur cum iis, quæ ſparſa fuerunt in Moguntinis libellis, videbuntur profectò* IN ROMANAM SEDEM *æquiores Proteſtantium libri, quàm Scripta Moguntina.* Notum eſt iis,

 qui

qui Proteſtantium ſcripta noſcunt, ex modernis Proteſtantibus iniquiorem Böhmero in S. Sedem nullum eſſe; nunc verò æquior dicitur, quàm ſcripta Moguntina. Quare amabo? quia Fuldam honorificè compellat, quia, quod Moguntia non negat, & ille memorat: Fuldenſe Monaſterium exemptum, Mitrâ, Baculo, Annulo ornatum, jurisdictionem *ferè* Epiſcopalem poſſidens. En confecta jam res eſt! qui Fuldam dilaudat, æquus eſt in Sedem Romanam: nam Fulda & Sedes Romana eadem res eſt, & qui Fuldæ non cedit in omnibus, infideli eſt deterior. Hæc rideant alii; nobis ſufficit, quòd ex enunciativa *Abbatiæ Nullius, vel immediatè S. Sedi ſubjectæ* exemptionem cleri & populi Fuldenſis à jure Metropolitico ſequi, non tantùm falſum ſit, ſed formiter etiam à S. Rota, & S. D. N. ipſomet ſemper rejectum, ac pro abſona illatione declaratum. vid. ſuperiùs §. 41. ubi clariſſimè demonſtravimus, illam enunciativam: *Nullius Diœceſis* juxta ipſam loquelam S. Tridentini Concilii, aliud quidquam, quàm exemptionem paſſivam, non inferre. Demum ſi Fulda compromittat in Böhmerum, tot Böhmeriana afferemus contra Fuldam, ut ambæ aures tinniant legenti.

Ad ſecundam. Viſitationes Nuncii Colonienſis factæ ſunt in Fuldenſi ditione Authoritate ſupremâ Pontificiâ, quâ viſitari poſſunt Diœceſes Suffraganeæ Metropolitanorum.]

§. 49. Ad ſecundum quod attinet, Viſitationes nempe Fuldenſes, à Nunciis Colonienſibus Apoſtolicis factas, facilè concedimus à Fuldenſibus Monachis Dominos Nuntios Colonienſes evocatos, tum ut eos ſibi propitios redderent, & adjutores ſuos apud S. Sedem, prout etiam Anno 1692. poſt cœptam ab Epiſcopo Herbipolenſi cum Fulda litem ſtatim de tali viſitatione cogitatum fuit, excepto ſinè dubio optimè Domino Nuntio, ejúsque Auditore. Concedimus etiam facilè, eos Monaſterium tanquam exemptum viſitâſſe, præſertim Annis 1619. & 1627. allegatis, circa quæ tempora teſte

SCHANNATO *Hiſt. Fuld. pag. 283. in Joanne Bernardo Abbate.*

Mona-

Monachi vix laicis diſſimiles erant; ac manifeſtè conſtat, Anno 1627. D. Nuntium Apoſtolicum circa mores & diſciplinam monaſticam viſitationem inſtituiſſe. Quâ ſuper re, & ſuper exceſſu Viſitationis querelæ tunc ad Cæſarem delatæ ſunt. Scimus etiam Nuntios Apoſtolicos tot non egere ambagibus ad viſitationes ſuſcipiendas, quot Metropolitani, ex Jure noviſſimo S. Trident. Concilii, Negamus autem Dominos Nuntios Fuldenſem clerum & populum tanquam exemptum à Moguntino Metropolitico jure viſitâſſe, aut viſitare jure potuiſſe; præſertim cùm conſtet tempore viſitationum aſſertarum in Annis 1619. & 1627. Jus Metropoliticum Moguntinum in viridi obſervantia conſtitutum fuiſſe, cùm Annis 1613. & 1617. & 1626. appellationes Fuldenſes Moguntiam delatæ in originalibus extent, in annis autem immediatè ſubſequentibus 1630. & 1633. non Capitulum Fuldenſe duntaxat, ſed ipſi etiam anteriores Abbates, Joannes Anno 1532. & Philippus Anno 1541. de quibus infrà, et qui noviſſimè poſt Concordiam de Anno 1662. ſcilicet in Annis 1691. & 1710. Fuldæ præfuerunt, Abbates Placidus & Adelbertus Jus Metropoliticum pluries confeſſi ſint, adeóque Nuntios Apoſtolicos ad ditionem ſuam tanquam à Metropolita exemptam viſitandam invitare non potuerint. Quin imò cùm eodem Anno 1692. conquerente Epiſcopo Herbipolenſi contra ejus viſitationem *tanquam Attentatum* S. Congregatio Concilii à D. Nuntio Coloniensi requireret, quâ ratione Fuldenſem regionem viſitaret, & in ſpecie parochiam Schondram, cujus parochus tanquam Epiſcopo Herbipolenſi ſubjectus ſe viſitari paſſus non erat, non obſtante pœnarum comminatione, factum excuſavit præcipuè D. Nuntius, *quòd, etiamſi illa loca Fuldenſia ſubjecta eſſent Epiſcopo Herbipolenſi, adhuc illa viſitare poſſet, eoquòd Herbipolis ſubsit jurisdictioni Nuntii, & A. 1634. à DD. Nuntiis Apoſtolicis Caraffa & Vice-Comite exercita fuerit hæc jurisdictio.*

P 2 *vid.*

vid Decret. S. Congreg. Concilii in Fuldenſi ſeu Herbipolenſi viſitationis 7. Junii 1692.

Salvo igitur Jure cujuscunque ſe viſitâſſe, ipſe D. Nuntius atteſtatus eſt. Et vel unico verbo hæc objectio abſolvitur: vel enim conceditur, Dominos Nuntios Apoſtolicos viſitare poſſe Diœceſes Epiſcoporum Metropolitanis ſubjectas, ſalvo illorum Jure Metropolitico, ex ſuprema Sedis Apoſtolicæ authoritate, & ſic argumentum contra jus Metropoliticum Moguntinum nihil probat; vel illud ex ſpeciali Apoſtolico mandato fieri poſſe negatur; & hoc nemo Romæ credet. Sed quàm parum Herbipolenſis Eccleſia exempta fuit à jure Metropolitico Moguntino, quòd olim à Dominis Nuntiis Apoſtolicis Colonienſibus Caraffa & Vice-Comite viſitata, vel ab iis ibi juriſdictio exercita dicatur: tam parum & Fuldenſis Abbatia per has viſitationes à provincia Moguntina, ejúsque Metropolitico jure avulſa fuit.

Reſpondetur ad actus appellationum Fuldenſium ad S. Sedem. 1mus actus nullus eſt ob varias cauſas, præſertim ob ſequeſtrum, cui tunc Fulda ſuppoſita fuit.

§. 50. Ad Tertium. quòd appellationes à Fulda SEMPER delatæ fuerint ad S. Sedem, inverecundum rurſus falſum, ab eo tamen aſſertum eſt, qui appellationum Fuldenſium ad Metropolitanum Moguntinum ſolennes chartas coram oculis habuit. Qui verò allegantur appellationum actus immediatè ad Summum Pontificem à Fuldenſi Scriptore, ſunt unus NB. & non duo, prout legenti perſonas Actoris & Rei, & rubrum cauſæ patet, de A. 1582. & 1585. Errat igitur rurſus fideliſſimus Fuldenſis in numero. Atque hîc inprimis inſpici deberent producta acta judicialia; Nam exſcribere aliquid ex indiculo æquivocorum contra Herbipolim Impreſſo, & maximam partem rejecto, non ſatisfacit. Deinde videant, quid Fuldenſes reſpondeant S. D. N.

in ſæpe cit. Diſcurſu habito in S. Congreg. Concilii A. 1721.

ex Trid. optimè aſſerenti, juriſdictionem in Matrimonia-

nialibus à Prælato inferiori non per unum miſerabilem, vel plures actus, ſed nec per præſcriptionem longiſſimi temporis acquiri poſſe. Et in ſcripto aliquo in hac Cauſa de Anno 1714. advertenti, quòd, licèt aliqui DD. ab hac diſpoſitione Tridentini Abbates quasi Epiſcopali jurisdictione cum Territorio ſeparato gaudentes, in tantum excipere videantur, hoc tamen ad Fuldam poſt omnia judicata Rotæ applicari non poſſe. -- *In qua non eſt ſupponendum, Abbatem Fuldenſem potiri plenariâ jurisdictione illa in clerum & populum, aliàs ſupponeretur id, quod eſt in controverſia*, ſunt verba veriſſima *à doctiſſimo* PROSPERO DE LAMBERTINIS ſubſcripta. Videant ergò Fuldenſes, quid inprimis ad hæc reſpondeant. Ulteriùs dicitur, quòd *à judicibus Commiſſorialibus* tunc fuerit appellatum; an hi fuerint Fuldenſes, vel alii, neſcimus nos, donec videamus; Quàm parùm *Officiales* Abbatis Fuldenſis in numero plurali nominati in contrario ſummario orbi vel nobis innotuerunt. Neſcimus inſuper, an hæc appellatio fuerit *immediata* ad S. Sedem, vel non. Denique vel maximè notandum eſt, ac vim argumenti penitus evertit, quòd ab Anno 1577. controversâ inter Abbatem Balthaſarem, & Julium Epiſcopum Herbipolenſem reſignatione Abbatiæ huic factâ, & ex capite metûs poſtea ab Abbate impugnatâ, Abbatia Fuldenſis integra cum omni jurisdictione ſequeſtro Principis Imperii Magiſtri Ord. Teutonici fuerit ſuppoſita, & per Equites Teutonicos, non Epiſcopos, recta & gubernata usque ad Annum 1604. Mirum ergo non eſt, in hac rerum perturbatione Advocatum quempiam immediatè S. Sedem appellâſſe, ad incommóda & ambages evitandas.

§. 51. Alter actus appellationis ſolâ rursus conſtat fideliſſimâ narratione Scriptoris Fuldenſis; ſed ſi illi credendum eſſet, à ſententia Cenſurarum & ſuſpenſione ab Ordinibus planè & jurisdictione, neſcimus an

Alter actus æquivocus & nullus. Tertius verò allegari nequit, utpote noviſſimè attentatus.

in caſu fortè planè reſervato, & ex quâ culpa, facilè fuit ad D. Nuntium Apoſtolicum accedere parochum, ut promptiùs remedium ac abſolutionem acciperet, ſicut etiam obtinuit ex ipſa Fuldenſium narratione; præſertim cùm tunc acerrima lis ſuper jurisdictione Fuldam inter & Herbipolim, cui fors immiſcere ſe noluit parochus, forte & ipſe Herbipolenſis cauſæ jus agnoſcens, vigeret. Profectò ſi Moguntiam bonus ille parochus tunc An. 1702. appellâſſet, Abbas Fuldenſis Adalbertus jus Metropoliticum Moguntinum diffeſſus non fuiſſet, quod biennio ante A. 1700. idem Abbas unà cum transactione de anno 1662. ejúsque clauſula: *Salvo jure Metropolitico, & appellationibus ad Metropolitanum* deferendis, fatente ipſo Scriptore Fuldenſi §. 73. recognoverat; Sed quod plus eſt, cùm hic actus parochi cenſuris innodati, & non tantùm ab Officio & Beneficio, ſed etiam ab exercitio Ordinum ſuſpenſi ab Abbate, qui Ordines hos conferre nequit, cùm hic inquam actus cauſam criminalem involvat, cauſæ verò criminalis jurisdictio inferioribus Epiſcopo Prælatis ex Tridentino nullâ præſcriptione etiam longiſſimâ acquiri vel poſſideri poteſt; hinc nullus pariter eſt hic actus.

Tertius actus de Anno 1750. poſt exempti Epiſcopatûs ambitum recenter factus planè nihil obeſt. Si enim Fulda palàm Metropolitano nunc reſiſtit, quid occultè machinari non potuit? atque hi ſunt omnes Appellationum actus, ex decem, quæ Fulda jactat, ſæculis.

Reſponſiones generales ad hos appellationum actus 1mò. quòd ſint clancularii, nullo documento fulti. 2dò. quòd appellationes ad Judicium Metropoliticum Moguntinum ſint publicè à Fuldenſi Conſiſtorio probatæ; 3tiò. quòd Archi-Epiſcopo

§. 52. Hæc ad actus in ſpecie; Sed ad argumenti everſionem generales reſponſiones plures ſufficiunt. Præprimis enim tales actus duo clancularii, in contrarium obſtantibus appellationibus Moguntiam delatis, à Conſiſtorio Fuldenſi extraditis actis, Atteſtatis &c. & quidem appellationibus poſterioribus partim, de quibus infrà, Metropoli Moguntiæ nihil obeſſe poſſunt. Sin duo actus Fuldenſes, nam tertius in ipſo ambitu exempti Epiſcopatûs in eadem Claſſe hæret, ſin inquam, ſubſiſten-

ſiſtentes eſſent & allegabiles, ſubintrarent rurſus illæ S. D. N. regulæ ad Ss. Canonum ductum multoties in ſuo Bullario ſtabilitæ, quòd in dubio præſumendum pro veris Eccleſiæ Hierarchis, quos Spiritus S. poſuit regere Eccleſiam Dei, contra Abbates, ùt Cardin. Petra ait, prætenſores, poſſeſſores de facto, & præſcriptores; & cùm nos duobus actibus de ſe inſubſiſtentibus, æquivocis, imò ipſo jure nullis opponimus complures, appellationibus tantùm verbo à Scriptore Fuldenſi allegatis, legalia plurium acta in Archivio Moguntino exiſtentia, aliósque actus Metropolitanos innumeros agnitos, ſemper confeſſatos, non egemus aliâ Regulâ, quàm illâ à S. D. N. ſtabilitâ

unicus actus præſervet jus, teſtante S. D. N. 4tò. quòd liceat S. Sedem appellare, omiſſo medio.

Tom. II. BULLARII *Conſtit. XXXIII. pag.* 278. *in f.*

Epiſcòpo ea Regula ſuffragatur, quòd unus duntaxat actus ab ipſo exercitus in eo territorio, quod intra fines propriæ Diœceſis conſiſtit, totam ipſius ordinariam juriſdictionem in idem territorium quoad reliqua etiam integra præſervat. Et ſi demum, prout adverſarius Scriptor nobis objicit cum ignorantia vel injuria, allegemus S. D. N. BENEDICTI XIV. effata, nunquam à nobis ſatìs æſtimanda, clara ſemper & ſolida ſaltem, eandem Doctrinam, *quòd contra Abbates unicus ſufficiat actus & minimus juriſdictionis, pro deſtruenda quacunque quotquot actuum fulcita obſervantia, & pro conſervanda primordiali cauſa Epiſcoporum & Archi-Epiſcoporum* (cùm præſertim actus Metropolitici rariores ſemper eſſe ſoleant) *univerſalis juriſdictionis*, legere poteſt, & quòd ſemper Romæ ſic judicatum fuerit, videre, in Deciſionibus

ROTÆ *Parte XI. Decis. 304. N. 12. & ſeq. Recentiorum.*
Parte XIII. Deciſ. 70. N. 67.
Parte XV. Deciſ. 340. N. 21.
Parte XIX. Tom. 2. Decis. 604. N. 15.

Q 2 RO-

ROTÆ *coram* BICHIO *Deciſ. 290. N. 31. apud* POSTIUM *de manut. Decis. 310. N. 9. coram* EMERIX *jun. Deciſ. 395. N. 17. coram* FALCONERIO *in Mileten. jurisdict. 1. April. 1715. N. 18. & in eadem coram Eodem 27. Jan. 1716. N. 35. & 1. Julii 1716. N. 4.*

Sed omnes illæ Reſponſiones noſtræ ſuperabundant; ſufficit enim illa, quòd & Romanæ Curiæ, & Pragmaticorum ſententiâ, liceat ad Papam omiſſo medio ac Metropolitano appellare, quin propterea ille Metropoliticum jus perdat. Ita

Arg. Can. ad Metropolitanum II. Quæſt. 7.

Can. ad Romanam II. Quæſt. 6.

Can. ſi quis II. Quæſt. 6.

Cap. Antiqua de Privilegiis.

GLOSSA *in d. Cap. Antiqua: verbo, ab omnibus. & in Cap. Quod translationem 4. de officio legati, verbo: reſervata.* Ubi *etiam poſt Panormitanum notat*, SIC APPELLARI POSSE AD LEGATUM.

& in Cap. ut debitus de Appellat. verbo: Absque rationabili.

FAGNANUS *in Cap. ſtuduiſti, de Officio Legati N. 49. & plures Antiqui ibi allegati. Idem in Cap. de Priore, de Appellat. N. 17.* BARBOSA *de Officio & Poteſtate Epiſcopi N. 1. Titl. 3. c. 1. N. 29. & ibi plures allegati.* CARD. DE LUCA *relat. Curiæ Rom. Diſc. 34. N. 5. & de jurisd. in Summ. §. 1. N. 35. ac alibi.*

docétque hoc ipſum praxis Italiæ & Germaniæ. Non igitur contra jus Metropoliticum Moguntinum duplex ille prætenſus appellationis actus allegari poteſt, tanquam juris Metropolitici excluſivus, quales actus excluſivi afferri debuiſſent.

Reſponſiones ad Quartum; falſum eſſe, quòd Concordia de A. 1662. Moguntiam inter & Fuldam reſciſſa ſit.

§. 53. Quartum quod attinet, ſcilicet reſciſſionem Concordiæ de Anno 1662. in noſtro Summario N. IX. appoſitæ, tam luculenter hoc manifeſtum æquivocum

cum jam refutatum eſt in Moguntina Serie juris & facti, à §. 80. uſque 96. ut ſtupendum ſit, Fuldenſes hanc crambem ſinè omni verecundia recoquere. Turpiſſimâ obreptione primò Sanctæ Sedi narraverant, in dicta transactione Moguntinum Archi-Epiſcopum Joannem Philippum ibidem quà talem nominatum non eſſe, ſed quà Epiſcopum Herbip. cùm verò clariſſimis verbis & ſigillis de falſitate iſta convicti eſſent, & modò ad objectam illam à nobis falſitatem rubore & confuſione pleni obmuteſcere debuerint, altero æquivoco pariter manifeſto exulceratæ cauſæ ſuæ mederi volunt, dicendo, quòd, cùm Herbipolenſis Eccleſia illâ Concordiâ contenta non fuerit, ſed amplius aliquid accipere voluerit, ſic etiam Moguntinum cum Fulda negotium ruptum, & annihilatum eſſe totum illud, quod Moguntia & Fulda pepigerunt Anno 1662. & quod tunc Fulda cum Abbate & Capitulo ſuo confeſſa fuit. Hujus dicti per ſe jam paradoxi rationem nullam allegant, quaſi illorum obreptiones mera ſint oracula, quibus cum ſumma manſuetudine ſit aſſurgendum, imò quaſi illorum aſſerta ſint ipſum verbum Dei. Cum ſcandalo enim omnium piorum, & contra S. Concilii Tridentini tam ſeveram prohibitionem profanat Scriptor Fuldenſis §. ultimo ſui ſpeciminis ſibi ſimilis illa S. Scripturæ verba: *Beneplacitum eſt Domino Fides & Manſuetudo, eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei.* Quaſi, ùt diximus, illorum verba ſint verba Dei, & quaſi ſint infideles, qui Fuldenſis Scriptoris falſa non credunt, quorum innumera & manu palpabilia attulimus, & adhuc afferemus; Sed hæc aliorum indignationi ulteriori relinquimus. Interim jam oſtendimus manifeſtiſſimè in impreſſa Serie facti Moguntina §. 82. & ſeqq. quòd, ſicut bilateralis, & revera duplex erat illa duarum Eccleſiarum Herbipolenſis cum Fuldenſi, deinde Moguntinæ cum Fuldenſi de Anno 1662. Concordia, ita prior quidem reſciſſa fuerit, altera ſalva perſtiterit. Probatum ibi fuit hoc ipſum tum ex Perſona reſciſſionem petentis, ſcilicet Epi-

R ſcopi

ſcopi Herbipolenſis, qui fœdus inter tertios ſtipulatum, cui ſtabant illi, & ſtaturos ſe pluribus pòſt Annis denuo promittebant, rumpere ſuâ actione non poterat; tum ex materia tranſactionis, quæ Fuldam inter & Herbipolim erat jurisdictio eccleſiaſtica in parte Cis-Amnenſi, quam Epiſcopus revindicabat, cùm Moguntia illam in parte trans-fuldana Abbati relinqueret juxta Concordiam, quæ duo inter ſe ſunt planè diverſa, diverſis rationibus nixa, diverſis rationibus impugnata ab Herbipolenſi Epiſcopo, diverſis rationibus ſic relicta inter Moguntiam & Fuldam, ùt ibidem oſtendimus.

Jus Metropoliticum Moguntinum non fuit articulus Concordiæ, utpote nunquam litigioſum, ſed tantùm in ea Confeſſatum eſt, adeóque reſciſsâ etiam tranſactione valido argumento inde probaretur, teſtante S. Rotâ.

§. 54. Demonſtratum fuerat ulteriùs Jus Metropoliticum Mog. neutiquam fuiſſe articulum vel materiam Tranſactionis, utpote nunquam litigioſum, ſed notorium, & in viridi obſervantia ex verbis pacti conſtitutum. Sed Argumentum noſtrum tantùm tunc deſumptum erat ex ſolenni hac Confeſſione Juris Metropolitici Moguntini in viridi obſervantia conſtituti, ab Abbate & Capitulo Fuldenſi facta, ex qua Confeſſione, etiam reſciſsâ tranſactione, fortiſſimum argumentum deduci contra Herbipolim aſſeruerat ipſamet Rota; nec per ſomnium incidit Herbipoli petenti reſciſſionem Concordiæ, ut peteret annullationem hujus clauſulæ confeſſatæ; *Salvo Jure Metropolitico.* Probatum fuerat, ex rationibus decidendi S. Rotæ, quæ percutiebat Jus Eccleſiæ Herbipolenſis alienatum ſinè cauſis & forma Canonica. Fulda verò & ab Herbipoli, & à Moguntia acceperat, nihil illis dederat, nullam alienationem allegavit unquam, aut allegare poterit. Hæc omnia luce meridianâ clariùs, appoſitâ inſuper integraliter S. Rotæ deciſione, oſtenſa fuerant. Ad hæc reſpondere oportuiſſet Scriptorem Fuldenſem, non verò in fideliſſimo, si Diis placet, ſpecimine Jurium Moguntinenſium hæc omittere, & Dictatoriâ poteſtate (prout *in Domino arbitrabatur*, ſicut ineptè ait pag. 2.) prætendere, ut illi ſinè ratione garrienti credatur.

§. 50.

Hæc transactio recenter fuit à Fulda agnita tanquam ſubſiſtens & non reſciſſa.

§. 55. Stupendum porro eſt, quòd Fulda, quæ contra transactionis prædictæ reſciſſionem membris omnibus ſtrepitabat olim, prout conſtat ex Summario noſtro priſtino Num. XIV. XVI. & XX. ejúsque renovationem, etiam poſt illam, quatenus Herbipoli erat minùs utilis, reſciſſam Anno 1700. ab Eminentiſſimo Archi-Epiſcopo Electore Moguntino Lothario Francisco usque ad Annum 1729. in vivis ſuperſtite ſperabat, & per reſponſorias ejusdem obtinebat, in Serie facti & juris Mog. Summar. Num. XXIII. XXIV. Nunc demum reſciſſam, quantum Moguntiam ſpectat, deſideret; ſed magis ſtupendum eſt, quòd eadem Fulda, quæ eandem Transactionem Anno 1722. & recenter Anno 1751. cum Herbipoli renovavit, & novis articulis in favorem Herbipolenſis Eccleſiæ auxit, ita ut eadem transactio in hanc horam Herbipolim inter & Fuldam vigeat, ſtupendum, inquam, eſt, quòd Fulda tam manſueta, tam pacifica reſpectu Moguntiæ, quæ Rotali Proceſſu Fuldam non vexavit, quæ Epiſcopum in partibus Fuldæ apparere paſſa fuit, quòd cum Moguntia fœdus ſervare, & pauciſſima illa favere Moguntiæ nolit, quæ An. 1662. Moguntiæ reſervata ſunt, & recenter Herbipoli cum fœnore aucta. Sed ſi æquum & juſtum ſit, ut eadem Concordia inter Herbipolim & Fuldam renovata, & à S. D. N. recenter 1. Octobris 1751. confirmata exiſtat, æquum & juſtum pariter erit, ut eadem Fulda eidem Moguntiæ ſervet, eadem Concordia inter has quoque Eccleſias porro vigeat, & ut fœdifragis conatibus nullibi faveatur; nec veremur, illos manifeſtæ injuſtitiæ & iniquitatis arguere, qui, quod æquum & juſtum eſt Herbipoli, quæ licèt magnos ſumptus in lite coram Rota cum Fulda fecit, majus tamen jus Diœceſanum in parte minore ditionis Fuldenſis cis-Amnenſi non habuit, quod Moguntia in parte trans-Fuldana majore non habuerit, qui, inquam, idem Moguntiæ æquum & juſtum eſſe negaret.

Si hæc Concordia vigere non debet, nullum jus habet Fulda in parte trans-Fuldana, ſed jus Diœceſanum redit ad Moguntiam.

§. 56. Ut verò Fuldæ ſui aſſerti periculum in memoriam revocemus, repetere volumus, quòd unicus ſuæ jurisdictionis eccleſiaſticæ, ſub Archi-Epiſcopo & jure Metropolitico tamen conſtitutæ, in parte trans-Fuldana titulus ſit eademmet transactio Moguntina de Anno 1662. cùm enim nec illâ hæc jurisdictio acquiri potuerit, niſi per privilegium Apoſtolicum NB. clarum, undequaque ſubſiſtens, & ſuî Naturâ aptum ad transferendam illam jurisdictionem in Prælatum inferiorem, vel immemorabilis Conſuetudo ex Decreto San. mem. Clementis XI. ac ex ipſis Fuldenſium aſſertis §. 11. & alibi ſui Speciminis, tale verò privilegium totâ æternitate afferre non poſſint Fuldenſes, nec talem immemorabilem unquam probaturi ſint, cum omnibus ſuis requiſitis, etiam ratione jurisdictionis 1mæ inſtantiæ, quam non immemorabili tempore, ſed recenti tantùm ex Moguntina Benevolentia ſub Archi-Epiſcopo, & tanquam Diœceſano ac Paſtore habituali, & ſub Archi-Epiſcopo tanquam Metropolitano, ſic & non aliter, poſſederant, ac poſſidere ſe ſic & non aliter profeſſi fuerant; Conſiderent Fuldenſes, quid periculi ſubeant ſic dicendo & agendo, & annon quieti Monaſticæ uberiùs conſultum foret, ſi reſciſſâ, prout illis placet, transactione de An. 1662. tota res reſtitueretur in ſtatum, in quo fuit ante Lutheri tempora, & quod ſuſcipere nolebat Balthaſar Abbas in Summario Num. VIII. grave illud onus jurisdictionis Eccleſiaſticæ, humeris illorum totum demeretur. Atque hoc ipſum Sanctitati ſuæ perpendendum relinquimus, & interim Jus ex nova Fuldenſium Confeſſione quæſitum nobis reſervamus.

Non obſtat juri Metropolitico Concordia Herbipolim inter & Fuldam de Anno 1722. quia infecta ex multiplici confeſſione Herbipolenſium.

§. 57. Ad 5tum. mirum pariter eſt, quòd illa transactio Herbipolim inter & Fuldam de A. 1722. vel allegetur ſolùm. Equidem cùm Anno 1721. per Decretum San. mem. Clementis XI. Pontificis rejecta eſſet quadragenaria præſcriptio pro acquiſitione territorii ſeparati, ſicque enervatæ Rotales Deciſiones Fuldæ favorabiles,

biles, ac res Fuldenſes in Romana Curia deſperatæ fo-
rent, ad hanc transactionem immediatè pòſt, Anno 1722. quàm belliſſimè perducere potuit Epiſcopum Herbipolenſem Abbas Fuldenſis, ac permovere eundem, ut idem Epiſcopus confirmationem hujus transactionis à S. Sede ſuo nomine peteret, quaſi Fuldæ nil intereſſet. Aſt re propoſitâ S. Congregationi Concilii die 18. Septembris 1723. reſponſum fuit à S. Congregatione: *dilata, & reſcribatur Epiſcopo juxta inſtructionem.* Inſtructio porro erat, eam transactionem confirmari non poſſe, utpote Herbipoli præjudicialem; Reſcriptum etiam fuit Epiſcopo, quare S. Congregatio Concilii confirmare transactionem nollet, & quidem epiſtolâ manu S. D. N. tunc temporis à Secretis Congregationis ſignatâ, hìc in Summario Num. X. appoſitâ. Licèt verò Fuldenſes ſolito ſuo artificio efficerent, ut Epiſcopus denuo pro confirmatione Concordiæ inſtaret, & licèt ſubſecutâ interim die 18. Auguſti 1724. morte Epiſcopi, cum novo artificio, Sede Herbipolensi vacante, Fuldenſes ſubitò Romæ confirmationem Concordiæ urgerent, & efficerent, ut 9. ſtatim Septembris cauſa, Sede Herbipolensi vacante, reproponeretur, reſpondit prudentiſſima S. Congregatio eâdem 9. Sept. *Dilata, & exſpectetur electio novi Epiſcopi.* Abhinc de Confirmatione illius Concordiæ, quantùm ſcimus, cogitatum amplius non fuit; nam idem electus novus Epiſcopus Chriſtophorus Franciſcus Baro ab Hutten planè aliter, ac Concordiam ſuæ Eccleſiæ damnoſam ſenſit, ac juribus ſuis priſtinis penitùs inhæſit, ùt ſuprà narravimus, & uberrimè patet ex hoc Summario Num. XIII. ubi laudatiſſimæ memoriæ Epiſcopus prædictus ait, *quamvis ab Anteceſſore meo de Anno 1722. ſuper præfatis controverſiis Concordia inita, ac S. Sedis Apoſtolicæ ſupremo examini, & ſub ſucceſſivo Beneplacito ſubmiſſa fuerit, illud tamen usque adhuc necdum obtineri potuit, adeòque Concordia* PRO RE INFECTA *adhuc habenda eſt.* Patet hoc inſuper ex Summario

 Num.

Num XIV. ac recentiſſimè, cùm modernus Reverendiſſimus Princeps Fuldenſis eligeretur Abbas Anno 1738. denuo proteſtatus fuit FRIDERICUS CAROLUS Epiſcopus Herbipolenſis vel contra hoc ſolum, quòd Epiſcopus Themiſcyrenſis in partibus imponeretur Sedi Abbatiali, cum facultate in ditione Fuldenſi exercendi ea, quæ ſunt Ordinis, & quidem (non veritus ille, ſicut nec Anteceſſor ejus, textum Zachariæ Pontificis ad S. Bonifacium Archi-Epiſcopum Moguntinum, quem nuper Herbipoli allegavit ejusdem Principis jam tunc Conſiliarius) ex ratione: *eſſendo queſta facoltà pregiudiziale alla ſua Chieſa d' Erbipoli, nella cui Dioceſi è ſituata l' Abbazia di Fulda*, NON SUFFRAGANDO à QUELL' ABBATE LE SENTENZE ROTALI FONDATE SOPRA LA QUADRAGENARIA CON TITOLO ANNOLLATE DALLA S. M. DI CLEMENTE XI. *col previo voto della S. Congreg. del Concilio, come contrarie* AI SAGRI CANONI, ED CONCILII &c. imò denique in nuperrima impoſitione Pallii Celſiſſimo D. Epiſcopo Herbipolensi facta, qui illud impoſuit, & publicam allocutionem in Eccleſia habuit, hanc ipſam 1722. tentatam Concordiam *honeſtam non fuiſſe*, confeſſus eſt. Quomodo proinde Concordia *non honeſta*, *nulla*, *infecta*, ab ipſis Paciſcentibus contradicta, præjudicare poſſit juribus Moguntinis quibuscunque, hoc eſt, juribus tertii, qui præproperè loqui, & litem, quam ſolam Fulda intendere videtur, amare non tenebatur, ſed ex rationibus innumeris ſilere potuerat, in Moguntina Serie Juris & facti §. 72. jam enarratis, & cui demum privatis aliorum inter ſe pactis jura propria peſſumdari non poſſunt. Hæc interim ſufficiant, donec ipſam Concordiam recentem Hammelburgenſem ſuo loco tangamus.

Reſponſio ad ſextum. Epiſcopus in Partibus recenter Fuldæ conceſſus eſt ſinè præjudi-

§. 58. Quantum ad Sextum, & Epiſcopum in Partibus Fuldenſi Abbati ad obſequia, novo per Orbem exemplo conceſſum, juvat quoque hujus natales audire.

re. Fulda novis rebus ſemper intenta (ſaltem enim novum fatebuntur, Epiſcopum aſſiſtere ſolio Abbatis) vel ſi adhuc negant, hoc fuiſſe Novitatis ſtudium, legant Herbipolenſia verba in Summario ſub N. XIV. Fulda igitur ad narrata, quæ Curioſorum oculis ſubjecimus luſtranda, & Fuldenſis ditionis non ignaris perpendenda Summarii Num. XI. felici ſorte, cujus propitia tempora bene novit, obtinuerat nemine citato ex ſola Audientia Smi. Reſcriptum à celebri D. Card. *Coſcia*, ſubſignatum die 14. Septembris 1726. pro Epiſcopo in Partibus ex Monachis aſſumendo. Gratia taliter obtenta ſeriùs, & tunc primùm innotuit Epiſcopo Herbipolenſi, cùm literæ Apoſtolicæ jam forent expediendæ, ſicut Anno elapſo ſeriùs adhuc Moguntiæ Concordia Hammelburgenſis, & erectio Epiſcopatûs Fuldenſis innotuit. Nil ergo ſupererat Epiſcopo Herbipolenſi, quàm Summum Pontificem rogare, ut ſaltem jura ſua in Fuldam præſervarentur. Factum eſt iſtud per Clauſulam: *ſine tamen præjudicio jurium D. Epiſcopi Herbipolenſis.* Summarii Num XII. & P. Stephanus de Clodt Monachus Fuldenſis Epiſcopus Derbenſis nominatus eſt. Poſthæc (neſcimus quo Animo & intentione, an cum optima fide præſcribendi?) Abbas Fuldenſis hanc Suffraganei Conceſſionem ſuo Archi-Epiſcopo Moguntino Lothario Fanciſco die 18. Februarii 1727 humaniſſimis verbis nuntiavit, ejúſque Conſecrationem in Urbe Metropoli & Reſidentia Electorali Moguntina rogavit. Sapientiſſimus Elector Lotharius Franciſcus, num talis Nativitas Suffraganei Fuldenſis Juri Metropolitico Moguntino non obeſſet, à Miniſtris & Conſiliariis ſuis votum exquiſivit, qui miſſâ Electori Bambergæ tunc degenti tranſactione de Anno 1662. ſæpe nominatâ ſuo cum voto reſponderunt, quòd Epiſcopi in partibus conceſſio pro exercitio pontificialium juri Metropolitico non obeſſet, per illam Concordiam de Anno 1662. & recentiùs adhuc agnito & firmato. Archi-Epiſcopus igitur Abbati Fuldenſi in memoriam revocans eandem Prædeceſſo-

cio tertii Herbipolenſis Epiſcopi & Archi-Epiſcopi Moguntini, nec aliter conſenſit Elector Moguntinus. Narratur tota ſeries, & afferuntur hujus rei monumenta.

 ceſſo-

ceſſoris Joannis Philippi olim tranſigentis veterem benignam in Fuldam voluntatem, Abbati 7. Martii 1727. reſpondit, ſe non invidere Fuldæ omnia, *quæ citra cujuscunque præjudicium* illi adveniant, was zu allerſeitbigen Wohlſeyn und Vergnügen ohnpræjudicirlich gereichen mag. ac ita ſe conſentire in hanc Epiſcopi deputationem, petitámque Conſecrationem in Urbe ſua Metropoli; popoſcit tamen ſimul exemplar Bullæ Pontificiæ, ut videret, ſi quid ibi juribus ſuis contrarium appareret, quod & Abbas Fuldenſis ſubitò Archi-Epiſcopo ſuo transmiſit. Sed cùm primus ille Suffraganeus Abbatis paucis menſibus in vitâ ſuperſtes fuiſſet: Abbas Adolphus verò pro novo Suffraganeo concedendo, & quidem moderno Domino Abbate Fuldenſi ſupplicaret, Dominus Epiſcopus Herbipolenſis 22. Octobris 1727. ad S. D. N. ſcripſit epiſtolam Summarii N. XIII. rogans, ex urgentibus rationibus Abbatis Fuldæ petito non deferri, ac porrecta fuit Scriptura lectu digna ſub N. XVI. appoſita. Sed nihilominus nominatus eſt in Epiſcopum Themiſcyrenſem in partibus Amandus à Buſeck modernus Abbas Fuldenſis rurſus cum Clauſula: *Sinè præjudicio jurium* Domini Epiſcopi Herbipolenſis, teſtante *Summario citato Num. XIII.* imò cùm hic ipſe Epiſcopus Themiscyrenſis in Abbatem modernum eligeretur, poſt proteſtationem Epiſcopi Herbipolenſis *in Summario Num. XV.* S. Congregatio Conſiſtorialis non aliter exercitium eorum, quæ ſunt Ordinis, eidem Abbati, quàm *pro nunc*, & quidem, ut *id agat*, *Authoritate S. Sedis & ſinè præjudicio Epiſcopi Herbipolenſis*, conceſſit, teſtante *Summario N. XVI.*

Hâc genuinâ Serie prævià, quid per Deum immortalem! habitatio Epiſcopi in partibus infidelium in monaſterio Fuldenſi commune habet cum jure Metropolitico Moguntino? annon Suffraganei Moguntinæ provinciæ omnes jure proprio Pontificalia ſuis in Diœceſibus

bus exercent, & inſuper Suffraganeos Epiſcopos Titulares habent, ſalvo jure Metropolitico Moguntino? ſi conceſſio omnis à Papa vel quovis Principe facta intelligatur ſinè præjudicio tertii, & ſi conceſſus ſit talis Pontificalium Miniſter Fuldenſibus, cum clauſula expreſſa, *ſinè præjudicio* Epiſcopi Herbipolenſis, quidni & factum cenſeri debet ſinè præjudicio Archi-Epiſcopi Moguntini? exclamat Scriptor Fuldenſis §. 70. *viderunt* (Moguntini Archi-Præſules) *Abbates Fuldenſes contra concordiæ pactum Dimiſſorias ad quoscunque Epiſcopos dare, Suffraganeum Epiſcopum concedi Abbati Fuldenſi, atque plauſerunt, illúmque ſacrârunt.* Sed quàm inutilis hic clamor? non plauſerunt Moguntini, ſed riſerunt potiùs, dum Abbas ab obſequio vellet habere Epiſcopum, humanæ huic fragilitati non præſagi futuræ Fuldenſis ingratæ machinationis condeſcenderunt, ſed nonniſi poſtquam deliberatione prævià viderant, talem Epiſcopum in partibus juri metropolitico non obeſſe, illum petitâ & acceptâ novæ conceſſionis Apoſtolicæ formulâ conſecrârunt; quantum verò ad literas dimiſſorias ad quoscunque Epiſcopos datas contra concordiæ pactum attinet, has profectò Moguntini nunquam viderunt. In Concordia de Anno 1662. ſtipulatum erat, ut ordinandi Fuldenſes vel ad Moguntinum vel Herbipolenſem mitterentur Præſulem, omnes etiam, quoad novimus, ad Moguntinum Erfordiæ reſidentem Suffraganeum miſſi ſunt, qui & perpetuò Pontificalia Fuldæ exercuit, teſtante adjuncto olim ex parte Herbipolenſis Epiſcopi Romæ producto ſub N. XVIII. Sin vetera Diplomata hìc excutere vellemus, oſtendere poſſemus ex literis patentibus Archi-Epiſcoporum Moguntinorum Conradi de Anno 1392. Joannis de An. 1399. Conradi alterius de An. 1420. Theodorici de An. 1438. Adolphi de An. 1466. Danielis de An. 1578. &c. Suffraganeis Moguntinis Erfordiæ conſtitutis, ſemper aſſignatos fines pro exercitio Pontificalium Thuringiam, Saxoniam & Haſſiam *usque ad oppidum Orba, Geilnhuſen,* Summar. N. XVIII.

T &

& Butſchbach excluſivè, quibus finibus Fuldenſem ditionem contineri certum eſt, eósque Browero & Schannato teſtibus ſemper ibidem, nunquam verò alios Epiſcopos Pontificalia adminiſtrâſſe. Hæc debuiſſent ſervari: debuiſſent fidem datam recenter Anno 1662. ſervare Fuldenſes, etſi fuiſſent omnium exemptorum exemptiſſimi, & debuiſſent obſervare diſpoſitionem

S. CONCIL. TRIDENT. *Seſſ. 23. Cap. 10.* ubi: „Dimiſſorias tales concedere etiam Prælatis Nullius vetitum eſt. Nec ullam excuſationem habebunt, etiam ex expiſcatis fortè indultis, quâ hanc quoque audaciam purgent. Denique ſi operæ pretium eſſet, facili negotio ex genuinis documentis antiquis docere poſſemus, ferè ab omnibus retro ſæculis Fuldenſes à Moguntinis Archi-Epiſcopis, & eorum Moguntiæ & Erfordiæ Suffraganeis Ordines petîiſſe ſinè omnibus dimiſſorialibus, tanqúam Moguntinos ſubditos, Abbates verò Benedictionem Abbatialem cum clauſula: *Se petere hanc, prout oportet:* **Wie ſich es gebühret.** Sed quid demum hæc omnia ad jus Metropoliticum, & ad Appellationes ad Metropolitam nunc in dubium primò vocatas.

Reſponſio ad 7mum. clanculariа concordia Hammelburgenſis modernis querelis Eminent. Archi-Epiſcopi Mogunt. initium dat, & quantum jura Moguntina lædit, nulla prorſus eſt.

§. 59. Ad 7mum. ex nova Concordia de Anno 1751. deſumptum argumentum quod ſpectat, neſcimus an ridere, vel indignari debeamus. Prætendit Scriptor Fuldenſis, quòd Eminentiſſimus Elector Moguntinus notitiam concordiæ habuerit quà Canonicus Herbipolenſis, cùm notorium ſit, illum Herbipoli non reſidere, & omnia ſolicitè occultata fuiſſe multis Canonicis etiam Herbipoli reſidentibus; prætendit inſuper idem Scriptor, jus Metropoliticum Moguntinum deperditum eſſe, *eo quòd Metropolitanus tali Concordiæ intereſſe aut comparere non præſumpſerit.* Profectò nemo dicet, clanculariam hanc Concordiam, quæ Moguntinis querelis initium dedit, jus Moguntinum convellere. Moguntinus Elector licèt Canonicus Herbipolenſis, tam parùm de illis Conventibus, ac de illa concordia aliquid ſcivit, quàm parùm de aliis hoc Anno habitis, ut potiùs

tiùs vel maximè conqueratur, tam ſolicitè hæc omnia ſibi occultata, nec ad ſolidam concordiam ineundam ſe invitatum fuiſſe. Primum concordiæ exemplar Româ ſibi transmiſſum menſe Januario Anni elapſi accepit, modò verò & quà Canonicus Herbipolenſis contra eandem concordiam, quam Eccleſiæ Herbipolenſi damnoſam putat, proteſtatur, & tanquam Archi-Epiſcopus Moguntinus in eis, quæ Moguntina Jura quæcunque lædunt, nullam & irritam eandem habet, ſuóque loco & tempore Jura Moguntina vindicare non omittet, prout hæc jam ſuprà reſervata ſunt; & prout pariter hoc loco omittuntur, quæ indecenter valde hac de re ſcribit Author diſſertationis Herbipolenſis de Pallio, qui quod ſuo tempore reſpondeat, conquirendum habebit. Interim cùm idem Author fateatur, in ſua de Pallio diſſertatione variis in locis, *jus Metropoliticum Moguntinum in Fuldam tanquam jus tertii Herbipolim non attinere, & Epiſcopo Herbipolenſi rem perinde eſſe, eum nec velle, nec poſſe impedire Eminentiſſimum Moguntinum &c.* Hæc omnia bona ſunt, & ſatìs evincunt, quòd omnibus ſuis transactionibus, & illâ de Anno 1722. &, cui hæc inſerta penitus eſt, illâ de Anno 1751. Moguntinum jus Metropoliticum nec libuerit lædere, nec id potuerit lædi. Et ſicut hoc ipſum ex ipſa rerum natura fluit, ſic etiam præſumendum non eſt, Reverendiſſimum & Celſiſſimum Epiſcopum Herbipolenſem Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ Scholaſticum illud vel indirectè, vel directè lædere voluiſſe, vel per ſe aut ſuos læſurum eſſe in negotio, ùt dictum, Epiſcopatum ſuum Herbipolenſem nihil tangente. Sicuti tamen mirandum eſt, quòd Fulda in ſuo impreſſo, quod jam die 2. Septembris Anno 1753. in manibus Summi Pontificis fuit, jam typis §. 125. 126. impreſſa habeant verba nuperæ diſſertationis Herbipolenſis ſuis rebus conducentia, cùm eadem diſſertatio 24. Auguſti data, ex pòſt 2dâ 7bris Herbipoli vulgata ſit; ſic pariter mirandum eſt, quòd Fuldenſi conatui non obſcurè faveat Clariſſimus

 Diſſer-

Diſſertator, quòd quaſi Fuldenſium Sophiſmatum, antequam illorum Specimen typis vulgatum fuerit, præſagus, mox ſub dubio relinquat, an Archi-Epiſcopus Moguntinus *propitiâ* (non fatali, ùt Fuldenſis dixerat) occaſione Anni 1662. jus Metropoliticum vel *noviter comparaverit*, *vel confirmârit*, *an ſibi præjudicaverit ſilendo ad Deciſiones Rotales*, quòd planè Moguntinum contra Fuldam motum *ſerum*, *novum*, *prævalentem* vocet. Diſſ. de Pallio Cap. VIII. & quæ ſunt alia. Non credimus hæc probari à Celſiſſimo Principe ſuo; ſcimus verò, non probari à pluribus Herbipolenſibus, ſapientibus & bonis, priſtina jura Herbipolenſia contra Fuldam tam deprimi citato libro, tam rarum in Germania Epiſcopatûs exempti decus tam vili pretio haberi ab Authore Diſſertationis prædictæ; ſcimus, ab illis attonitis oculis aſpici, quòd Fulda, cui nulla debebatur jurisdictio eccleſiaſtica, & quæ hoc momento adhuc non aliam, quàm ab Herbipolenſi & Moguntina Eccleſia ſemper de novo recognoſcendam jure quaſi beneficiario poſſidet, mox ſupra Herbipolim ad Epiſcopatum exemptum aſcendere velit, adeo planè, ut, quæ citatus Diſſertator juri Metropolitico dubia præſagîiſſe videtur, & quæſtionem, an recens Hammelburgenſis concordia juri Moguntino nocere ullo modo potuerit, vel ipſorum reliquorum Herbipolenſium judicio tuti committere poſſemus dijudicanda. Sed ad alium Adverſarium regrediamur.

Jactantia immemorabilis poſſeſſionis evertitur, eo quòd Metropoliticum jus toto aſſertæ præſcriptionis recentiſſimæ tempore confeſſatum ſit, ac actibus contrariis omnis præſcriptio, ſi inchoata foret, interrupta eſſet.

§. 60. Hucusque omnes Actus abſolvimus, quibus Fuldenſes quaſi Epiſcopatum ſuæ ditionis à Jure Metropolitico exemptum, *non tam jure* (bene igitur) *quàm immemorabilis poſſeſſionis firmiſſimâ obſervantia comprobari* jactitant, ſicque rurſus illi ad egregium præſcriptionis, & quidem immemorialis, ſed adhuc miſerioris auxilium confugiunt, quam evidenter probant, quia unico verbulo jactitant. Hujus Jactantiæ vanitas, ut cum adverſarii ſcriptoris majori Confuſione pateat, &

quàm

quàm evidentiſſimè oſtendatur, nullo penitus fumo contra Moguntiam allegari vel minimi temporis præſcriptionem poſſe; notandum eſt, quòd olim Fuldenſes nullos alios præſcriptionis annos etiam pro jurisdictione quaſi Epiſcopali invenire potuerint, & quòd S. Rota hanc Fuldenſem contra Herbipolim quadragenariam præſcriptionem admittens, Epocham illius non niſi *ab initio elapſi ſæculi* 1600. ſtatuerit

ROTA *in hac Cauſa coram* DE LA TREMOILLE *28. Junii 1700. N. 75.*

numerando annos quadragenariæ, vel AB ANNO 1602.

ROTA *in eadem coram* MOLINES *1703. die 16. Febr. §. Abunde ex prædictis.*

Latè ROTA *in eadem coram* ANSALDO *1. Junii 1708. N. 120. & ſeqq.*

Et coram CAFFARELLO *15. Junii 1711. N. 27. in eadem Cauſa.*

vel ſaltem AB ANNO 1614.

ROTA *ibidem coram* ANSALDO *1. Junii 1708. N. 125.*

aut denique AB ANNO 1621.

ROTA *in eadem coram* DE LA TREMOILLE *28. Junii 1700. N. 76.*

Coram MOLINES *27. April. 1705. N. 27.*

Quodſi verò conferantur hæc tempora ab anno 1602. uſque ad annum 1688. in quo litem inchoavit contra Fuldam Herbipolensis Epiſcopus, ac applicentur juri Metropolitico Moguntino, profectò apparebit 1mò, quòd totis illis annis, totóque ſæculo illo XVII. Fuldenſis Scriptor nullum omnino actum contra jus Metropoliticum Moguntinum vel allegaverit etiam in toto ſuo volumine. Apparebit 2dò, quòd BALTHASAR ABBAS, qui vixit anno 1602. & ſeqq. nequidem potuerit inchoare præſcriptionem, cùm teſtante Summario N. VIII. agnoverit Jus Metropoliticum, & reſpectivè Diœceſanum Moguntinum, tam parùm, quàm Abbates ſe-

U quentes

quentes, qui pariter toto ſæculo, & quilibet per actus differentes, agnoverunt jus Metropoliticum, & nominatim *Joannes Fridericus*, ſub quo appellationes Fuldenſes ad Metropoliticum Tribunal Moguntinum delatæ, ſicut & ſub ejus ſucceſſore JOANNE BERNARDO, qui planè in Abbatem interventu Metropolitici Legati anno 1622. & JOANNES ADOLPHUS, interventu ipſius Metropolitani in Perſona electus anno 1633. ſub quibus ambobus, probante Cæſare, rogante Capitulo Fuldensi, ſciente P. M. & S. Sede, centenos Juris Metropolitici actus Moguntini Archi-Præſules exercuerant, infrà §. 68. enumerandos. JOACHIMUS verò Abbas viſitatores Metropolitanos Provinciæ admiſit, & in Concordia de anno 1662. Jus Metropoliticum diſertè confeſſus eſt; & tres ejus Succeſſores BERNARDUS GUSTAVUS Cardinalis Badenſis & Abbas Fuldenſis, PLACIDUS ejus in Abbatia, & ADELBERTUS hujus Succeſſor usque ad annum 1714. in vivis ſuperſtes, omnes obſervantiam & Confirmationem prædictæ Concordiæ de anno 1662. petiverunt, & jus Metropoliticum, etiam agnoſcente Scriptore Fuldensi, confeſſi ſunt, adeóque aut incipere, aut continuare præſcriptionem non potuerunt. Apparebit 3tiò, quodſi etiam hæc præſcriptio cœpta & continuata eſſet, prout nullatenus eſt, nec unico actu toto hoc ſæculo XVII. ab anno 1600. usque 1700. quòd infinities interrupta fuiſſet luculentiſſimis actibus Metrop. toto hoc ſæculo geſtis, per appellationem Actoris & Rei Fuld. à Conſiſtorio Fuld. ad Judicium Metrop. devolutam & proſecutam de anno 1613. per Judicum Eccleſiaſticorum Fuldenſium agnitionem anno 1614. per aliam appellationem anno 1617. per aliam 1626. per actus Metropoliticos inferiùs allegandos §. 68. de annis 1622. 1630. 1633. & ſingulis annis ſubſequentibus usque ad annum 1662. in quo ſolenni concordiâ jus Metropoliticum Moguntinum confeſſatum eſt, & alios usque ad ſæculi finem pariter inferiùs allegandos, & ſpecialiter per actus, lite Herbipolenſi jam ferven-

ſervente, hoc adhuc ſæculo factos, ac Confeſſionem Adalberti Abbatis etiam Judicialem coram Rota, & epiſtolam ejus ad Archi-Epiſcopum Principem Electorem Lotharium Franciſcum §. 64. Conſiderent hæc omnia impartiales rerum Arbitri, gnari, quid ad præſcriptionem cum ſuis requiſitis legitimè probatam requiratur, & decidant ipſi, annon audaciſſimæ ſint Fuldenſium prætenſiones & aſſertiones, judicéntque, quo jure Fuldenſis Scriptor & privilegia, & præſcriptionem, & rem judicatam Rotæ allegans exclamet: *Magna eſt Veritas & prævalet.* Immemorabilis enim, ſi Diis placet, poſſeſſio, cujus ipſi Fuldenſes initium recens primo actu licèt de ſe nullo in annum 1582. conjecto, afferunt! præclara & nunquam interrupta poſſeſſio contra jus Metropolitanum, agnoſcere verbis factiſque centies toto præſcriptionis tempore allegato! egregia præſcriptio, cujus titulus in vano deſiderio, cujus bona fides in ſolenni fœdere, in Abbatum literis, in appellationum Moguntiam verſùs protocollis, in Confeſſione judiciali juris ejusdem Metropolitici latebat! immemorabilis præſcriptio, de qua à ſæculis nihil dictum, nihil auditum eſt! Non legerat profectò, qui Fuldenſe ſpecimen dedit, in S. D. N. BENEDICTI XIV.

BULLARIO *Tom. I. Conſtit. LXXVI.* §. 4. *immemorabilem ſolo rumore labefactari, & actibus contrariis geſtis interverti.* *Non legerat*

Tom. II. Conſtit. XXXIII. fol. 278.

ad talem Abbatum immemorabilem requiri, *ut nihil contra eam auditum unquam vel dictum, aut factum fuerit*; ac ad eam intervertendam *vel unicum actum* Epiſcopi ſufficere, quod præter adducta ſuprà rurſus docet

RO-

ROTA *in Leodienſi Juriſd. ſuper Manut. 29. April. 1701. §. Verum. coram* PRIOLO. *& in Legionens. juriſdict. ſuper bono jure. 23. Martii 1703. §. Neque ex his. coram* ANSALDO.

Hæc omnia oblivioni tradiderat Scriptor Fuldenſis, aliàs à quadragenaria præſcriptione, ad quam ſalvandam Fuldenſis Scriptor Clementis XI. Decretum, S. D. N. diſcurſum, & S. Congreg. ſenſus peſſimè interpretari voluit, ad immemorabilem non aſcendiſſet, velut ad Solem Icarus. Denique præſcriptio nulla contra Moguntiam à Fulda fuerat cœpta An. 1662. quia tunc fatebatur Abbas, jus Metropoliticum Moguntinum (ſicut revera aliunde probatum eſt) in viridi obſervantia conſtitutum, nec in recentioribus temporibus incipi potuit immemorabilis, imò nec minima, ex allatis ubicunque à nobis rationibus, & illibatâ prorſus, ſemperque Moguntinâ juris Metropolitici poſſeſſione, & vel ex ſola Arithmetica annorum computatione, niſi fortè Fuldenſes novum juris articulum ſtabilire velint, quòd infra biennium præſcribi poſſit contra Metropolitanum ad litem protractum. Oſtenſum è contrario jam fuit, nullum poſſeſſorium actum exemptionis à jure Metropolitico, imò nullam nequidem contradictionem hujus juris allegari potuiſſe, multò minùs probari. Quàm certiſſimum enim eſt, ad præſcribendum contra Metropolitanum requiri actus planè alios, quàm allegatos. Si Fuldenſes incolæ Metropolitanum appellâſſent, Abbas verò contradixiſſet, & Archi-Epiſcopus rerum gnarus acquieviſſet, Fuldenſes verò talium actuum immemorabilem Seriem non interruptam, & cum omnibus aliis requiſitis legitimè probarent, tunc allegabilis eſſet illorum poſſeſſio; nunc verò, cùm nec unicum actum talem debitis qualitatibus inſtructum, multò minùs neceſſariam & non interruptam Seriem illorum afferre poſſit Scriptor Adverſarius, miſera & prorſus nulla eſt immemorabilis.

§. 61.

§. 61. Aliter planè res ſe habet cum Metropoli Moguntina, cujus poſſeſſionis Seriem à duobus, & quod excurrit, ſæculis, incipiendo ſcilicet ante primum actum de Anno 1582. quem irrito labore allegant Fuldenſes, texere, ac contra nuperas Scriptoris Fuldenſis argutias tueri juvat. Nam ad antiquiora ante Lutherum exortum tempora, quibus nullâ prorſus in clerum & populum jurisdictione Eccleſiaſticâ uſus eſt Abbas, & ex quibus nullum omnino actum contra Moguntiam allegavit, aſcendere inutilis labor eſſet. Poſſet aliàs hujus juris Metropolitici Moguntini etiam antiquiſſimum exercitium ex ipſis Fuldenſibus Scriptoribus oſtendi, ac probari, quòd à S. Bonifacii temporibus Mogonos ejus Succeſſores non aliter, quàm ſuos habuerint, nominârint, ac verbis factiſque reveriti fuerint Metropolitanos. Sic itaque veritas inconcuſſa manet, quam Fuldenſis Hiſtoriographus impartialis & probatus BROWERUS *aſſerit, & recens Fuldenſium Panegyriſtes Schannatus, ſicut multa tamen alia, occultare nequit, quòd, dum jam Anno 1529. Fuldenſis Abbas Epiſcopatum ambiret, ex ratione, quòd Monachi contemptui eſſent, quòd tunc ab Abbate Metropolitanus Moguntinus agnitus & aditus ſit, *quia ad propoſitum non parum conducere videbatur, ſi ex Abbatia Epiſcopatus fieret, rem tum Pontifici, tum & Archi-Epiſcopo Moguntino propoſuit.* Verba ſunt

Referuntur actus poſſeſſorii Moguntini hujus juris à tempore Lutheri de Anno 1529. quo tempore Epiſcopatum prenſabat Fulda.

SCHANNATI *Hiſt. Fuld. P. 3. fol. 255.*
Actum hâc de re, inquit
BROWERUS *in Antiquitat. Fuldenſ. L. 4. fol. 350.*
& ex eo SCHANNATUS *Cod. prob. Hiſt. Fuld. N. 3.*
Cum Carolo quinto hoc eodem Anno - - - extant & Alberti Archi-Epiſcopi Moguntini Cardinalis literæ, quibus & Joanni: Ut de jure ſuo concederet, & Epiſcopatum Fuldæ conſurgere pateretur, poſtulanti reſpondet, id ſinè maximi Collegii ſui Suffragiis annuere non poſſe; à quo ſi impetraret, quod difficile quidem

dem non foret, *tunc & conceſſurum ipſum*, *eâ tamen conditione*, *ut & Suffraganeus Metropoli Moguntinæ Fuldenſis ſubeſſet.* Ex quibus verbis conſectarium eſt, 1mò. Abbatem Fuldenſem tunc neceſſariò adeundum putâſſe Metropolitanum Moguntinum, ejúsque conſenſum impetrandum fuiſſe. 2dò. petere debuiſſe, *ut de jure ſuo concedat*, *& Epiſcopatum Fuldæ conſurgere pateretur*; quod de nullo alio excogitabili jure accipi poteſt, quàm de ceſſione juris Diœceſani Moguntini in parte trans-Fuldana, tunc temporis ex ſuprà probatis adhuc illibati, & apud Antiſtites Moguntinos exiſtentis, & de translatione ejusdem juris in Abbatem, nullâ jurisdictione in clerum & populum adhuc præditum. Inde Archi-Epiſcopus, licèt proclivem ſeſe Fuldenſium deſideriis diceret, quia tamen hæc juris Diœceſani ceſſio vera erat, & magni momenti alienatio, hinc reſpondit, *id ſinè maximi Collegii ſui* (ſcilicet Capituli Metropolitani Moguntini) *Suffragiis annuere non poſſe*, prout revera hic conſenſus ejusdem Capituli in ceſſionem prædictæ jurisdictionis in Abbatem Fuldenſem Anno 1529. & ſeqq. utì mox videbimus, expetitus quidem, ſed denegatus fuit; donec in Anno 1662. ad celebrem illam Concordiam, de quâ inferiùs, tandem conceſſus eſſet. 3tiò. ſalvum ſemper jus Metropoliticum in Fuldam Moguntinum deſiderâſſe Archi-Epiſcopum.

Inanis reſponſio Fuldenſis, quod petitus conſenſus Archi-Epiſcopi quoad partem cis-amnenſem, & ob quæſitam ſæculariſationem Fuldæ, jus Metropoliticum tunc novum non fuiſſe, probatur.

§. 62. Fruſtra hìc Scriptor Fuldenſis §. 148. confugit ad ſolitas argutias, dicendo „Archi-Epiſcopum „Moguntinum tunc adiri à Fulda debuiſſe, eoquòd territorium Fuldenſe in parte cis-Fuldana ab Herbipolen„ſi Diœceſi ſeparatum, perfectúmque nondum eſſet. Id enim veriſſimum quidem, Nullam enim ulla in parte cis- vel trans-Fuldana jurisdictionem in clerum & populum tunc Abbas habebat; hinc etiam tunc temporis Epiſcopo Herbipolenſi reſiſtente, & S. Sede jus Epiſcopi agnoſcente, res ſucceſſu caruit; quantùm ad partem Herbipolen-

polenſem, Epiſcopus Herbipolenſis adiri, & de jure ſuo Diœceſano concedere debebat, & Moguntinus de juribus tertii, nempe quoad jurisdictionem Herbipolenſem, in prima inſtantia, diſponere nil poterat, prout nunc attentant alii. At verò quantum ad partem trans-Fuldanam, de ſuo jure concedere debebat illius Diœceſanus Moguntinus, & adiri debebat Metropolitanus, ut novum naſci Epiſcopum in Provincia ſua conſentiret. Hoc tunc ſaltem omnes rationes ſuadebant Abbati; Rurſus autem, ſi tunc adeundus Moguntinus, quod cis-amnenſis plaga ab Herbipolenſi Diœceſi ſeparata, territoriúmque perfectè ſeparatum nondum eſſet, cur non & anno elapſo aditus fuit Moguntinus idem Archi-Præſul? Nam eadem cis-amnenſis plaga ultimo ante confirmatam transactionem Hammelburgenſem momento necdum ſeparata erat à Diœceſi Herbipolenſi, cùm Sententiæ Rotales non tantùm à viribus rei judicatæ ſuſpenſæ, ſed annullatæ fuerant per ſuprà deducta. Magìs ridicula eſt altera reſponſio, quòd ideo Archi-Epiſcopum adire debuerit Abbas, *quia agitabatur de Monachis Fuldenſibus in Canonicos ſæculares convertendis.* Sed revera S. Sedes nunquam agnoſcet, in tollendis votis ſolennibus Religioſorum quoad effectum diſpenſationis, Archi-Epiſcoporum conſenſum requiri: Quod verò addit Scriptor Fuldenſis, novum fuiſſe, quod Archi-Epiſcopus dicebat, *ut Suffraganeus Metropoli Moguntinæ Fuldenſis ſubeſſet*, enorme æquivocum eſt. Ab illo probanda eſt inprimis novitas, qui contra juris aſſiſtentiam tot præſumptionibus facti, imò fortiſſimis argumentis fultam, aliquid aſſerit. Deinde Fulda ex aſſertis ipſiusmet Scriptoris Fuldenſis cis-amnem adhuc ab Herbipolenſi Diœceſi territorium ſeparatum nondum habebat, adeóque in- & de provincia Moguntina ex nova Scriptoris confeſſione erat, ſicut etiam ex actitatis coram S. Rota conſtat, adhuc Anno 1546. Abbatem ad Epiſcopum Herbipolenſem ſcripſiſſe, ut Commiſſarios, uti ab antiquo obtinebat, in ditionem Fuldenſem

X 2 mit-

mitteret, qui cauſas matrimoniales nomine Epiſcopi Herbipolenſis in conſervationem ejus jurisdictionis cognoſcant. Quoad partem trans-Fuldanam adhuc in Diœceſi planè Moguntina erat ex ſuprà probatis; Epiſcopatus ſolus, quem ambiebant Fuldenſes, novus erat, &, ſi quis velit, nomen Suffraganei novum, & ut ſic *quà Suffraganeus ſubeſſet*, res tamen & ſubjectio totius Fuldenſis ditionis Archi-Epiſcopo Moguntino cis-Fuldam quà Metropolitano, trans-Fuldam inſuper quà Diœceſano & Ordinario, nova non erat, ſed res clara & antiqua. Abbas Fuldenſis, ex quo quaſi-Epiſcopalem jurisdictionem exercere cœpit, ſicut quaſi-Epiſcopus, ita pariter quaſi-Suffraganeus Moguntinus erat, licèt Suffraganeorum nomen Abbatibus, etiam Epiſcopalem jurisdictionem exercentibus non detur; Nec Abbas Fuldenſis Joannes tunc objecit Archi-Epiſcopo Moguntino, quòd novum aliquid petat; Nec Browerus, nec Schannatus hoc reſervatum Alberti Archi-Epiſcopi tanquam novum mirantur; Soli moderno Scriptori novum videtur, imò à moderno Eminentiſſimo Archi-Epiſcopo *novitatis ſtudio* repertum id, quod ipſi non placet. Atque hoc ipſum, quod Abbatibus quaſi-Epiſcopalem jurisdictionem etiam cum territorio verè ſeparato habentibus nomen *Suffraganei* non detur, ſed ſolis Epiſcopis, in cauſa erat, cur Abbas in elencho Suffraganeorum Moguntinæ Metropolis tam conſpicuorum poſitus non fuerit, licet recenter prætenderit, poſſederit, ac miſerè præſcripſerit quandam Jurisdictionem Eccleſiaſticam ſub Metropolitano, quod ad §. Scripti Fuldenſis 128. dictum ſufficeret, ſi ſolidiſſimis duntaxat rationibus, non etiam originalibus rerum documentis uti cenſeremus.

Hæc inter veritatem noſtram ex una, & impudentiam Scriptoris adverſarii ex altera parte evidentiſſimè comprobat hìc appoſita Summario Num. XIX. Epiſtola Joannis Abbatis Fuldenſis, *Dominicâ* poſt omnium Sanctorum anno 1532. *ad Capitulum Metropolitanum*

Summar. N. XIX.

Mo-

Moguntinum ſcripta; in qua Epiſtola Abbas conſenſum Capituli Metropolitani ejusdem in erectionem Epiſcopatûs Fuldenſis expetit. Poſtquam ibi cauſales fusè narraverat, quare non dignitatem Præpoſituræ (cujus exempla erant in Germania) ſed erectionem Epiſcopatûs conquireret, & quomodo deſuper ſupplicaverit penes S. Sedem & S. Cæſaream Majeſtatem, quomodo etiam res Romæ *per Cardinalem Dertbuſienſem ſuæ Sanctitati & Conventui Cardinalium* expoſita fuerit, & quomodo etiam hi, maturâ deliberatione præviâ conſenſerint, ſubdit, conſultum ſibi à fautoribus: *quòd ſi Fuldenſis Eccleſia in Epiſcopatum erigeretur, ea etiam jurisdictionem Epiſcopalem habere debeat, adeoque etiam conſenſum Ordinariorum ad hanc neceſſarium eſſe. Licèt enim à Sua Sanctitate & Cæſarea Majeſtate omnia impetrata forent, clauſulam tamen inſerendam fore: citra Ordinariorum præjudicium; ſi ergo Ordinarii non conſentirent, impenſas omnes inutiles fore; hinc opus eſſe, concordari jurisdictionis ergò cum Ordinariis, hinc,* ait porro, *cum Reverendiſſimo in Chriſto Patre, Illuſtriſſimo Principe & Domino, Domino Alberto Cardinale & Archi-Epiſcopo Moguntino primò per literas, deinde, cùm Dilectio ſua apud nos Fuldæ fuit, oretenus locuti ſumus, & tantum effecimus, ut Dilectio ſua conſideratâ Abbatiæ Fuldenſis convenientiâ ſuam Epiſcopalem jurisdictionem, quæ tamen in ditione Fuldenſi modica eſt, relinquere, ac, ſi translatio* (Abbatiæ ad Epiſcopalem dignitatem) *progreſſum habitura ſit, eam cedere nobis velit, ita tamen, ut hoc cum Dilectionum veſtrarum & veſtro conſenſu tanquam Dilectionis ſuæ Capitulo Metropolitano contingat; Nos autem cum Suffraganeatu, ſicut alii Suffraganei, qui etiam Principes Imperii*

 ſunt,

ſunt, & non aliter, cum ditione noſtrâ *Dilectioni ſuæ, & Archi-Diœceſi Moguntinæ ſubjiceremur.* Narrat deinde literas Archi-Epiſcopi ad Decanum Metropolitanæ ſe impetrâſſe; deinde ait: *Archi-Epiſcopatui Moguntino nihil decedit, nam Moguntia pro valde modica jurisdictione Suffraganeum plus, quàm habuerit antea Archi-Epiſcopatus, accipit.* Ac relatis aliis rationibus concludit, rem à conſenſu Capituli dependere; nec enim ſinè eo ipſum Archi-Epiſcopum Albertum conſenſiſſe.

Summar. N. XX. Apponimus ulteriùs Summ. Num. XX. Epiſtolam ejusdem Abbatis Joannis Sabbatho poſt omnium Sanctorum eodem anno 1532. ad Decanum Metropolitanum Moguntinum Joannem ab Ehrenbergk ſcriptam ſuper eodem negotio, ubi Abbas initio ſtatim ait, ſe prævidere, quòd contra petitum ſuum in Capit. Metrop. objectiones faciendæ ſint, quas objectiones deinde enarrat punctatim, ſubjectis reſponſionibus, ac ſexto loco ait: *Sextò forſan ultima objectio erit: licèt Mog. conſentiat, deeſt tamen adhuc Herbipolis.* Reſponſio: *ſi habemus Archi-Epiſcopum, cum quo ratione jurisdictionis convenimus, ſperamus etiam, fore, ut cum Suffraganeo rem conficiamus. Reverendiſſimum Capitulum Metropolitanum ſolummodò hìc ſuum præſtet, cum Herbipoli etiam ſinè dubio viæ reperiendæ ſunt.* Deinde factâ concluſione & promiſſis ad Decanum Metropolitanum, ait: *quodsi interrogandus ſit* (Decanus) *quale reciprocum pro conſenſu Capituli dare velimus, nos propoſitionem, quam Dominus Noſter Archi-Epiſcopus & Cardinalis Moguntinus fecit, & onus portabimus, nempe ut Feſtum vel Præſentia in Eccleſia Metropolitana Moguntina ad perpetuam rei Memoriam à nobis largiatur.*

Utrâ-

Utrâque epiſtolâ lectâ in Capitulo Metrop. Mog. reſpondit Capitulum Metropolitanum Abbati: *Rem eſſe ſummi momenti, inquirenda vetera Documenta, ſpecialiter autem colloquendum his inſpectis cum Archi-Epiſcopo Moguntino propter ejus Spiritualem jurisdictionem, ac res alias, quarum Abbatis Fuldenſis, Capituli Metropolitani, & Archi-Epiſcopatûs Moguntini multùm interſit*, prout extant literæ Capituli Metropolitani ad Abbatem Fuldenſem eundem Summar. Num. XXI. hìc appoſitæ. Summar. N. XXI.

Scripſit deinde idem Capitulum Metropolitanum Moguntinum Sabbatho poſt cineres anno 1533. ſuo Archi-Epiſcopo Alberto Cardinali, & inter reliqua ait: *licèt Abbatiæ Fuldenſi omnia faveamus, quæ in ejus bonum, non tamen in Archi-Epiſcopatûs Moguntini præjudicium cedunt, requiri tamen ad hoc opus erectionis Epiſcopatûs Summi Pontificis, Romanorum Imperatoris, Imperatricis, Celſitudinis ſuæ Electoralis qua Archi-Epiſcopi & Ordinarii, nec non Epiſcopi Herbipolenſis, ſub quo ditio Fuldenſis ex parte ſita eſt, & aliorum diſpoſitionem, diſpenſationem & conſenſum ante omnia. Hæc præprimis ab Abbate impetranda, & ad manus exhibenda eſſe, dein Fundationis, Dotationis S. Bonifacii & Succeſſorum Archi-Epiſcoporum Moguntinorum jurisdictionis, aliarúmque Connexionum ergo multivaria, quæ necdum conſtent, invenienda & conſideranda eſſe, quibus præviis ad ulteriorem Abbatis requiſitionem reſponderi poſſe.* Teſtante Summar. Num. XXII. Summar. N.XXII.

Hæc requiſitio Abbatis ejusdem Joannis facta eſt denuo inſtanter pro eodem conſenſu Capituli Metropolitani teſtantibus literis d. d. *Fuldæ Martis poſt Quaſi modò geniti Anno 1539.* reſpondit Capitulum Abbati dilatoriè *Sabbatho poſt Miſericordia eodem Anno 1539.* Iterum

rum inſtitit Abbas *Jovis poſt Cantate eodem Anno*; reſpondit rurſus Capitulum Metropolitanum dilatoriè *Sabbatho poſt Corporis Chriſti eodem Anno.* denuo inſtitit Abbas nuncio ſpeciali *Martis Feſto S. Joannis Baptiſtæ eodem Anno 1539.* ſed rurſus replicavit Capitulum Metropolitanum, obſtacula conſenſûs præſtandi nondum eſſe remota, *Martis pridie Viſitationis B. M. V. eodem Anno 1539.* Fuſiùs inſtitit Abbas *Mercurii poſt Egidii eodem Anno*; Conquiſitis rationibus, reſpondit Capitulum Epiſtolâ *Sabbathò ſexto Septembr. eodem Anno* Summar. N. XXIII. *1539.* quam Epiſtolam hìc apponimus Summar. Num. XXIII. Ubi Capitulum Metropolitanum denuo meliores & decentiores propoſitiones Abbatis, & inſuper ante omnia requirit, ut Abbas exhibeat exemplaria conſenſûs Pontificis & Imperatoris, nec non edicat, *quid Archi-Epiſcopatus Mog. pro ſua jurisdictione & juribus exſpectandum habeat*; reſpondit Abbas *Veneris poſt Pentecoſten* anno 1540. ac dixit, *jurisdictionem Moguntinam in diſtrictu Fuldenſi compenſari,* Summar. N. XXIV. *ſi Moguntia Epiſcopatum ampliùs habitura ſit*, teſtante adjuncto Num. XXIV. reſpondit nihilominùs denuo dilatoriè Capit. Metrop. Abbati *Martis poſt Urbani An. 1540.* ac licèt Abbas tunc temporis immiſcuiſſet negotium reluitionis Oppidi alicujus Salmünſter, nihilominùs tamen conſuluit Capitulum Metropolitanum Moguntinum ſuo Archi-Epiſcopo, ut celebretur Conventus cum Fuldenſibus, ac conſultiùs videri, *Abbatialem transferri ad tolerabiliorem dignitatem, quam* Summar. N. XXV. *quæ ſit Epiſcopalis; ſed nihilominùs tunc etiam ſalvis juribus Moguntinis*, teſtante Summar. Num. XXV.

His omnibus ex ipſorum Abbatum confeſſionibus, ſcilicet: conſultum ſibi fuiſſe, ante ambitum Epiſcopatûs præviè conquirendum eſſe conſenſum Ordinariorum (Moguntini & Herbipolenſis) & cum iis convenien-

niendum eſſe ratione jurisdictionis Summ. Num. XIX. petiiſſe, ut ſibi cedatur jurisdictio Epiſcopalis, quam habet Moguntia in ditione Fuldenſi. Num. eod. Negotio cum Archi-Epiſcopo ratione jurisdictionis cedendæ compoſito, cum Suffraganeo (Herbipolenſi Epiſcopo) vias compoſitionis etiam inveniendas eſſe. Summ. Num. XX. Archi-Epiſcopatui Moguntino plus accreſcere, quàm decreſcere; jurisdictionem Moguntinam in ditione Fuldenſi in eo ſatis compenſari, quia Moguntia Suffraganeum amplius haberet, ac antea habuit Num. XXIV. Sic, inquam, omnibus conſtitutis, & Originalibus documentis probatis, quis impartialis rerum arbiter non indignetur Fuldenſi Scriptori, quòd Diœceſanam etiam Moguntinam jurisdictionem in partem diſtrictûs Fuldenſis negâre auſus fuerit, & aſſerere, quòd novum jus & jurisdictionem ſtipulari ſibi voluerit Albertus Archi-Epiſcopus, & Capitulum Metropolitanum Moguntinum, quam antea non habuerit, & tam parùm habuerit, *quàm parùm corpus illud ſancti*, quod petebat Albertus? quis non meliorem fidem inter Principes deſideret, ſi illarum rerum conſcii fuerint? ſin autem non: quis non indignetur, in hoc tot annorum molimine pulviſculos Fuldenſes non fuiſſe meliùs excuſſos? Cur hæc nobis non narravit Schannatus? ſcilicet ignorare & ignorari in Urbe & Orbe voluerunt novitatum prenſatores, quàm domi ſit curta ſupellex. Nos verò interim hìc repetimus ex Serie noſtra facti & juris tam malè viſa, ſed æternæ veritatis grandiuſculis literis illa verba: *quod igitur juſtum, quod neceſſarium viſum fuit Anno 1529. An hoc juſtum & neceſſarium non ſit Anno 1752. quod olim faciendum putavit Abbas Fuldenſis, an faciendum non erat moderno? & quod fas erat Archi-Epiſcopo Moguntino Alberto Brandenburgico Cardinali, an fas non erit moderno Emi-*

 nen-

nentiſſimo Electori Moguntino, ejúsque Metropolitano Capitulo?

Refertur Confeſſio Abbatis Balthaſaris de Anno 1575.

§. 63. Rejectâ ſic Epiſcopatûs Fuldenſis petitione, prout fuſiùs jam olim in actitatis coram S. Rota ab Herbipolenſi Epiſcopo narratum eſt, Fuldenſes prout antè, & Metropolitanum Moguntinum, & Epiſcopum Herbipolenſem venerati ſunt annis inſequentibus, licèt circa Annum 1575. Balthaſar Abbas noviter Epiſcopatum ambiret. Ejus Epiſtolam eodem anno Summo Pontifici Gregorio XIII. ſcriptam, ex Archivio Vaticano extractam, & ab Archivii cuſtode vidimatam, olim coram S. Rota productam, hìc integraliter Summarii Num VIII. appoſuimus, tum quia exinde legenti cuivis patet, quo artificio Epiſcopatum, *motu proprio* etiam tunc à Papa concedendum *petierit*. *Id ſolùm cuperem*, ait, *ſi hoc utile judicaretur, me hunc laborem ſuſcipere, Epiſcopi intelligerent, non meæ hoc eſſe petitionis, ſed voluntatis Sanctitatis tuæ*. Tum quia jus Metropoliticum & Diœceſanum in Fuldam egregiè confitetur. Ait enim ibi Balthaſar, licèt Epiſcopatum ambiens, *quamvis enim ex antiquis literis hoc conſtet, ſic hanc rem ſuperioribus temporibus diſtributam, ut tripartita hæc jurisdictio eſſet, cujus pars una ad Abbates Fuldenſes Prædeceſſores meos p. m. pertineret* (ſi loquatur de jurisdictione in Monaſterium Fuldenſe, & perſonas ſuas regulares, aut de Monaſteriis aliis Fuldenſi pleno jure incorporatis, nunc Præpoſituris vel Grangiis Fuldenſibus, vel etiam de hominibus intra Septa Monaſterii degentibus, verum eſſe poteſt, ſecus non) *reliquæ inter Moguntinum Metropolitanum, & Herbipolenſem Epiſcopum eſſent diſtributæ*. Subdit, ſe jurisdictionem exercere volentem contra Hæreticos timere, *ne falcem in alienam meſſem Epiſcoporum mittat, hunc ſcrupulum efficaciſſimum* ſibi ab ipſis Hæreticis fieri. Addit alia feſta *juxta Moguntinum ritum*, alia *juxta Herbipo-*

bipolenſem in ſua ditione celebrari (quod idem comprobârunt quondam Herbipolenſes in ſuo Summario coram S. Rota exhibito, addentes, quòd in altera Fuldenſis ditionis parte etiam Moguntina Miſſalia & Breviaria tunc temporis à Romanis diverſa fuerint recepta) ac dein idem Balthaſar Abbas mirâ arte petit, ut uni ſoli, & ſibi quidem creato Epiſcopo, onus curæ Epiſcopalis, quin innoteſcat ſua petitio, & quin audiantur Metropolitanus & Herbipolenſis, motu proprio concedatur: ſed evenit, quod idem ipſe Balthaſar Abbas aliis de cauſis ditione etiam temporali à piiſſimo & ſapientiſſimo Epiſcopo Herbipolenſi Julio, titulo reſignationis Abbatiæ, expelleretur. Hanc reſignationem metu extortam conquerens, ſtatim ad Metropolitanum Moguntinum Danielem confugit idem Balthaſar, qui eum etiam ſuo in Principatu Electorali benignè ſuſcepit, & Pontificio Gregorii XIII. & Sixti V. juſſu variis ſuis in urbibus fovit & protexit, Teſte

BROWERO *L. 4. Antiquit. Fuld. in h. Abbate.*

Quamvis verò ab iis temporibus reſtituto in Abbatiam Balthaſare, lis ſuper jure quaſi-Epiſcopali Herbipolim inter & Fuldam, animis illorum per ea, quæ narravimus, exacerbatis vigeret, nec illis, quos Scriptor modernus Fuldenſis Summarii ſui Num. III. & IV. allegat, concordiæ tractatibus componeretur, jus tamen Metropoliticum Moguntinum nequidem in dubium vocatum eſt, ſed in viridi obſervantia, ſicut antè, ſic deinceps conſtitutum manſit.

§. 64. Extant in Archivio Moguntino integra appellationum Fuldenſium ad Moguntinum tribunal Metropoliticum Acta, non duarum, ùt Fuldenſis Scriptor non fideliter numerat, ſed trium ſatìs acriter ventilatarum litium. Primò in cauſa matrimoniali Margarethæ Stendorff contra Jacobum Krafft de Anno 1613. Secundò in cauſa imputati adulterii Hanſonis vel Joannis Krafft de Steinhaus contra Engel Schenck & Hanſonem

Referuntur actus appellationum Fuldenſium ad Metropoliticum tribunal Moguntinum de annis *1613. 1617. 1626.* quorum acta extant.

ſonem Hageren, & intervenientem Procuratorem Fiſci de Anno 1617. Tertiò in cauſa matrimoniali Henrici Birckenbach, contra Dorotheam Denckherin de Anno 1626. Extant extractus legales Protocolli Conſiſtorii Fuldenſis, quo appellationibus detulerunt. Extant pleni proceſſus Appellationis cum citatione & compulſorialibus à Moguntinis Judicibus Metropoliticis decreti; extant Apoſtoli Judicum Fuldenſium, queis acta ad Metropolitam Moguntinum transmiſerunt; extant literæ, queis pro una litigante paupere interceſſerunt, prout hæc omnia in Moguntina Serie juris & facti adjecta ſunt Summarii Num. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. & XII. quæ hìc ob prolixitatem nimiam non repetimus. Et quid ad hos tam luculentos & ſolennes actus Scriptor fideliſſimus Fuldenſis?

Vanum effugium Fuldenſe, quòd de his actibus Fuldæ non reperiatur veſtigium, refutatur.

§. 65. Reſpondet: nullius momenti ſunt duo (errat fidelis, erant tres) *appellationis actus, qui dicuntur à Fuldenſi Conſiſtorio Moguntiam delati, de quibus nullum apparet Fuldæ veſtigium.* Nemo honeſtus arbitrabitur, Eminentiſſimum Electorem Moguntinum vetera acta, quibus nec egeret quidem, confingere, & typo publico Orbi proponere velle, neque vel ullum à nobis judicialem ſtrepitum, vel horum documentorum compulſationem Fuldenſis Scriptor exſpectet, queis illum, qui ſolem in meridie lucere negat, dignum non putamus. Publicis Imperii, imò Juris communis & praxeos omnium Dicaſteriorum Legibus cautum eſt, quòd, ſi agatur de redintegrando ſpolio, ſufficiant Copiæ Inſtrumentorum. Extant originalia, quæ cuilibet alteri, qui hoc petîerit, ob oculos ponere parati ſumus. Sin autem Fuldæ planè nullum rei extat veſtigium, vel omnia veſtigia Fuldenſi Conatui contraria ſtudio deleta eſſe debent, vel mirè neglecta. Sin opus eſſet, juramenta fortè viam panderent, an, cùm decies appellatio interponi ſoleat, & vix ſemel proſecutio litis in ſecunda Inſtantia cum ſumptu fieri, an, inquam,

in

in Protocollis Fuldenſibus non extent quàm plurimi appellationis ad Moguntinum Metropolitam interpoſitæ ſed non proſecutæ actus, vel quis qualitérve hæc Veſtigia deleverit, occultâritve?

§. 66. Pergit Scriptor, *hos actus tanquam manifeſtò Apoſtolicæ Sedis juri contrarios non eſſe attendendos; nam ab exempto Judice ad Papam, non Archi-Epiſcopum eſſe appellandum.* Hanc exemptionem cleri populíque Fuldenſis à Metropolitico jure ſaltem dubiam, & non *manifeſtam* eſſe fatebitur omnis ille, qui folia Moguntina animo non præconcepto legit. Igitur petitionem principii committit Scriptor ille, dum, quod in dubio eſt, quod nec fumo ullo probatum eſt, & à nemine in æternum probabitur, cujus contrarium his ipſis actis & documentis oſtenditur, tanquam manifeſtùm jactitat, peſſimâmque ſuam cauſam Apoſtolicorum jurium pallio denuò incruſtare ambit. Nova ille Verba effingat, mox *Sacerdotium* Fuldenſe *exemptum*, mox *Abbatiam* exemptam, S. Sedi immediatè ſubjectam clamet, his æquivocis rerum gnaros non fallet, licèt *in Domino arbitretur*, ab exempto Monaſterio ad regionem exemptam argumentari, ſemper abſonum manebit ore ſummi doctiſſimíque Pontificis.

Petitio principii eſt, hos actus Juri S. Sedis Apoſtolicæ contrarios eſſe.

§. 67. Pergit ulteriùs, *multa quoad hos appellationum actus adnotari poſſe relativè ad Archi-Diaconum Fuldenſem.* vellemus ea ſcire; Novum enim certè præſidium acciperemus, oſtenderemúſque, hunc ipſum Archi-Diaconum Metropolitano ſubjectum fuiſſe, & ùt talem olim coram S. Rota agnitum; in ipſo enim Concilio Moguntino à Scriptore adverſario allègato §. 21. in fine, quod olim in rerum natura extitiſſe, præfractè more ſuo negabant Fuldenſes, donec ex Lamberto Schaffnaburgensi, Hermanno Contracto, Adamo Bremensi Scriptoribus coævis, inſuper ex Baronio, Spondano, Pagio, Labbeo, *ac Baſilicæ La-*

Venum effugium de Archi-Diacono veteri Fuldenſi, qui ſubfuit Metropolitano.

 tera

teranenſis, *Vaticanæ ac Liberianæ ad diem 19. Aprilis* BREVIARIO veritatem Synodi evinceret Hiſtoricus non minùs quàm Theologus & Juris Conſultus conſummatiſſimus PROSPER DE LAMBERTINIS in ſcripto anno 1714. in hac cauſa exhibito. In hoc, inquam, Concilio in Metropoli Moguntina habito, referente ipſo rurſus

BROWERO *Lib. 4. Antiquit. Fuldenſ. fol. 293.* refertur, *quòd Archi-Diaconus Herbip. graviùs imperitare Fuldenſibus viſus ſit*, quod tamen ſic res compoſita: ut Abbas Clericum ſæcularem (recenter enim Monachi Fuldenſes facti ſunt Vicarii generales) præſentaret, Epiſcopus verò Herbipolenſis BANNUM i. e. jurisdictionem huic Clerico Archi-Diacono conferret, ſemper deinde inter Herbipolenſes Archidiaconatus & ille Fuldenſis numeratus eſt, & Fuldenſis Archi-Diaconus Synodo Diœceſanæ Herbipolenſi adhuc anno 1452. interfuit. Sed nunquid Archi-Diaconus Würceburgenſis cum ſuo Epiſcopo ſubeſt Metropolitano Moguntino, & ab illo ad hunc appellationes deferendæ ſunt? Quantùm verò ad partem Moguntinam Fuldenſis diſtrictûs Moguntinæ Diœceſis, veriſſimum eſt, quòd etiam Archi-Diaconi & Vicarii Moguntini foranei in oppido & diſtrictu Fuldenſi jus dixerint, ac ab iis ad ſuum Ordinarium Moguntinum appellatum fuerit, prout ſuprà oſtendimus Summario Num. VI. & VII. Porro appellationes recentes non amplius ab Archi-Diacono, ſed à Conſiſtorio Fuldenſi belliſſimè ſtabilito Moguntiam delatæ, à Vicario Generali Fuldenſi legaliſatæ ſunt, ejúsque adhuc Scripturæ ac Sigilla extant. Quid ergo clarius? demum totus pertæſus ineluctabile argumentum reſpondet adverſarius: appellationes nunc ab immemoriali tempore ad S. Sedem delatas. Suprà id uberiùs jam refutavimus; Sed cùm de initio attentati nos informent ipſi, qui ad immemorabilem provocant, pro qua duos ſolos actus de ſe nullos, & penitus ad rem non pertinentes afferunt, interruptos poſterioribus lucu-

len-

lentiſſimis actibus, & Juris Metropolitici Moguntini agnitionibus, & Confeſſionibus diſertiſſimis, cuivis impartiali relinquimus, an vel minimum præſidii afferre poſſint, ne dicam, minimæ præſcriptionis, nedum immemorabilis, de qua jam aliàs verba fecimus.

Exercitium Juris Metropolitici Moguntini Anno 1622. 1626. 1630. 1631. & ſeqq. usque ad Concordiam de Anno 1662.

§. 68. Sicut verò per privatos Fuldenſium ſubditorum temporalium ad Judices Moguntinos appellantium actus jus Metropoliticum Moguntinum ejúsque publica, & plebi nòn minùs, quàm Judicibus Fuldenſibus nota poſſeſſio ineluctabiliter ſtabilitur, ſic hoc idem jus Metrop. ejúsque poſſeſſio firmatur per actus publicos, & quidem per tantam illorum Seriem, per actus non in angulo, ſed in facie orbis Chriſtiani exercitos, coram Pontifice Summo, Sanctáque Sede, coram ejus in Germaniam directis Nuntiis, coram Imperatore, ejúsque repetitis juſſibus ſupremis, agnoſcente ipsâ Abbatiâ Fuldenſi, ut incredibile videatur, nunc demum eidem Abbatiæ in mentem venire poſſe, hoc jus Metropoliticum frivolè negare, & magìs incredibile, fuiſſe hominem tam frontis omnis expertem (Scriptorem nuperi ſpeciminis Fuldenſis intelligimus) qui impudentiſſimè aſſerere audeat, mox §. 57. ſui ſcripti, hoc jus Metropoliticum Moguntinum inventum in gratiam Epiſcopi Herbipolenſis Anno 1662. mox ſtupendâ contradictione §. 71. primum, qui novitatis ſtudio in medium proferat jus Metropoliticum, eſſe Eminentiſſimum modernum Archi-Epiſcopum Moguntinum. Rogamus hìc Lectores, ut nobis tantisper non credatur, ſed attentè ſaltem legantur, quæ ſequuntur:

Exòrto in Germania tricennali ſic dicto Religionis bello, cùm Monaſtica diſciplina Fuldæ collapſa, & hujus Abbatiæ interitus timendus eſſet, ut de Zeloſo Catholico Abbate Abbatiæ provideretur, Elector Moguntinus Joannes Suicardus Anno 1622. Electioni Cæſarea

 volun-

voluntate *in qualitate Metropolitani* interfuit, quod verbis non Moguntinis, ſed piiſſimi Cæſaris Ferdinandi II. ex ejus Mandatis Cæſareo ſuo pariter ad eandem Electionem Legato Joanni Jacobo Kurz à Senfftenau, Ratisbonæ 26. Decembris 1622. datis, comprobamus, hujus tenoris: *& cùm Reverendus Joannes Suicardus Archi-Epiſcopus Moguntinus, S. R. I. per Germaniam Archi-Cancellarius, Nepos noſter chariſſimus & Elector, qua ſæpe dictæ Eccleſiæ Fuldenſis Metropolitanus pariter Legatum ſuum Fuldam ablegârit, hinc*

Summar. N.XXVI. *Legatus noſter omnia cum illo ſincerè communicabit.* Summarii Num. XXVI. Argumentum hoc Moguntinum Scriptor Fuldenſis in fideliſſimo ſpecimine Rationum Moguntinenſium omiſit, vel potiùs non legit; nam aliàs ridendâ audaciâ falſò aſſerere non potuiſſet §. 71. primum, qui *novitatis ſtudio* in medium proferret jus Metropoliticum Moguntinum, eſſe Eminentiſſimum modernum Archi-Epiſcopum. Ferdinandus II. Imperator de Eccleſia optimè meritus hoc non invenit, ſed exiſtens vidit; ac Aula Cæſarea conformiter legibus Imperii à ſenſis Ferdinandi II. non diſcedet, nec ipſi tunc Capitulares Fuldenſes Legati Metropolitici adventum tanquam novum ſuſpexerunt, ſed illum eximiè honorârunt, nec Conſiſtorium Fuldenſe tunc jam ſtabilitum obſtupuit, quod ante & poſt illum annum appellationum Acta Moguntiam recenter transmiſerat & transmittebat.

Pauló poſt hunc annum 1622. alia appellatio Fuldenſis ad Judices S. Sedis Moguntinæ interpoſita, & coram iis ventilata fuit, nempe Anno 1626. in cauſa matrimoniali Henrici Birckenbach appellantis, contra Dorotheam Denckerin appellatam, cujus Acta hodiedum extant in Archivio Moguntino. Sed quod plus eſt, idem ipſum Capitulum Fuldenſe, quod pauló antè Metropolitanum Legatum reveritum fuerat, paucis poſt annis ipſum ſuum Metropolitanum Moguntinum uber-

rimè

rimè, & repetitis vicibus, egregio cum fructu agnovit: Rei occaſio hæc fuit: Abbas tunc temporis Fuldenſis

Teſte SCHANNATO *Hiſtor. Fuldenſ. in Joanne Bernardo.*

ignobili loco natis Monachis Fuldenſibus jus vocis activæ & paſſivæ in Abbatum electionibus indultum volebat, & tum apud S. Sedem, quàm Imperatorem deſiderium hocce ſuum ad effectum perducere, aliásque innovationes facere tentabat. Hanc ob cauſam auctis querelis, Capitulum Fuldenſe de illis innovationibus, de incuſſo metu, aliíſque conquerens, hiſce verbis Moguntinum Electorem compellavit: *quia poſt Deum extremum & Summum refugium in Electorali gratia veſtra tanquam gratioſiſſimo Domino Metropolitano noſtro ſubmiſſiſſimè ponimus & implorandum ducimus &c.*

Literis datis Fuldæ 26. Maji 1630. teſtante hoc Summario Num. XXVII. Summar. N. XXVII.

Metropolitanus imploratus *quà talis, & cum hac expreſſa enuntiativa* Abbatem Joannem Bernardum ad reformationem diſciplinæ Monaſticæ cohortatus, ab innovationibus & lædendo Nobilitatis Privilegio dehortatus fuit,

Literis datis ad Abbatem 1. Jun. 1630. teſtante hoc Summario Num. XXVIII. Summar. N. XXVIII.

Capitulo verò præſidium & interceſſionem apud Summum Pontificem expetitam cum ſalutari concordiæ monito ſpopondit,

Literis d. d. eodem 1. Jun. 1630. teſtante hoc Summario N. XXIX. Summar. N. XXIX.

ac propediem *Metropolitani muneris ſui duxit, rem Summo Pontifici ſuggerere, ac rogare, ut nihil in Curia decidatur, donec omnia intimè examinentur utriusque partis jura, & S. etiam R. I. intereſſe.*

Literis ad Summum Pontificem cum hac enuntiativa: Metropolitani, datis 2. Jun. 1630. teſtante Summario hoc Num. XXX. Summar. N. XXX.

 ſimi-

ſimiliter negotium Franciſco Barberino Cardinali commendavit

Summar. XXXI. *Literis datis eodem die & Anno*, teſtante hoc Summario Num. XXXI.

aliisque literis

Summar. XXXII. *d. d. 30. Novembris 1630.* teſtante hoc Summario Num. XXXII.

Eidem Cardinali Barberino in hæc verba ſcripſit: *Quandoquidem tamen officii noſtri ratio à nobis utpote Fuldenſis Eccleſiæ Metropolitano exigit, in hac tanti momenti cauſa ſedulò, & quantum in nobis eſt, curare, ne ob novitates iſtas jam dicta Eccleſia detrimentum capiat.*

Similiter *tanquam Metropolitanus inſtantiſſimè requiſitus officii ſui exiſtimavit, id, quod res erat, fuſiùs Summo Pontifici exponere.*

Summar. XXXIII. *In Extractu literarum longiorum ad Summum Pontificem d. d. 5. Decembris 1630.* teſtante hoc Summario Num. XXXIII.

Interim cùm Abbas Fuldenſis alias novitates accumularet, nec electionem Decani nobili proſapiâ nati permittere, ſed alterum, & ignobilem obtrudere vellet, ad finem vergente Anno 1630. d. d. 30. Decembris, denuo Archi-Epiſcopum Moguntinum tanquam Metropolitanum & Protectorem ſuum adîit, petivítque, ut in eventum idem Metropolitanus neo-eligendi Decani electionem confirmare, ac apud S. P. intercedere dignetur, ut eadem electio, ac eligendi jus Capitulo confirmetur.

Summar. XXXIV. *teſtante Extractu longarum literarum Capituli ad Archi-Epiſcopum d. d. 30. Decembr. 1630.* Summar. hoc Num. XXXIV.

Aſſenſit Archi-Epiſcopus Moguntinus petitis Capituli Fuldenſis reſponſoriis

Summar. XXXV. *d. d. 4. Januarij Anno 1631.* teſtante hoc Summario Num. XXXV.

Inſuper idem laudatiſſimus Princeps Elector Moguntinus,

nus, cùm interim Abbas Fuldenſis à D. Nuntio Apoſtolico Leodii tunc exiſtente inhibitionem expiſcatus fuerat electionis Decani, cum eodem D. Nuntio ſuper cauſæ meritis, & inhibitione ſub- & obreptitiè obtenta egit, ac commemoravit, *ad ſe Metropolitani jure, & antiquâ Fuldenſis Eccleſiæ cum Moguntina conſenſione* hanc rem ſpecialiter ſpectare, ne plebeji cum Nobilibus in Capitulo Fuldenſi miſcerentur.

teſtante extractu Literarum ad D. Nuntium datarum 4. Jan. 1631. teſtante hoc Summario Num. XXXVI. Summar. N. XXXVI.

Atque efficaci tunc Metropolitani Moguntini operâ tam apud S. Sedem, quàm S. Cæſaream Majeſtatem, nec non in Conventu Principum Electorum, Nobile Capitulum Fuldenſe in ſuis juribus & Nobilitatis prærogativis conſervatum eſt. Non ergo credimus Nos, Nobile Capitulum Fuldenſe, quod Electori Moguntino Metropolitano ſuo potiſſimùm debet prærogativam Nobilitatis ſibi conſervatam, nunc cum iis, qui tam injuſtè, quàm frivolè jus idem Metropoliticum inauditis auſibus negare volunt, conſentire. Profectò ſi his in annis ad ignobiles jura Fuldenſis Eccleſiæ delapſa fuiſſent, Epiſcopatûs exempti deſiderium illos non invaſiſſet.

Annus, qui ſequebatur, ſupra milleſimum ſexcenteſimum, trigeſimus ſecundus erat, quando Germania à Mari ſeptentrionali ad Alpes usque bello conflagravit, Guſtavo Adolpho Suecorum Rege undequaque periculoſa Principatibus, Eccleſiaſticis præſertim, arma circumferente, et ipſis Fuldæ finibus appropinquante. Abbas Fuldenſis tunc è Principatu ſuo abſens fuit, nec ipſum Fuldenſe Capitulum, ubi terrarum degeret, ſciebat; In hac rerum anguſtia, cùm bellicos motus ex viſceribus Imperii amoliri ſtuderent Electores Catholici, Capitulum Fuldenſe dicens, *ſe poſt Deum in Principe Electore Moguntino tanquam Metropolitano ſuo*

refugium ponere, eundem rogavit, ut pace ab Electoribus cum Rege Sueciæ, mediante Rege Chriſtianiſſimo, pangendâ, etiam Fuldenſis Abbatia comprehendatur.

Summar. N.XXXVII. *Literis datis 5. Febr. Anno 1632.* teſtante hoc Summario Num. XXXVII.

Occubuerat eodem anno 1632. in ipſa celebri acie Suecos inter & Cæſareanos apud Lipſiam Saxoniæ Emporium Abbas Fuldenſis Joannes Bernardus; ut proin tam periculoſis temporibus Abbatiæ de Abbate digno mox provideretur, Imperator Archi-Epiſcopo Moguntino mandavit, ut Abbatis electioni & Imperatorio nomine, *& qua Metropolitanus in perſona* intereſſet, prout patet

Summar. Num. XXXVIII. *ex literis Imperatoriis 7. Februarii Anno 1633. ad Abbatem S. Panthaleonis Coloniæ datis*, teſtante hoc Summario Num. XXXVIII.

Interim quidam S. Gallenſes in Helvetia Monachi à defuncto Abbate Fuldam adſciti, ejus Monaſterii neutiquam Capitulares, vacantis Abbatiæ regimen occupare volebant. Archi-Epiſcopus Moguntinus verò, cùm temerariis his auſibus reſiſtendum putaret, à D. Nuntio Apoſtolico Colonienſi expetivit, ut illos Monachos quietos eſſe jubeat, his verbis uſus: *quoniam ad Nos tanquam Metropolitanum ejus Abbatiæ, ob multas etiam Cauſas Moguntinæ Eccleſiæ intercedentes cura non minima ſpectat. . interveniente S. C. Majeſtate, Authoritate noſtra & cura, & eorum, qui de Capitulo ſunt, ſtudio, ita eidem Abbatiæ proviſum iri, ut S. D. N. ſatisfiat.*

Summar. N. XXXIX. *literis ad D. Nuntium Colonienſem datis 1. Martii 1633.* teſtante hoc Summario Num. XXXIX.

Imo cum iidem extranei Monachi unà cum quibusdam juvenibus, ſtudiis operam dantibus Coloniæ Monachis, quorum nullus adhuc Capitularis erat, eò temeritatis pro-

progrederentur, ut inani conatu in Abbatem Fuldenſem, alium Abbatem Sieburgenſem poſtularent, ac theſaurum & Archivium Fuldenſe, quod belli & ſecuritatis causâ Coloniam delatum, & in Conventu Franciſcanorum de obſervantia depoſitum fuerat, occupare vellent, idem Elector Moguntinus nuntiavit Franciſcanis iisdem, *ſe tanquam Eccleſiæ Fuldenſis Metropolitanum* hæc non paſſurum, monuítque, ne ex rebus depoſitis cuiquam quid extraderent.

Literis datis 3. Martii 1633. teſtante hoc Summar. Num. XL. Summar. N. XL.

Rem ipſam etiam Imperatori his verbis nuntiavit: *ſe tanquam Metropolitanum, & ſimul propter communem omnium Eccleſiarum Metropolitanarum & Cathedralium hac in re cauſam, Cæſarem rogare, ut frivolam illam ſuapte naturâ poſtulationem ratam non habeat, verùm Prælatis & Capitularibus Eccleſiæ Fuldenſis proximè futuram electionem indulgeat, electúmque regalibus inveſtiat.*

Literis datis eodem 3. Martii 1633. teſtante hoc Summario Num. XLI. Summar. N. XLI.

ipſi deinde Abbatis Fuldenſis electioni, â Capitulo legitimè factæ *in qualitate Metropolitani*, & ſimul Commiſſarii Cæſarei, ùt paulò antè dictum, interfuit.

Vid. Chriſtianus Joannis *Tom. I. Rer. Mogunt. fol. 947.*

Et notetur infidelitas mercede conducti Hiſtorici Fuldenſis Schannati, qui hæc omnia malâ fide diſſimulavit. Ac cùm Joannes Adolphus ab Hohenek Abbas menſe Martio per compromiſſum electus eſſet, mox Franciſcanis, ac depoſitario mobilium pretioſorum Fuldenſium P. Alexio; tam quà Commiſſarius Imperatoris in negotio electionis, quàm *quà Metropolitanus Eccleſiæ Fuldenſis* præcepit, ut illa Mobilia neo- Abbati Fuldenſi extradantur; ſpopondítque, ſe ſecurum & indem-

 nem

nem depoſitarium apud Cæſarem, & quoscunque hac in re præſtiturum.

Summar. N. XLII. *Literis datis 2. Aprilis 1633.* teſtante hoc Summario Num XLII.

Sicut verò in iisdem qualitatibus à neo-electo Abbate corporale juramentum exegerat, de reformanda regulari diſciplina Monaſterii Fuldenſis idem Archi-Epiſcopus Elector Moguntinus, ita pariter promiſit Imperatori, ſe *tanquam* Metropolitanum *Eccleſiæ Fuldenſis* omnem operam præſtiturum, ut hæc ipſa reformatio executioni detur, rogátque, ut, ſicut electio illa à D. Nuntio Apoſtolico Leodienſi, ipſoque Pontifice pro valida habita jam ſit, ita Imperator inquietorum Monachorum, qui frivolè poſtulârunt alium, ſub- & obreptionibus auditum non præſtet.

Summar. N. XLIII. *Literis datis 26. Januarii Anno 1634.* teſtante Summario Num. XLIII.

Similiter etiam Abbatem quendam in Crembsmünſter rerum participem de futura reformatione monuit, & ne tricæ novo Abbati haud amplius fierent, voluit, his verbis uſus: *Noſtra, tanquam ad electionem deputati Commiſſarii Cæſarei,* Metropolitani & Ordinarii, *reputatio & authoritas hac in re non parùm verſatur* &c.

Summar. N. XLIV. *teſtantibus literis ad eundem Abbatem d.d. 27. Aprilis 1634.* hoc Summar. Num. XLIV.

Cùm verò paulòpòſt Abbas Fuldenſis mortuus eſſet, & ex Eccleſiæ Fuldenſis theſauro, S. Reliquiis & pretioſis, aliqua adhuc depoſita reſtarent in ſuprà dicto Franciſcanorum obſervantium Colonienſi conventu, ut ea eò meliùs citra omnem jacturam conſervarentur, idem Moguntinus Elector tanquam dictæ *Fuldenſis Eccleſiæ* Metropolitanus à Franciſcanis petiit, ut interpoſitâ ſtipulatione de vadimonio & indemnitate præſtandâ, illa extraderentur, ùt teſtantur literæ Archi-Epiſcopi

Summar. N. XLV. *d. d. 26. Februarii 1635.* hoc Summar. Num. XLV.

Præerat

Præerat abhinc Eccleſiæ Fuldenſi Hermannus Georgius Abbas, cui poſtea placuit, cum majoris partis Capituli conſenſu Coadjutorem, quendam Baronem à Sinzig non Capitularem poſtulare. Sed ſubitò & Abbatem & Capitulum poſtulationis pœnituit; hinc ſtatim, quàm è vivis exceſſerat Abbas Hermannus Georgius, velociſſimè ad electionem Joachimi Abbatis proceſſerunt, illius ipſius, qui poſtea cum Eccleſiis Metropolitana Moguntina, & Cathedrali Herbipolenſi anno 1662. Concordiam illam, de qua paulò pòſt, iniit. Utrumque & poſtulationis & electionis factum Archi-Epiſcopo Moguntino cum plurimis excuſationibus, quare non præviè cum illo his ſuper rebus communicârint, nuntiaverunt

Literis datis 5. Martii Ann 1644. teſtante hoc Summario Num. XLVI. Summar. N. XLVI.

Quibus repoſuit Archi-Epiſcopus Moguntinus, *ſe recordari fundationis, jurium & privilegiorum Fuldenſium non minùs, quàm juris ſui Metropolitici, adeòque hac in re verſantis ſui intereſſe; bene itaque & obſervantiæ conformiter facturum fuiſſe Capitulum, ſi maturiùs negotia hæc ſibi nuntiâſſet*, interim ſperare ſe, nec à Sanctitate ſua, nec Cæſarea Majeſtate quidquam contra Statuta & conſuetudines Eccleſiæ Fuldenſis judicatum iri.

Literis datis 14. Mart. 1644. teſtante hoc Summar. Num. XLVII. Summar. N. XLVII.

Ecce Electores Archi-Epiſcopi Moguntini, qui diu ante Joannem Philippum, ac integro, & quod ſupereſt, ſæculo ante Eminentiſſimum ac Celſiſſimum Archi-Epiſcopum modernum, Metropoliticam Majeſtatem cum tanto Fuldenſis Abbatiæ commodo induerunt, ſinè quorum temporibus illis bellicis infatigabili operâ fortaſſis Fuldenſis Abbatia vel periiſſet planè, vel ſaltem miſerè defigurata fuiſſet. Sed an modernos Fuldenſium conatus, turpiſſimam contra Succeſſores Metropolitanos

nos reſiſtentiam, ac quas effrœnis Scriptor contra digniſſimos Principes evomuit injurias, futuram gratitudinem divinare potuerunt? Hæc, quæ diximus, in impreſſa Serie facti & juris Moguntina §. 43. & 44. jam à nobis indicata erant. Ad illa obmuteſcere placuit Scriptori Fuldenſi, bellè quidem; tacere enim melius eſt, quàm ſolitas ſuas reſponſiones afferre. Sed quo jure Scriptor ille fronti foliorum ſuorum præfigit: Fideliſſimum Specimen Jurium Moguntinenſium? Jura & rationes ſupprimere, éſtne fideliter referre? judicet hìc æquus & impartialis, & judicet, quàm bonâ fide procedant, qui ſuâ pariter Scrinia his impleta poſſident Documentis.

Referuntur actus poſt bellum Germaniæ Suecicum, & fit tranſitus ad Transactionem celebrem de Anno 1662.

§. 69. Oſtendimus hucusque jus Metropoliticum Moguntinum in Fuldam toto ſæculo XVII. usque ad bellum Suecicum, imò durante etiam bello Suecico & pòſt in viridi fuiſſe obſervantia conſtitutum. Veritatem horum verborum: *in viridi obſervantia conſtitutum*, tot publicorum actuum, tot documentorum Serie à Lutheri tempore demonſtravimus, ut meritò hìc Lectoris attentionem exoremus, quâ videat, manibúsque palpet impudentiam Scriptoris Fuldenſis planè effrontem, in ſuis ad hanc clauſulam peſſimis, homine honeſto indignis calumniis, de quibus mox. Atque hoc ipſum aſſeritur in ſolemni transactione inter Archi-Epiſcopum Moguntinum, Epiſcopum Herbipolenſem & Abbatiam Fuldenſem de Anno 1662. ubi relinquitur Abbati Fuldenſi jurisdictio quaſi-Epiſcopalis ſub clauſula illa nunquam delenda: *Salvo tamen jure Metropolitano, & remedio appellationis ad Metropolitanum juxta ordinem ab Eccleſia Catholica, cunctisque Diœceſibus hujus Provinciæ Moguntinæ laudabiliter receptum, & in viridi obſervantia conſtitutum.* Ex hac genuina, hiſtorica, & tot Documentis originalibus illuſtrata Serie facti

cui-

cuicunque apparere neceſſe eſt, hanc ipſam Concordiam de Anno 1662. ſic, & non aliter, quàm confecta, & Summario Num. IX. ante oculos poſita eſt, per rei naturam, & neceſſariò confici debuiſſe.

Notatur falſum manifeſtum Scriptoris Fuldenſis, tunc primò jus Metropoliticum inventum.

§. 70. Ad hoc enim inſtrumentum clarum, ſolenne, liquidum, toties recognitum à Fuldenſibus, & paratiſſimam executionem ſuapte naturâ inducens dum pervenit idem Author Scripti Fuldenſis, plùs, quàm dici poſſit, ſe contorquet, ac, quo elabatur, foramen quærit; & ſi unquam probroſè maledicus, falſis aſſertis ac conviciis folia ſua conſpurcavit, hoc certè in loco illud præſtat. Ait primò: *Metropoliticum hoc jus, & appellationis remedium tunc primùm inventum, atque excogitatum fuiſſe potiùs ab Epiſcopo Herbipolenſi, ut peculiarem ſuam prætenſionem adversùs Fuldam tueretur, quàm à ſtudio ac Zelo, ejus tanquam Archi-Epiſcopi Moguntini juris Metropolitici defendendi, de quo nihil antea Moguntini cogitaverint.* Specim. §. 57. Quot hìc verba, tot falſa, & quidem ex proprio Scriptoris ejusdem ore: An enim non oportebat eum eſſe memorem, quòd jam Anno 1529. Albertus Brandenburgicus Archi-Epiſcopus Moguntinus hujus juris Metropolitici mentionem fecerit, prout Browerus Fuldenſium Scriptor diu ante annum 1662. mortuus teſtatur, nec ipſe Scriptor Fuldenſis §. 149. diffitetur? quâ igitur ratione dicere poteſt, hoc jus Metropoliticum Moguntinum tunc Anno 1662. primò inventum eſſe? annon Balthaſar Abbas Fuldenſis Anno 1575. annon Imperator Ferdinandus II. Anno 1624. *Archi-Epiſcopum Moguntinum Metropolitanum* reſpectu Fuldæ ſalutaverant? annon Archi-Epiſcopi Moguntini Joannes Suicardus, Anſelmus Caſimirus, & alii luculenter hoc jus exercuerant circa annos 1622. 1630. & omnibus ac ſingulis ferè annis ſequentibus? annon Imperator denuo Anno 1633. electioni alterius Fuldenſis Abbatis Archi-Epiſcopum Moguntinum Anſelmum Caſimirum, & tanquam Com-

miſſarium Cæſareum, & tanquam *Metropolitanum* intereſſe juſſerat? annon Capitulum Fuldenſe innumeris vicibus *Moguntinum Metropolitanum* imploraverat? annon is (verbis Fuldenſibus utimur) per plures annos Metropoliticam Majeſtatem induerat, Metropoliticam haſtam arripuerat? ſed ad Fuldam defendendam conſervandámque, prout authentica horum omnium documenta §. 68. allegavimus. Annon recentes Fuldenſium Incolarum ad Metropoliticum tribunal Moguntinum appellationes de annis 1613. 1617. 1626. Judicum Fuldenſium ad Metropolitam literæ, ac alia typis impreſſa coram oculis erant? Et quâ verecundiâ ait idem Scriptor, de Jure Metropolitico nihil ante annum 1662. Moguntinos cogitâſſe? Effrons magìs impudentia vix excogitari poteſt. Qui enim vel minutas in Archivio Fuldenſi inſpexerat, hunc omnia illa Documenta non latebant; & tamen ait: Metropoliticum jus in gratiam Herbipolenſis Epiſcopi inventum, à Moguntinis antea de illo cogitatum non fuiſſe.

Notatur falſum: aliud, hoc jus fuiſſe inventum ab Herbipolenſi Epiſcopo ad terrendos Fuldenſes.

§. 71. Pergit (oportet hìc inordinatam garritionem Fuldenſis Scriptoris in meliorem ordinem redigere) idem ſecundò: *Ideo Joannem Philippum quà Epiſcopum Herbipolenſem Jus Metropoliticum Moguntinum* inveniſſe, tunc primùm ad deterrendos Fuldenſes Metropoliticam haſtam arripuiſſe, ut, quos Diœceſano jure ſubigere nequiverat, Metropolitano ſubjugaret imperio. §. 62. ſui Speciminis. Sed, amabo! propter quam cauſam prædeceſſores Joannis Philippi Electores Moguntini jam à ſæculis, ſciente & probante Cæſare, Metropoliticam Majeſtatem induerant, & haſtam arripuerant, & quidem pluribus vicibus inſtantiſſimè rogati ab ipſo Fuldenſi Capitulo? an etiam propter Herbipolim?

Notatur falſa narratio Fuldenſis, & affertur vera occaſio prædictæ tranſactionis.

§. 72. Ait tertiò §. 60. & 62. *fatali circumſtantiâ, quæ recentibus modò querelis Moguntinenſibus anſam præbeat, Joannem Philippum de Schönborn ſimul fuiſſe Archi-Epiſcopum Moguntinum, & ſimul Epiſcopum*

Her-

Herbipolenſem. Joannem Philippum quà Epiſcopum ad jus Diœceſanum Herbipolenſe in parte Principatûs Fuldenſis tuendum, ad ſemetipſum quà Archi-Epiſcopum per organum Vicarii Generalis Herbipolenſis literas dediſſe, iisque annuiſſe, ac ſucceſſivè Fuldenſi Abbati Archi-Epiſcopalem viſitationem denuntiâſſe &c. Hæc ex Suffraganei Epiſcopatûs unione cum Archi-Epiſcopatu inconvenientia naſci &c. Dicamus inprimis, quod res, & novum juris Metropolitici in viridi obſervantia conſtituti ineluctabile argumentum eſt. Veriſſimum, & in Moguntino Summario Num. I. in impreſſa Serie facti ad idem jus probandum optimè adductum eſt, Vicarium Generalem Herbipolenſem cauſam prætenſæ jurisdictionis Fuldenſis Moguntinis judicibus Metropoliticis, viſitaturis Provinciam & Fuldenſem Tractum, cognoſcendam detuliſſe. Verum eſt deinde, Archi-Epiſcopum Joannem Philippum quà talem priùs Concordiam, ſicut boni judicis eſt, inter partes tentare voluiſſe. Hoc enim optimus ille Princeps, & durante bello Suecico adhuc, & tempore longo Pacificationis Weſtphalicæ, & pace hac ſtabilitâ, in more poſitum habuit, ut ubicunque gliſcere inter Germaniæ Principes diſcordiæ ſcintillas videret, æquas pacis leges ipſe proponeret; & hoc tantam illi in Imperio fiduciam conciliavit, ut & Imperatores ipſi cauſas tales illi committerent, ac certatim ad eum Principes diſſidentes etiam Proteſtantes accurrerent, & concordiæ conciliatore uterentur, prout exempla in Sereniſſimis domibus, Bavara, Palatina, Saxonica, Brunſuicenſi vel Hannoverana, Haſſica, Naſſovica, imò in cauſa domeſtica Fuldenſi Coadjutoris Fuldenſis Baronis à SINZIG, & ejusdem JOACHIMI Abbatis à Capitulo Fuldenſi electi, & Anno 1662. viventis, & plura alia in actis publicis Imperii, & magìs in Archiviis docent, tanto fructu, ut in exulcerata bello Suecico Germania Membra cum Capite, & membra cum membris denuo coaleſcerent, tanto encomio, támque juſtè & ſapienter, ut propter hæc

omnia palam GERMANIÆ SALOMON apud omnes audiret. Magis itaque ille pacem Herbipolim inter & Fuldam conciliare ſtatuit, ſicut & poſtea conciliavit æquis legibus, aliàs ejus concordia in recenti Hammelburgenſi retenta, & ſolùm propter novum jus Herbipolenſibus ex annullatione judicatorum Rotalium per Decretum Clementis XI. quæſitum aucta, à S. D. N. confirmata non fuiſſet.

Refertur Legatio Viſitatorum Provinciæ Moguntinorum ad Fuldenſes, ac retunditur impudentia Scriptoris adverſi, ſugillantis pluralitatem Epiſcopatuum, ex diſpenſatione Apoſtolica, præſertim in Germania.

§. 73. Sed cùm timeret, ne minor eſſet concordiæ cupiditas Fuldæ, denegare juſtitiam noluit Herbipolenſi Vicariatui; Verùm in eventum, viris optimis ad Epiſcopatus dein promotis ex ſuo judicio Metropolitico Moguntino Fuldam deputatis, viſitationem Provinciæ obnunciare, ac cauſam illam cognoſcere juſſit. Si primùm Joannes Philippus tunc jus Metropoliticum inveniſſet, annon Viſitatoribus Provinciæ, Fuldenſes aures & fores occluſæ fuiſſent? ſed illi recepti quàm honorificentiſſimè, contenta Mandati Archi-Epiſcopalis, quod in priori Summario extat Num. II. ab Abbate Fuldenſi in ſolenni publicáque audientia audita ſunt, inita dein, ac pergameno inſcripta Concordia, illíque inſerta Confeſſio Fuldenſis Abbatis & Capituli: *Salvo jure Metropolitico &c.* Indecenter igitur hìc clamat Scriptor Fuldenſis, *fatali circumſtantiâ* eundem fuiſſe Archi-Epiſcopum Moguntinum, quem Epiſcopum Herbipolenſem, cùm hæc conjunctio in notorium Religionis Catholicæ, & Germaniæ, & Herbipolenſium, imò Fuldenſium bonum evenerit. Effronter & calumniâ pœnis aliis digniſſimâ, famam magni optimíque Principis JOANNIS PHILIPPI de Schönborn proſcindit, ac eum falsò novum jus Metropoliticum confinxiſſe, ac *Colluſionis*, imò verò *monſtroſæ Colluſionis*, prout ait §. 72. adeóque fraudis, ac *incuſſi metûs* reum conviciatur. Principis, cujus memoria apud omnes in benedictione eſt, cujus virtutes Deus in nepotibus & pronepotibus viſibili modo præmiatus fuit, quos cumulavit duo-

duodecim & ultrà (ut Eccleſiaſticos ſolùm nominem) potiſſimis Germaniæ Principatibus, & Purpurâ Cardinalitiâ intra unius ſæculi nondum elapſi ſpatium, queis tres Electorales Principatus ſubdidit, & quorum duos adhuc primos Germania reveretur Principes Electores. Sed inverecundo Scriptori ſatìs non erat, diffamare unum Principem defunctum, ſugillare etiam voluit viventes, conjunctionem Archi- & Epiſcopatuum in Germania inconvenientiæ arguens, ſicque Eminentiſſimos ac Sereniſſimos omnes tres viventes S. R. I. Principes Electores Eccleſiaſticos, alióſque, qui plures Epiſcopatus, ac Archi-Epiſcopatum cum Epiſcopatu Suffraganeo tenent, præſertim Eminentiſſimum ac Sereniſſimum Electorem Colonienſem, imò ipſam S. Sedem, quæ talia probat, & quandóque optat, ipsóſque Sanctiſſimos Pontifices, qui quandóque Eccleſias ante Pontificatum ſupremum poſſeſſas retinuerunt, imprudentiſſimè ſugillat. Hìc profectò Scriptor Fuldenſis non legerat *Diſſertationem Herbipolenſem de Pallio*, & illa Zachariæ Papæ verba poſt titulum impreſſa, *ab Apoſtolica Sede non dirigi Patrum & Canonum ſtatutis contraria.* Non legerat, quæ de Epiſcopatuum conjunctione rigidi alioquin Doctores docent.

Card. PALLAVICINUS *Hiſtor. Concil. Trid. L. 24. C. 12. N. 11.* MATTA *ad Concordata Germaniæ §. 3. Num. 230.* FAGNANUS *in C. Dudum. de Elect. Num. 29.*

Et ſin ipſe præſentes rerum circumſtantias inſpexiſſet, & advertiſſet illorum Epiſcopatuum Capitula Cathedralia, Conſiſtoria Eccleſiaſtica, & Dicaſteria ſæcularia, unum ab altero non dependere, ſed rationes ſuas perfectè ſeparatas poſſidere, unum alteri frequenter reſiſtere, licèt eidem Principi ſubſint, nec ullam jurium confuſionem fieri, temerarium calamum cohibuiſſet; ſic nulla tunc pariter in noſtro caſu *fatalis Circumſtantia* vel inconvenientia ſuberat; feciſſet Joannes Philippus, quod fecit, etſi Epiſcopus Herbipolenſis non

fuiſſet, ſeparata manebant utriusque Eccleſiæ jura, diverſa Dicaſteria & Conſiliarii. Hoc ſolùm fatale & inconveniens Fuldenſibus erat, quòd Moguntia & Herbipolis tunc non dormirent, ſed prætenſores illos & poſſeſſores de facto magìs, quàm jure aliqualiter adhuc, licèt benigniſſimè, in officio retinerent.

Notatur æquivocum Scriptoris Fuldenſis de appellationibus ex parte Fuldenſi cis amnem Herbipolim deducendis, quod factum fuiſſet ſalvo jure Metropolitico Moguntino.

§. 74. Pergit quartò Scriptor Fuldenſis §. 58. 59. & 60. *Herbipolim præcipuè urſiſſe, ut appellationes ex parte Fuldenſis ditionis cis-amnenſi Herbipolim deferrentur.* *Ac ex eo* §. 63. concludit, *Joannem Philippum nunquam antea cogitâſſe de jure Metropolitico exercendo, quia non ſcripſiſſet pro appellationibus Fuldenſibus ad Curiam Herbipolenſem, ſed potiùs ad Curiam Metropoliticam Moguntinam deferendis.* Hoc æquivocum, ut pateat evidentiùs, etiam trans Alpes, inprimis ex Germaniæ diſciplina notandum eſt, in ampliſſimis ejus Epiſcopatibus, qui non ſunt tales, quales Neapolitani, & Fuldenſe territorium miſerè præſcriptum, plurês dari ſub uno Epiſcopo ſubordinatas jurisdictiones Eccleſiaſticas, plurésque Inſtantias, quod etiam in Curia Romana ex appellationum proceſſibus ignotum eſſe nequit. Sunt in omnibus ferè Germaniæ Epiſcopatibus vel adhuc Archi-Diaconatus varii, vel in priſtinorum Archi-Diaconorum, quorum plures numerabat unus Epiſcopus, locum ſucceſſerunt Vicarii foranei, eorúmque Dicaſteria optimis Judicibus repleta, à quibus dein in ſecunda Inſtantia ad Epiſcopos, eorúmque Vicarios Generales appellatur. Imò triplicis in una Diœceſi ſub uno Ordinario Inſtantiæ exempla adhuc vigentia, ſi foret opus, afferri poſſent. Demum ex ipſa Italia, ipſóque S. D. N. BENEDICTI XIV. Bullario exemplum appellationis ad Epiſcopum allegari poſſet. Cùm igitur Abbas Fuldenſis, quocùnque etiam modo, jus dicere vellet, ac quandam jam poſſeſſionem de facto haberet, Herbipolenſes Epiſcopi, & ipſe Joannes Philippus ſic rem componi poſſe putabant, ut vicario

quo-

quodam jure in prima Inſtantia Abbas Judex eſſet, ſicut olim Archi-Diaconus Fuldenſis fuerat, vel ejus loco Vicarius tam ex parte Diœceſana Moguntina Moguntinus, quàm ex parte Herbipolenſi Herbipolenſis, prout exemplar Vicarii Moguntini conſtituti recens dedimus Summar. Num. VI. & VII. in ſecunda appellationis Epiſcopus. Hoc verò notoriè nihil derogabat juri Metropolitico, cùm Epiſcopi Herbipolenſis jurisdictio & Tribunal integraliter ſuffragetur, & ſubordinatum ſit Metropolitano Moguntino, ad quem deinde cauſæ Fuldenſes mediatè delatæ fuiſſent per ulteriorem appellationem, adeò, ut amore pacis hæc conditio, quæ, prout fatetur Scriptor, jam Anno 1614. quo ipſo anno Moguntiæ vigebat Fuldenſis appellatio, ab antiquiori Herbipolenſi Epiſcopo inventa erat, proponi poſſe videretur, atque hinc etiam jam in priori impreſſo Moguntino §. 184. notatum fuit, nec favorem Eccleſiæ Herbipolenſi, nec Metropoli Moguntinæ præſtitum, quòd ſtipulatæ appellationes in nova Transactione Hammelburgenſi ex aliis quidem rationibus, ſed ſimul cum novo Fuldenſium prætextu deletæ fuerint.

Abbas Fuldenſis tunc non objecit exemptionem à jure Metropolitico Moguntino.

§. 75. Ait quintò idem Fuldenſis Scriptor §. 61. & 63. has appellationes Fuldenſis ditionis ex parte, dum petiiſſet Herbipolenſis, „Joachimum Abbatem „Epiſcopo & Archi-Epiſcopo immediatam Sedi Apo„ſtolicæ Fuldenſem ſubjectionem objeciſſe, quòd tran„ſigi nequeat ſinè Apoſtolicæ Sedis ſcitu & conſenſu, „adeóque Abbates tunc gaviſos jure immunitatis & li„bertatis à quacunque Ordinaria poteſtate. Sed, prærerquam quòd in tota epiſtola ſua Summ. adverſarii Num. VI. verbum: *immediata ſubjectio Sedi Apoſtolicæ*, non legatur, parùm refert, quid tunc falsò & malè objecerit Abbas. Enim verò ſi de immediata *Monaſterii* ſubjectione Sedi Apoſtolicæ loquatur, dum de *Intereſſe* S. Sedis loquitur, & ad exemptionem Cleri & populi eam torqueat, ſophisma committit, & dum de *Decretis ab*

 eadem

eadem S. Sede emanatis narrat, quibus ſufficiens ordo & methodus regiminis Eccleſiaſtici pro Eccleſia Fuldenſi præſcriptus exiſtat, ſi intelligat antiqua Pontificum privilegia (alia quippe nunquam produxit Fulda) hæc per repetita Sacræ Rotæ judicata rejecta ſcimus. Dum ait, *ſuper his jurandum eſſe Principi Fuldenſi*, & dum addit: *cui S. Sedi Fuldenſes Abbates peculiari juramento obſtricti ſunt*, neſcimus profectò, quale, & an aliud à reliquis Germaniæ Principibus Eccleſiaſticis ſit hoc juramentum. Hoc tamen de Fuldenſibus ante Transactionem noſtram de anno 1662. (quod mirentur) Capitulationibus legimus, neo- electum Abbatem juramento coactum eſſe in Capitulatione, ad reſiſtendum Epiſcopo Herbipolenſi, non tamen Archi-Epiſcopo Moguntino. An igitur, *dum ſcitum & conſenſum S. Sedis requirit*, putârit Abbas, ſe hoc juramento à Capitulo ſuo, cui juraverat, abſolvi non poſſe, ſed à S. Sede debere, nobis perindè & ſatis eſt, quòd hæc omnia ſoli Epiſcopo Herbipolenſi, non Archi-Epiſcopo Moguntino objecerit. Quòd è contrario ejus Viſitatores Provinciæ ante Concordiam ſuſceperit & reveritus fuerit, & quòd jus Metropoliticum Moguntinum in viridi obſervantia conſtitutum in Concordia luculenter, & confeſſione nunquam abolendâ, abſque omni Moguntinis facta objectione, cum ſuo Capitulo confeſſus fuerit.

Non celebrata eſt Concordia ex metu vel colluſione, prout impudenter aſſerit Scriptor adverſarius.

§. 76. Ait Sextò Fuldenſis: deventum eſſe ad Concordiam Anni 1662. *ob minas atque Metropoliticos terrores Fuldæ incuſſos, Joannem Philippum egiſſe perſonam Epiſcopi & Archi-Epiſcopi, paciſcentis & Mediatoris, partis & Judicis, inſeruiſſe clauſulam decantatam: ſalvo jure Metropolitico &c. ſalvâ libertate pro iis, quæ ſunt Ordinis, à Metropolitano, vel ab Epiſcopo Herbipolenſi ſuſcipiendis, ſicque ex duplici capite eundem Joannem Philippum Herbip. Epiſcopatûs jura vulnerâſſe.* Quot hìc rurſus verba, tot vel æquivoca vel falſa. Quas

enim

enim minas Princeps pacificus Joannes Philippus intentavit? Metropolitici terrores vel non cadunt in conſtantes viros, & ſic allegari nequeunt; vel cadunt, & ſic conſtat de non jure Fuldenſium etiam contra Herbipolim. Nam Archi-Epiſcopus Fuldenſibus per Viſitatores Provinciæ miſſos inſinuavit, ſe in caſum deficientis Concordiæ cauſam judicialiter cogniturum, nec juſtitiam denegare poſſe, non minitando, ſed dicendo, quod Ordo & ratio ſuadebant; Si tunc timuit vehementer Fulda, ſuum non jus agnovit. Annon enim & tunc immediatam ſubjectionem S. Sedi, & exemptionem à Metropolitico jure objeciſſent Fuldenſes, si non notorium fuiſſet contrarium, & *Jus Metropoliticum non fuiſſet in viridi obſervantia conſtitutum?* annon tunc ſubito S. Pontificem facili recurſu imploràſſent? ſi Fulda metu coacta eſt, vel ad id coacta eſt, quod ſpopondit Herbipoli, vel ad id, quod Moguntiæ? non primum, quod enim Herbipoli ſpopondit, ſcilicet, quòd quilibet novus Abbas debeat recognoſcere jurisdictionem ab Epiſcopo Herbipolenſi, & quòd in certis eventibus præſervetur jus diœceſanum Herbipolenſe, hoc ſemper ſervare voluit, & libentiſſimè hodiernâ die renovat Fulda ſinè metu. Non ſecundum, nam ex propria confeſſione Joannes Philippus non tam Zelo juris Metropolitici ductus eſt, quàm Zelo jurium Herbipolenſium. Si tamen etiam metu adacti eſſent Fuldenſes ad confitendum jus Metropoliticum, quare amabo! tam inſtanter poſtea implorârunt Metropolitam pro tuitione Concordiæ? quare tam libenter quilibet Abbas Confirmationem Concordiæ petiit etiam à Moguntino Metropolitano? Egit revera perſonam Archi-Epiſcopi Joannes Philippus, & reſpectu Herbipolis & Fuldæ; quà Archi-Epiſcopus per Mogonos Conſiliarios partes Mediatoris ſuſcepit, & ſimul quà Moguntinus Præſul cum Fulda pariter pepigit, eidémque jurisdictionem Eccleſiaſticam primæ Inſtantiæ in parte trans amnem Fuldam certis legibus reliquit; ſed in omnibus his incon-

venientia nulla. Vix in Orbe Monarcha exiſtit, qui diverſas unus perſonas non gerat; ſed falſum eſt, egiſſe perſonam partis & Judicis; Judicium enim coeptum non eſt, adeóque judicis partes non egit; Et si fides habeatur Tabulario Fuldenſi §. ſtatim ſequente 65. à Fuldenſi allegato, clauſulam non inſeruit ipſe Joannes Philippus, nec illa clauſula pars transactionis fuit, ſed prout jam alibi diximus, clauſula illa claritatis tantùm, & futuræ litis evitandæ causâ inſerta fuit; & ſic, quæ ibi à nobis dicta erant, nunc ex ore Fuldenſis egregiè confirmantur. Nam ait hoc §. 65. Fuldenſis *ex pòſt facto addita;* ergo re, ergo transactione inter partes jam confectâ, *poſtmodùm* claritatis causâ addita fuit.

Concordia hæc non læſit jus Herbipolenſe, exercendi Pontificalia in parte Fuldenſis ditionis.

§. 77. Quòd verò hâc clauſulâ Jura Herbipolenſis Eccleſiæ violata ſint, ex duplici capite ridicula falſitas eſt. Jus Metropoliticum Moguntinum reſpectu Fuldæ nil ad Herbipolim pertinet, proùt modernus Diſſertator de Pallio variis in locis ait, perinde eſſe, dicens, Herbipoli, an Fuldenſis Suffraganeus Moguntinus ſit, qualis eſt Celſiſſimus Epiſcopus Herbipolenſis, vel exemptus ſit, qualis hic non eſt; adeóque per clauſulam hanc, Jus Metropoliticum clarè exprimentem, non læſa eſt Herbipolis. Libertas Pontificalium ſive à Metropolitano, ſive ab Epiſcopo Herbipolensi ex natura rei fluebat; Pars enim Fuldæ Moguntinæ Diœceſi ſubdita, pars Herbipolensi fuerat, hinc æquiſſimum erat, libertatem Pontificalium Fuldæ indulgeri, ab uno vel altero habendorum; Nec tunc adhuc erat magna illa Epiſcopi in partibus neceſſitas, tam pulchrè in Summario Num. XI. depicta. Imò hâc ipsâ libertate Ordinum & Pontificalium tam parùm læſit Herbipolim Joannes Philippus, ut pòtiùs auxerit, concedens, ut pro lubitu Fuldenſium, ex Moguntina parte trans-Fuldana, præcipuâ Fuldenſis ditionis, Ordinandi Herbipolim petere poſſint.

§. 78.

Refutantur, quæ narrat Fuldenſis Scriptor de Apoſtilla, aſſutâ Minutæ illius Concordiæ.

§. 78. Ait ulteriùs Fuldenſis Septimò. *In Minuta illius Concordiæ adſcriptam legi Apoſtillam: ex pòſt facto addita, ſinè præjudicio tamen, & amore pacis relicta.* Si hæc Apoſtilla Moguntinis Juribus noceret, perinde eſſet Moguntiæ, an, à quo, quando, & quomodo illa Minuta ſit interlineata vel Apoſtillata; perinde eſſet, an fortè voluiſſet quidem ſolenne fœdus pangere Fulda, ſed ſcrinio mentem ſuam inſertam relinquere de nunquam ſervando hoc fœdere; perindè eſſet, an alius quidam Fuldenſium Conſiliarius tempore exortæ cum Herbipoli litis, vel recentiùs imaginariam voluerit evaſionem addere, & adſcribere: Hæc, inquam, omnia, & quæ plura molimina fortè Fuldæ deliteſcere poſſent, perinde eſſent Moguntiæ; cùm enim ſolennes concordiæ tabulæ, Principum & Capitulorum ſubſcriptione firmatæ Apoſtillam hanc non habeant, nihil illa ad rem, & tam parum, quàm modernum Fuldæ refractariæ attentatum, & tam parum, quàm Apoſtillæ ipſis Bibliis quandóque malè aſſutæ. Sed ut ex ipſa hac Apoſtilla argumentemur, *relicta* demum illa clauſula *amore pacis*, non cum Moguntia, cùm qua litem non habuit Fulda, ſed modò ſtudioſiſſimè quærit habere, & verè *relicta ſinè præjudicio*, nam Moguntiæ hâc clauſulâ nihil novi fuit datum, quod non erat notorium, *& in viridi obſervantia conſtitutum*, prout non tantùm ex confeſſione Principum & Capitulorum in inſtrumento contentâ, ſed aliunde quàm evidentiſſimè de annis, imò momentis tranſactionem immediatè præcedentibus hucusque probavimus. Profectò ſi non fuiſſent hæc omnia clara & liquida, nunquid pariter Apoſtillator, vel alius quispiam ſcuto Authoritatis Apoſtolicæ tunc ſe obtexiſſet? nunquid Viſitatoribus immediatam S. Sedi ſubjectionem non oppoſuiſſet? nunquid, quando petebatur inſeri claritatis & præcautionis ergô illa clauſula: *Salvo*, non de novo conceſſo, *jure Metropolitico Moguntino*, nunquid, ſicut eidem Joanni Philippo ratione appellationum, quas deſiderabat Herbipolim deferri, repoſuiſſet, ſe ſi-

nè conſenſu S. Sedis hanc clauſulam admittere non poſſe? ſed profectò in tanta rerum luce litigare, & cum Adverſario, qui meris falſis utitur, litigare debere, cuilibet honeſto grave accidere debet.

Conſonantia clauſulæ: Salvo jure Metropolitico Moguntino & appellationibus, cum præcedentibus oſtenditur.

§. 79. Pergit ſtatim fideliſſimus Fuldenſis octavò, *clauſulam illam cum præcedentibus non bene conſonare*; ſin hoc, prout non eſt, eſſet revera, quid tum? rerum expertis notum eſt, quòd in fœderibus publicis, ubi multi monent, & inſerta volunt multa, non ſemper verba verbis bene cohærere; an propterea fœdera illa ſervanda non ſunt? In ipſo Dei verbo & Scriptura Sacra tot ſunt verſus & ſententiæ, quarum connexio crucem figit interpretibus, etiam in graviſſimis fidei Myſteriis, an propterea verſus & ſententiæ illæ exſcindendæ ex Sacris Bibliis? Sed ſalva res eſt: fideliſſimum ſpecimen Fuldenſe ex Serie facti & juris Moguntina, ejúsque §. 88. afferre noluit accuratiſſimam verborum connexionem; ſcilicet cum Fulda appellationes ſuas Herbipolim in ſecunda inſtantia deferre nollet, & Herbipolis demum condeſcenderet, ac proinde Abbati ſtabiliretur exercitium juris quaſi-Epiſcopalis *ſinè ullo appellandi jure ad Epiſcopum Herbipolenſem*, connexiſſimum erat, immediatè adjicere: *Salvo tamen jure Metropolitano, & remedio appellationis ad Metropolitanum Moguntinum &c.* ut Fuldæ prætextus omnis ejus, quod modò injuſtiſſimè prætendit, præcluderetur, quod fortè timuerunt Moguntini, & ipſe poſtea ſapientiſſimus Princeps Joannes Philippus, & quidem tunc loquens in figura Archi-Epiſcopi, in qua pariter ſubſcripſit, & in qua Metropolitanæ Eccleſiæ ſigillum appendi voluit, non in ſola figura Epiſcopi, prout æquivoco alio ait Scriptor fideliſſimus; Dum enim tres fœdus ineunt, ratum non eſt, tres ſucceſſivè loqui, & ſibi ſtipulari, ac in eadem Concordia de Anno 1662. plura exempla occurrent cuivis legenti, ſicut & in aliis omnibus ſimilibus pactis.

§. 80.

Jus Metropoliticum ineptè aſſeritur effectus ſimultatis Herbipolis cum Fulda.

§. 80. Pergit porrò §. 66. & recoquit in §§. ſeq. *Jus Metropoliticum, quod antea neque exercuerit, neque ſomniaverit Joannes Philippus, effectum fuiſſe illius ſimultatis Herbipolenſis Epiſcopatûs cum Fuldenſi Abbatia, ut* (prout §. 62. dixerat) *quos Diœceſano jure ſubigere nequiverat, Metropolitico ſubjugaret Imperio.* En præclarum Principem JOANNEM PHILIPPUM egregiè depictum! vindictæ igitur tertii jus Metropoliticum Moguntinum in Fuldam debet ſuam originem. Imò, *novum ſomnium:* Non Fundatori Fuldæ S. Bonifacio Archi-Epiſcopo Moguntino, cui, dum Francorum Regum placito deferens Zacharias S. P. Metropolim Moguntinam firmabat, gentes omnes, quas converterat, inter quas abs dubio erant Buchonii, nunc Fuldenſes, eidem ſubjiciens, non, inquam, hiſce annis, ſed novo ſomnio Joannis Philippi, ex atra bile concepto, ex ſimultate, ex odio & vindicta debetur. Sed amabo! ne indignetur fideliſſimus Scriptor, quis ergo? quæ ſimultas Herbipolenſis, vel vindicta Metropolitici juris ſomnium injecit pluribus ante Joannem Philippum luſtris & ſæculis Archi-Epiſcopis Moguntinis ſuprà enumeratis? quis Ferdinando II. Imperatori optimo? quis ipſis Fuldenſibus Abbatibus anterioribus Metropolitanum reveritis? Quis Fuldenſi Capitulo innumeris vicibus Metropolitanum, quà talem, imploranti? quis Fuldenſibus incolis ad Metropolitanum appellantibus? quis Fuldenſi Conſiſtorio appellationi deferenti &c.

Notetur aliud falſum: quòd Epiſcopi Herbipolenſes impugnaverint tranſactionem, non tam ob Juriſdictionem Fuldenſem, quàm ob jus Metropoliticum Moguntiæ aſſertum, & libertatem Pontificalium.

§. 81. Fruſtra igitur pergit in fine §. 67. (ad initium paulò pòſt reſpondebimus) & §. 68. ac effrons hoc dictum novo falſo incruſtans ait, Herbipolenſes Epiſcopos impugnâſſe poſtea eam Concordiam, *non tam in iis, quæ reſpiciebant jurisdictionem Fuldenſem, quæ ſubinde in ſalvo poſita fuerit, ſed in iis præciſè, quæ tangebant directè Metropoliticum prætenſum Jus Moguntinum, impugnâſſe libertatem in Concordia aſſertam, mittendi Ordinandos Fuldenſes ſive ad Metropolitanum, ſive ad Herbipo-*

bipolenſem, palàm aſſeruiſſe in ſuis ſcripturis, nullum dari Jus Metropoliticum in territorio exempto, in Summario Herbipolenſi Anni 1714. in adjunctis notis ad dictam Concordiam; Celſiſſimum & æquiſſimum Epiſcopum Herbipolenſem modernum, ſi Metropoliticum jus fundatum foret, non ſtipulaturum fuiſſe appellationes ad ſe ex diſtrictu undecim Parochiarum &c. Tædere incipit, vel tot Scriptoris Fuldenſis falſa referre, ſed excuſamur provocati. Inquo unquam alio, ne dicam, in quo magis impugnavit Concordiam illam Herbipolis, quàm in iis, quæ reſpiciebant juriſdictionem Fuldenſem? Legantur Deciſiones Rotæ ab illa

Coram EMERIX *4. Februarii 1692.*

usque ad ultimam in hac cauſa prolatam, quas retulimus Summarii Num. II. Et quomodo hæc juriſdictio Fuldenſis in ſalvo poſita fuit ſubinde? cùm omnia Judicata Rotæ, ex S. Congregat. Concilii, & ipſius S. D. N. ſententia adhuc anno 1723. potuerint dici labefactata. vid. Summarium Num. X.

Et cùm Eccleſia Herbipolenſis, ſicut revera fuit, rem habuerit tanquam litis pendentis adhuc anno 1727. 1728. 1738. vid. Summarium ſub Numeris XIII. XIV. XV.

ubinam unquam & quidem directè, prout fingit Scriptor adverſarius, Jus Metropoliticum Moguntinum impugnavit Epiſcopus Herbipolenſis? Summarium ex adverſo allegatum nondum reperire potuimus; ſed quid, quid ſit, dum Herbipolenſis Epiſcopus ex re certa, ex Jure Metropolitico certo ſequelam ducit vel veram vel falſam, an jus Metropoliticum Moguntinum impugnat? dum arguit: Fulda ſubjecta eſt Metropolitano, ergo & Epiſcopo Herbipolenſi. Antecedens nunquid veriſſimum eſſe poteſt, licèt conſequentia propter alias cauſas falſa foret; ſi verò arguebat: Fulda ſubjacet juri Metropolitico Moguntino in viridi obſervantia conſtituto, ergò S. Sedi immediatè quoad clerum & populum ſubjecta non eſt; revera pro nobis optimè & veriſ-

ſimè

ſimè arguit, & jus Metropoliticum palàm aſſeruit. Enim verò optimè argumentatur Epiſcopus Herbipolenſis: Jus Metropoliticum viget in diſtrictu Fuldenſi in Clerum & populum, ergo Clerus & populus non eſt exemptus, & S. Sedi immediatè ſubjectus; Sicut nos optimè arguimus: diſtrictus Fuldenſis cis amnem agnovit Ordinarium Herbipolenſem, qui eſt Suffraganeus Moguntinus, ergo & ejusdem Metropolitanum. Utroque argumento eliditur prætenſa exemptio, & ſola Monaſterii Fuldenſis ſepta manent Abbatia Nullius diæceſis. Aſſeruit profectò Epiſcopus Herbipolenſis impugnaturus Concordiam de A. 1662. Jus Metropoliticum, dum per Legatum Moguntiam miſſum cohortatus eſt Archi-Epiſcopum, ut pariter & ipſe priſtinum jus Diœceſanum in alteram Fuldenſis ditionis partem repeteret; *eoquòd jus Metropoliticum ſolas importet appellationes, & querelas ſuper denegata Juſtitia, nec jus Diœceſanum ante illam Tranſactionem à Moguntia poſſeſſum reſtituere queat, quod multò majoris conſiderationis ſit*. Summario Num. XLVIII. Aſſeruit anno 1707. Summar. N. XLVIII. Joannes Philippus Epiſcopus Herbipolenſis moderni Principis Patruus, ubi rogat, ut Elector Moguntinus Romam ſcribat, ante Bellum Suecicum in *provincia Moguntina* Abbatiam vel territorium Nullius Diœceſis non fuiſſe, ſed Abbatem Fuldenſem in ea provincia ſe primum talem ſcribere auſum, Summario Num. XLIX. & L. Summar. N. XLIX. & L. aſſeruit recentiùs alius Epiſcopus Herbipolenſis anno 1727. Dum enim falsò narrarent Fuldenſes Summo Pontifici, Fuldæ deeſſe Epiſcopum, qui Pontificalia exerceret, Epiſcopus Herbipolenſis ſ. m. Benedicto XIII. nuntiavit, hæc falſa eſſe, Erfordienſem Suffraganeum *Domini Archi-Epiſcopi Moguntini NB. Metropolitani* Fuldæ ſemper Pontificalia exercere, Summar. h. N. XIII. & XVIII. Hæc Documenta Scriptor Fuldenſis ob oculos typis impreſſa habuit. Non igitur impugnavit jus Metropoliticum Herbipolis. Et quomodo per rerum naturam Herbipolis potuit Fuldam credere vel dicere ex-

 emptam

emptam à jure Metropolitico, quam volebat An. 1714. & poſtea uſque ad recentia tempora ſubjectam ſibi, Suffraganeo Moguntino notorio?

Modernus Epiſcopus Herbipolenſis contra juramentum ſuum ageret, ſi impugnaret jus Metropoliticum Moguntinum in Fuldam.

§. 82. Ad Celſiſſimum Principem modernum Herbipolenſem quod attinet, inprimis contra totam ejus tranſactionem Hammelburgenſem, inſcio Moguntino Archi-Epiſcopo initam, conqueſtus eſt, conqueritur adhuc, & omnia reſervanda ſibi reſervat Eminentiſſimus & Celſiſſimus Princeps Elector & Archi-Epiſcopus Moguntinus, & ſpecialiſſimè contra illum de appellationibus articulum, ex graviſſimis cauſis hìc non recenſendis. Deinde hìc loci ſatìs eſt reſpondere, quòd in nupero ſcripto Herbipolenſi de Pallio Cap. VIII. N. 8. & alibi proteſtetur idem Celſiſſimus Epiſcopus, ſe Moguntiæ necquicquam de jure ſuo decerptum velle, ſibi perinde eſſe, an Fulda Metropolitano ſubjecta eſſe debeat, & reliqua.

Sed ulterius hoc contentus non eſt Eminentiſſimus Elector Moguntinus, ſupponit è contrario æquiſſimum Principem Herbipolenſem nunquam deventurum fuiſſe ad talem Concordiam Hammelburgenſem, ſi, quæ oportuiſſet, illi in memoriam revocata fuiſſent ab iis, qui Herbipoli nimis notoriè cum Fulda, aliis Herbipolenſibus improbantibus, conglutinati ſunt, ex ipſo etiam nativitatis loco; & quatenus Epiſcopus eſt Herbipolenſis, ſperamus, nec illi, nec Capitulo ejus Cathedrali, nec alteri gloriæ Herbipolenſis Zelatori uſque adeo perinde eſſe, quòd Fulda prætenſi Epiſcopatûs exempti prærogativâ fruatur, quâ caret ipſa Herbipolis; cujusvis enim Herbipolenſis conſiderationi relinquimus, an verius ſit, quod olim Moguntino Electori ſcripſit laudatiſſimæ Memoriæ Princeps Joannes Philippus à Greiffenclau: *vilior fieret Epiſcopus Abbate, utpote qui ſolius Pontificis, Epiſcopus verò etiam Metropolitani correctioni & inſpectioni ſubeſſet.* In adjuncto epiſtolæ ſub Lit. A. de dato 5. Novembr. 1707. Vel an verior ſit

exempti

exempti Epiſcopatûs extenuatio, quam modò diſſertationis Herbipolenſis de Pallio Author irrito labore ſuſcipit. Quatenus verò Celſiſſimus Herbipolenſis Epiſcopus Canonicus & Scholaſticus eſt Moguntinus, ac ad ſervanda Metropolitanæ hujus Eccleſiæ jura, & dignitatem juramento obligatus, ab eo rigoroſo jure poſcimus, ut conſideratis, quæ latuerunt illum forſitan, tam apertis juribus noſtris Moguntinis, non tantùm perinde ſe habere, & neutrius partis eſſe, non tantùm illa agnoſcere velit, non tantùm non impugnare, aut labefactare directè vel indirectè, per ſe vel ſuos, ſed tueri & propugnare, præſertim, cùm fatentibus ipſis Herbipolenſibus, hoc jus Metropoliticum iſti Eccleſiæ perinde ſit, adeóque qualitas Epiſcopi Herbipolenſis obligationem omnem Canonici & Scholaſtici Moguntini, quales Scholaſtici, more Eccleſiarum Germaniæ, illarum jura defendere ſolent, plenè in ſuo vigore relinquat, ſicut Eminentiſſimus Elector Moguntinus tanquam Canonicus Herbipolenſis nihil magis deſiderat, quàm ut Abbatia Fuldenſis, collabeſcentibus omnibus ejus prætenſis fundamentis, denuò, prout olim, ex ſua parte Eccleſiæ Herbipolenſi ſubjiciatur, & concordia Hammelburgenſis, in quam neutiquam conſenſit, inita non eſſet.

Referuntur alia obmota Fuldenſis Scriptoris, & refutantur.

§. 83. Sed pergit noſter Fuldenſis: *Signum, quòd prætenſio juris Metropolitici Moguntini orta fuerit ex ſimultate Joannis Philippi cum Eccleſia Fuldenſi, & quidem evidens eſſe, quòd poſt obitum Joannis Philippi ejusdem, cùm nullus amplius Archi-Epiſcopus Moguntinus fuerit Epiſcopus Herbipolenſis (quamvis aliquis enixè concupíerit) & conſequenter nullam amplius contra Fuldenſes ſimultatem geſſerit, nec per ſomnium amplius cogitaverit de Metropolitico jure in Fuldam Moguntino, qua in re rogat Eminentiſſimum Electorem Moguntinum, ut recentes appellationum Fuldenſium actus, ut viſitationes Archi-Epiſcopales afferat, præſertim ratione oppidi Salmünſter, Electori Moguntino ſalvâ jurisdictione op-*

pignorati, in quo tamen Fuldenſis Abbas jurisdictionem ſuam quaſi Epiſcopalem exercuerit. In vanum hìc confugi ab Archi-Epiſcopo ad actus facultativos appellationum &c. Hìc aliquid tandem verum eſt, ſcilicet nullum Archi-Epiſcopum Moguntinum poſt Joannem Philippum fuiſſe Epiſcopum Herbipolenſem, ac neceſſariò fuerat id commemorandum à fideli Scriptore Fuldenſi. Alia hìc nimis argutè aſſerta debitam reſponſionem inferiùs invenient.

Falſiſſimum eſt, poſt Electorem Moguntinum Joannem Philippum de jure Metropolitico neque per ſomnium cogitâſſe alios Archi-Epiſcopos.

§. 84. Quàm autem verum eſt, nullum poſt Joannem Philippum fuiſſe ſimul Epiſcopum Herbipolenſem, tam putidum falſum eſt, nullum Archi-Epiſcopum Moguntinum poſt Joannem Philippum neque per ſomnium cogitâſſe de hoc Metropolitico Jure Moguntiæ in Fuldam. De hoc non ſomniârunt quidem, ſed ſeriò cogitârunt omnes poſteriores Archi-Epiſcopi Moguntini, & quidnî cogitâſſent? Fuldenſes Abbates ipſi poſt illa tempora, quos inter etiam erat Eminentiſſimus Eccleſiæ Cardinalis Bernardus Guſtavus Marchio Badenſis, Electoribus Moguntinis hoc jus Metropoliticum in memoriam ipſimet revocârunt illâ literarum ſuarum formulâ, in tranſactione de A. 1662. ſtipulatâ, quâ rogârunt, ut ejusdem Tranſactionis contenta ſervarentur, & ceſſa inibi Fuldensi Abbati jurisdictio Eccleſiaſtica Abbati confirmaretur. Seriò cogitârunt, & fideliter reſponderunt Archi-Epiſcopi Moguntini, quia fidem datam ſervandam ſeriò putârunt. Sic reſpondit idem Joannes Philippus Elector ſupradicto Bernardo Guſtavo Cardinali, in Abbatia Fuldensi Joachimi ſucceſſori; Sic Damianus Hartardus Archi-Epiſcopus Moguntinus Joannis Philippi ſucceſſor Placido Abbati Fuldenſi, Bernardi Guſtavi ſucceſſori; Sic Anſelmus Franciſcus Elector Moguntinus eidem Placido Abbati petenti, ut eadem Concordia de anno 1662. in ſuo robore conſervetur, ídque iteratis pluries vicibus. Sic Lotharius Franciſcus Adalberto Abbati Fuldensi Placidi ſucceſſo-

ceſſori, ſicut ſolennes harum epiſtolarum formulæ in pactum deductæ docent, quarum exemplar ſub Summar. Num. LI. & LII. hic denuò apponimus. Quâ igitur verecundiâ Scriptor Fuldenſis aſſerere poteſt, poſt Joannem Philippum nullum Archi-Epiſcopum Moguntinum neque per ſomnium de jure metropolitico cogitâſſe? Innumeris vicibus, & dum Abbates Fuldenſes Archi-Epiſcopis talia ſcriberent, & dum ipſum Capitulum Metropolitanum adirent, & dum Herbipolenſes A. 1688. ad conſortium litis Moguntiam invitarent, & dum Fuldenſes Moguntinos contrarium rogarent, & dum Moguntini Conſiliarii in hac cauſa ab Apoſtolica Sede ad compulſanda acta delegarentur, vid. Summar. in Serie facti & juris Moguntina Num. XVIII. XIX. & dum anno 1708. & ſequentibus Herbipolenſes rurſus Moguntinam aſſiſtentiam flagitarent, & dum Fuldæ Epiſcopus in partibus concederetur, ac à Metropolitano Conſecratio ejusdem, & ejus Succeſſoris, moderni Principis Fuldenſis peteretur, dum oppignoratum Moguntiæ oppidum Salmünſter reluere vellet, & relueret, dum alia, quæ hic ſtudio non nominamus, cum Moguntia negotia haberet, pacifica quidem, ſed jurium ſuorum non oblita Moguntia hoc de jure Metropolitico, non ſomniavit quidem, ſed ſeriò cogitavit, ſeriò ſemper deliberavit, & ſuorum Conſiliariorum amplis votis, & relationibus in Archivio Moguntino adhucdum exiſtentibus, quos inter & Benedictinus unus eruditus, & in re literaria ac Diplomatica celebris, poſtea Abbas Gottwicenſis in Auſtria Godefridus Beſel fuerat, *de ſalvo ſemper jure Metropolitico Moguntino* certiorata fuit. Verbo: hoc jus Metropoliticum ſalvum, & illa de anno 1662. Tranſactio omnium hucusque Moguntiæ cogitationum ſcopus, omnium actionum & omiſſionum baſis fuit. Multa ex his, ſi necdum legerat Scriptor Fuldenſis typis impreſſa in noſtra Serie facti & juris, aut in Fuldenſi Tabulario, ſomno correptus ſomniavit

Summar. N.LI.&LII.

ipſe, dum de Metropolitico jure nequidem ſomniâſſe Moguntinos dicit.

Moguntia non eget recentiſſimis actibus, qui fortaſſis extant in ipſis Tabulariis Fuldenſibus.

§. 85. Cùm igitur de jure Metropolitico Moguntino in Fuldam poſt Electorem Joannem Philippum non ſomniârint quidem, ſed feriò egerint; dixerint, ſcripſerintque Archi - Epiſcopi Moguntini & Abbates Fuldenſes, inutiles ſunt preces, quibus recentes viſitationum Archi-Epiſcopalium & appellationum actus ab Archi-Epiſcopo Moguntino flagitat Scriptor Fuldenſis. Quantum enim ad viſitationes, mira Concluſio eſt: non eſt facta viſitatio provinciæ à pluribus annis, ergo juri viſitandi præſcriptum eſt. Recordari dignetur Scriptor Fuldenſis manifeſti juris principii, quòd contra viſitationem neutiquam præſcribi valeat

Cap. Cum ex Officii. de Præſcript.

Celeberrimus PROSPER DE LAMBERTINIS *in ſæpe citato Diſcurſu N. 13.*

profectò viſitationes Metropoliticas poſt obitum Joannis Philippi in multis propinquis Suffraganeatibus neceſſarias, & ad ductum Concilii Tridentini

Seſſ. 24. Cap. 3. de Reformat:

inſtituendas non judicavit Archi-Epiſcopus Moguntinus, vel alii Metropolitani Germaniæ in ſuis provinciis, quin Suffraganei illi Celſiſſimi propterea ab Archi-Epiſcopis eximere ſe voluerint; Sed, cùm tamen roget Fuldenſis Scriptor, etiam ægrè non feret, ſi etiam nos parvulam aliquam petitionem faciamus, antequam ejus precibus deferamus, ſcilicet, ut placeat unicam tantùm verbalem etiam contradictionem Abbatum Fuldenſium afferre, quâ juri Metropolitico Moguntino contradixerint. Ulteriùs licèt parvula ſit Fuldenſis ditio, nec Præbendas habeat Cathedrales, nec pinguia alia Beneficia, ſolitam appellationum materiam, & cùm tota juriſdictio Abbatis contentioſa ferè in ſolis matrimonialibus cauſis verſetur, & cùm Scriptor Fuldenſis ab A. 1585. usque ad annum 1750. unicum tantùm alium caſum af-

ferat

ferat Parochi cenſuris innodati S. Sedem appellantis, & duos tantùm matrimoniales, omnes tamen irrito conatu; placeat nobis dicere, an ſubditi ampliſſimæ & ducentorum milliarium Diœceſis Fuldenſis tanto annorum ſpatio ſemper acquieverint ſententiis Fuldenſibus, vel non? ſi acquieverint, ruit argumentum, dum enim nemo appellat, ceſſat quæſtio, quò appellaverit; ſin autem frequenter appellationes interpoſuerint Fuldenſes, cur ipſe Scriptor Fuldenſis ex propriis Protocollis non producit hos actus appellationis? rogamus, ut, cùm Fulda non, ſicut Moguntia ab hoſtibus capta, occupata, & acri obſidione recuperata ſit, ſed vel Minutæ etiam documentorum bene cuſtoditæ ſint, rogamus inquam, ut placeat accuratiùs inquirere, annon uni alterive Fuldenſi inciderit, appellationem, ſi non proſequi, ſaltem ad Metropolitanum Moguntinum, licèt fortè unus vel alter contrarium ſuaſiſſet, interponere. Has preces noſtras ſi exaudiat Scriptor adverſarius, etiam nos illi reſpondebimus. Denique audiat hìc adhuc idem Scriptor optimum dilemma S. D. N. BENEDICTI XIV.

Tom. II. BULLARII *Conſtit. XL. ſub N. IV. pag.* 351. in Cauſa Germaniæ.

„*Aut actus illi omnes, tum pro Capitulo, tum pro Curia Epiſcopali* (hìc tum pro Fulda, tum pro Moguntino Metropolitano) *allati pro authenticis haberi debent, aut ſecus; quodcunque aſſereretur, jus Metropoliticum ſalvum, atque integrum remanet. Si enim omnes erant authentici, porrò & numero, & auctoritate, & pondere præſtabunt illi, qui pro Archi-Epiſcopo allati ſunt, quibus inſuper favor, & aſſiſtentia juris accedit; Sin autem de eorum veritate aliter cenſendum eſſet, omnéſque tanquam nullius auctoritatis & momenti rejiciendi forent, ſatìs erit Metropolitano, ut adverſarium vincat aſſiſtentiâ juris, cujus favorem pro juriſdictione Archi-Epiſcopi in tota ſua Provincia Canonicæ Sanctiones ſtare voluerunt.*

Appellatio in libera Litigantium voluntate poſita eſt, adeóque actus facultativus, cujus omiſſio aliquo tempore nemini nocet.

§. 86. Interim verò Archi-Epiſcopus Moguntinus nullum cöegit, vel cogere voluit, aut potuit ſubditum Fuldenſem quaſi Diœceſanum, licèt in oppignorato quodam Moguntinis oppido Salmünſter habitantem, ut à ſententia contra eum lata appellaret. Quia tamen de hoc etiam oppido mentionem faciunt Fuldenſes, ut nullum eorum verbum prætermittamus, diſcant illi, oppidum Salmünſter eſſe quàm certiſſimè Diœceſis Moguntinæ, nec ibi aliter, quàm ex conniventia Moguntina, vel potiùs ex concordia de anno 1662. jurisdictionem actualem exerceri ab Abbate, habituali apud Mog. ordinarium, & Metropoliticâ per ſe apud Archi-Epiſcopum Moguntinum ſubſiſtente. Diſcant hoc ex Extractu Libri Archi-Diaconalis in Archivio Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. ad gradus Moguntiæ aſſervati, cujus Præpoſitus jure Archi-Diaconatûs per Wetteraviam gaviſus eſt; quem Extractum hîc Summario Num. LIII. apponimus. De actibus facultativis, ineluctabilem nobis reſponſionem præbent; Et quamdiu Fulda non proferet appellationem ad Archi-Epiſcopum Moguntinum interpoſitam, admiſſam, ſed à Fulda contradictam, & effectu privatam, tam diu Fuldenſis illa objectio non ſubſiſtit. *In quaſi poſſeſſione inferior dici non poteſt* conſtitutus ex eo ſolùm, quòd aliquando non appareat, ſuperiorem exercuiſſe jurisdictionem, niſi probetur etiam, quòd venerit Caſus eam exercendi, & volens exercere fuerit repulſus, & repulſioni acquieverit.

Summar. N. LIII.

Latè ROTA *Deciſ. 491. N. 6. & ſeqq. P. 1. Recentior.* ROTA *in Gerundin. Jurisdictionis 1. Martii 1690. coram* BENICASA *N. 13.*

Sunt profectò Suffraganeatus Moguntini notorii, quos nominare hìc poſſemus, ex quibus quandoque medio, & integro etiam ſæculo appellationes nullæ ad Judicium Metropoliticum devolvuntur. At eſto etiam, quòd ex iisdem integro ſequenti ſæculo nullæ devolverentur, nemo tamen negabit, Epiſcopatus illos Suffraganeos Moguntiæ fuiſſe & manere.

§. 87.

Novum falſum Scriptoris Fuldenſis, primum, qui jus Metropoliticum novitatis ſtudio in medium afferat, eſſe Eminentiſſimum Archi-Epiſcopum Moguntinum modernum.

§. 87. Quæ porro repetit Fuldenſis Scriptor §. 70. de reſciſſione Concordiæ de anno 1662. jam ſuprà pleniſſimè refutata ſunt, ac ex omnibus hucusque dictis evidenter patet, quàm turpe ſit, eundem Fuldenſem Scriptorem §. 71. incredibili audaciâ aſſerere, *primum, qui Metropoliticum Jus novitatis ſtudio in medium proferat*, & quidem adversùs *evidentiſſimum jus Sedi Apoſtolicæ quæſitum*, hunc primum eſſe modernum Eminentiſſimum Archi-Epiſcopum Moguntinum. Si Scriptor Fuldenſis facta infecta reddere poſſet, vel annihilare Archiviorum & Hiſtoriarum monumenta, fortè imponere poſſet rerum ignaris tam aperto falſo; at verò tot rerum monumentis ipſi ob oculos poſitis omnium à ſæculis Archi-Epiſcoporum Moguntinorum & Abbatum Fuldenſium, adhuc accuſare Eminentiſſimum ac Celſiſſimum Principem Electorem Moguntinum *ſtudii novitatis*, temeritas eſt, quâ major, & ſimul ineptior inveniri nequit. Primum nos producere non tenemur, qui cogitaverit de jure Metropolitico Moguntino in Fuldam, ſed ſatìs fuit poſſeſſionis noſtræ Statum recentiorem oſtendiſſe; ſi tamen primum velit Fuldenſis Scriptor, exhibebimus illi, & quidem Fuldenſis Aſceterii incunabilis coævum, Zachariam Pontificem Summum, qui Francorum Regum voluntati ſatisfacturus, incardinato Eccleſiæ Moguntinæ S. Bonifacio, eâdem, quâ Metropolim hanc ſtabilivit, Bullâ eidem Bonifacio præter Wormatiam, Spiratiam, aliásque ibi nominatas Eccleſias, *omnes Germaniæ gentes ſubjecit, queis tua Fraternitas per tuam prædicationem Chriſti Lumen agnoſcere fecit*; quos inter abs dubio Buchoniæ Incolæ erant. Hæc ex Pontificis epiſtola, ex vitæ S. Bonifacii ſcriptoribus coævis haurire, & ubique occurrentia palpare poteſt malæ cauſæ Defenſor adverſarius. Ad Palliolum Intereſſe proprii Apoſtolicæ Sedis quod attinet, Sancta Sedes Eccleſiarum omnium Mater & Magiſtra per Monaſteria ſuis Epiſcopis & Archi-Epiſcopis refractaria nullum jus quærere in-

tendit, nec talibus præſcriptionibus & poſſeſſionibus eget. E contrario Sapientiſſimi & Eminentiſſimi Curiæ Romanæ Prælati, Abbates prætenſores jurisdictionis, & poſſeſſores de facto, qualis nequidem unquam fuit Fulda contra jus Metropoliticum, ſemper deteſtati ſunt. Ac tandem ipſe SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER BENEDICTUS XIV.

Tom. II. BULLARII *Conſtit. XXXII.*

Contra tales Abbates Nullius conqueſtus eſt, *& non ſemel cogitavit, eorum peculiares jurisdictiones vel imminutas ad aliam formam, & ad congruentes terminos redigere, vel omnino extinctas atque ſublatas Epiſcoporum ordinariæ poteſtati & auctoritati adjungere & incorporare.* Ac ante doctiſſimum Pontificem jam CARDINALIS DE LUCA abuſus talium territoriorum ſeparatorum conſiderans, eorum extinctionem exoptat

Miſcellan. Ecclеſ. Diſc. I. N. 90. & Diſcurſ. 97. N. 8. de jurisdict.

quem ſequitur

JOSEPHUS DE PROSPERIS *de territorio ſeparato Quæſt. III. N. 28.*

& alio in loco idem pro juribus S. Sedis Zeloſiſſimus

CARDINALIS DE LUCA *de jurisdict. Diſc. XVI. N. 4.*

obſervatis talium Semi-Epiſcopatuum & exemptionum inconvenientiis, *quâ nulla major*, & quas obſervaverat *ab initio, quo Romanam Curiam frequentare cœperat*, ait, *ſancta & laudabilis res eſſet, ut hujusmodi jurisdictionis ſpecies in univerſum ſupprimeretur.* Tam parùm Sanctæ Sedis hìc intereſt. Videant ergo Fuldenſes, ne in plus petitionis pœnam incidant; ac Apoſtolica Sedes *nil contra Patrum* vel Canonum Statuta dirigeret, ſi Abbatem Fuldenſem ad ſua Regularia remitteret, portionem verò trans-Fuldanam Moguntino, cis-Fuldenſem Herbipolenſi Diœceſano poſtliminiò reſtitueret. Ceſſaret tunc omnis alia quæſtio de Transactionibus, de jure Metropolitico Moguntino, de Pallio ob illam trans-

actio-

actionem recentem, ejúſque Articulum V. caſſatum conceſſo. Et quis ſcit, quid futurum ſit, ſi Fuldenſium narrata priſca & recentia demum ad lapidem Lydium probentur, & cujus valoris ſint, inveniantur.

§. 88. Cùm itaque omnes, quibus transactionem illam celebrem de Anno 1662. involvere voluit Fuldenſis Scriptor, tenebræ ſemetipſis diffugiant, tandem ultimò nodum illum Gordium uno ictu ſolvere laborat; ait enim §. 72. & 73. *a*) certiſſimum eſſe, *quidquid facere voluiſſent Abbates Fuldenſes, neſcio, qua vertigine aut Errore ducti, ſe ſubjicere Metropolitano ſinè ſcitu Summæ Sedis, ac ſuæ Immunitati renuntiare non potuiſſe; adeóque concordiam illam nullius eſſe roboris & momenti, nec valere omnes confeſſiones, epiſtolásque Abbatum, utpote in præjudicium S. Sedis factas. Imò verò b) has epiſtolas eſſe officia urbanitatis, & quidem c) ob veteres Confœderationes alias cum Archi-Epiſcopo factas, non uti Metropolitano, ſed ſpectabiliſſimo Imperii Statu ſcriptas, d) unum Adalbertum Abbatem imprudenter & inconſultò aſſeruiſſe jus Metropoliticum Moguntinum, ut ſe defenderet contra Herbipolenſes.*

Referuntur nova æquivoca & falſa Scriptoris Fuldenſis. a) non valere confeſſiones Abbatum. b) Epiſtolas eorum fuiſſe officia Urbanitatis. c) loqui de Confœderationibus aliis ab illa de Anno 1662. d) Adalbertum Abbatem malè egiſſe, agnoſcendo jus Metropoliticum.

§. 89. Hoc Achille proſtratam nunc dolemus Moguntiam. Exemptus non poteſt renuntiare privilegio libertatis ſinè licentia S. Sedis, ait Gloſſa, & ipſe textus apertus *in Cap. Cum tempore de Arbitris*: *etſi ſpontè volueris, de jure tamen nequiveris, ſinè licentia Romani Pontificis renuntiare privilegiis vel indulgentiis libertatis.* Fuldenſes igitur Abbates, Capitulum, Cives, Incolæ, quidquid egerunt, dixerunt, pepigerunt, nulliter omnia fecerunt: imò victos dolemus nobiscum inſuper omnes Orbis Chriſtiani Epiſcopos, qui, pro dolor! cum Monaſteriis, præſertim divitibus, in litem obtorto collo trahuntur. Quid enim? exempta ſunt, in S. Petri & Apoſtolicæ Sedis protectionem ſuſcepta; cui enim Monaſterio deeſt vetus talis charta? Jam nunc

Reſpondetur ad 1mum, oſtendendo peſſimas hujus principii ſequelas.

 amplius

amplius cauſa ſummi Pontificis, S. Sedis, imò Catholicæ Religionis eſt propria. Qui exemptionem horum Monaſteriorum, imò qui illorum Epiſcopalia jura negat, ille, ſi non Hæreticus & Schismaticus exiſtit, ſaltem Romanum Pontificem non honorat, non colit, ſed offendit, iniquior eſt Hæreticis in S. Sedem, in Jura S. Sedis involat, S. Sedi præjudicium irreparabile infert. Hortamur itaque Epiſcopos omnes, ne ulli, qui ſe exemptum dicit, ac Apoſtolicis Privilegiis munitum, *vel Privilegii Sedis Apoſtolicæ Infulis decoratum*, obloquatur, ne vel mutire audeat, niſi antè dictorum piaculorum reus eſſe velit. Eſto, omnes talis Monaſterii Abbates, Monachi omnes, Archivia, Scripturæ omnes Epiſcopum vel Archi-Epiſcopum revereantur, fœdera pangantur, ſigilla appendantur, quidquid in humana ſocietate Sanctum eſt, adhibeatur, non valet Confeſſio, non valet promiſſio, quia renuntiatio non valet; quid enim, ſi Abbates vertigine ducti, imprudentes & inconſulti quidquam aſſeruerint? quid? an Fulda de ſuis honoribus, etiam bonis diſponere poſſit, imò an contra ſe veritatem confiteri, & ipſi Pontifici vera narrare poſſit? privilegium habet, quæ illi damnoſa videntur, pro falſis habendi in hac materia. Sciant præſertim Germaniæ Principes omnes, etiam Laici, nullum Contractum ſinè Conſenſu S. Sedis cum Fulda valuiſſe, aut valere de bonis quibuſcunque; Sciant Principes vicini, Apoſtolico Jure & privilegio omnia bona Fuldenſia ita munita eſſe, ut non obſtante ullo fœdere, confeſſione, pacto vel contractu Abbatum, Fulda locis & rebus *tam eis, quas moderno tempore tenet vel poſſidet, quàm quæ futuris temporibus in jure ipſius Monaſterii divina Pietas voluerit augere, abſque ullius Perſonæ contradictione perfruatur*, quidquid contra egerit, dixerit, confeſſa fuerit Fulda, & Abbas, & Capitulum. Has peſſimas ſequelas evinceret Fuldenſe argumentum, eidémque hâc reſponſione ſatisfactum jam eſſet. Conſideret interim Lector impartialis, ad quæ abſur-

abſurda Scriptor Adverſarius Juris Moguntini pondere preſſius delabi debeat.

§. 90. Sed ſalva res eſt. Non enim dictatoriâ authoritate Fuldenſi Scriptori licet tanquam certum & indubitatum venditare, quod non tantùm incertum & dubium, ſed apertè, & notorietate judiciali falſum eſt. Ubinam Fulda produxit unquam privilegium, quòd Clerus & populus ditionis Fuldenſis à Metropolitico Jure Moguntino exemptus ſit? annon turpis petitio principii, id tanquam certum ſupponere ac jactitare, quod in æternum ne quidem probari poteſt? annon privilegia, quæ contra Herbipolenſem tantùm Epiſcopum ſuper aliqualis jurisdictionis exercitio Fuldenſes attulerunt, & quæ nunc novo æquivoco ineptiùs recoquere voluerunt, ad unum omnia, à S. Rota ab anno 1705. iteratis vicibus rejecta ſunt? licétne ſeriò & ſincerè à Monachorum exemptione paſſivâ ad exemptionem activam, ad Epiſcopatum vel quaſi in aliquam ditionem integram argumentari, & à nulliter præſcriptâ jurisdictione contra unum, ad præſcriptionem contra alterum etiam validè concludere, & hæc omnia tanquam certa ſupponère, & usque adeo venditare, ut in contrarium neque juris aſſiſtentia & præſumptio, neque perpetua poſſeſſio, Incolarum, Officialium & Dicaſterii actus, Principum fœdera, ſolennes Literæ, neque probationum optimæ, ſcilicet propriæ Confeſſiones, & quidem judicialis, aut quidquid demum fidem in hominum ſocietate & genere publicam conſervat, ſuffragari poſſit? profectò magìs olim verecunda fuit Fulda, & magìs ſobriè contra Herbipolim ipſam talibus effugiis uſa eſt. Imò nullus terrarum Orbis Abbas unquam allegavit, quòd ſicut ad alienationem rerum Eccleſiæ, ſic ad confitendam veritatem per ſe notoriam opus ſit beneplacito Apoſtolico; atque de hoc ſolùm nobis quæſtio eſt; non ſcilicet, an Fulda aliquid in præjudicium S. Sedis alienaverit, vel alienare potuerit, ſed an validè

Notatur turpis petitio principii Scriptoris Fuldenſis, nec agitur hìc de juribus S. Sedis.

lidè veritatem fateri potuerit? Fuldenſis Abbas enim nunquam vel in Herbipolenſem vel Moguntinam Eccleſiam aliquid juris transtulit, ſed ab utraque Eccleſia accepit. Aliter loquebatur Abbas Fuldenſis, dum Anno 1689. die 18. Novembris ad Capitulum Metropolitanum Moguntinum in Summario prioris impreſſi Moguntini N. XX. ſcribebat, ac contra Herbipolim conquerebatur, *quòd Herbipolenſis Epiſcopus illam Concordiam trium Capitulorum ratificatione & conſenſu Anno 1662. erectam, à tot Archi- & Epiſcopis hucusque confirmatam, & illibatè ſemper cuſtoditam ſubvertere, & per commiſſionem à Sede Apoſtolica impetratam ex prætextu deficientis Beneplaciti Apoſtolici minime fundato penitus annihilare velit, ſe ipſum, Nos & noſtras Eccleſias non neceſſario litigio implicare, & omnibus S. R. I. Catholicis Eccleſiis maximum inferre præjudicium non vereatur, ſiquidem ſubſiſtente ejusmodi fundamento neceſſarii beneplaciti Apoſtolici, ne minima validè iniri Concordia, vel erigi valeret.* Quæ hìc contradictio? impugnare transactionem de Anno 1662. non licet, & dum Moguntia ex illa enunciativam quandam confeſſionem Abbatis allegat, tunc licet impugnare, & oportet. Impugnare Concordiam maximum infert omnibus Germaniæ Eccleſiis præjudicium, non impugnare maximum S. Sedis præjudicium; at verò falſum eſt hoc ipſum. Stabit ſinè omni præjudicio S. Sedes usque ad mundi finem, etiamſi Fuldenſes ſuum ſicut olim, ſicut ſemper, ſic porro agnoſcant Archi-Epiſcopum; neque S. Sedes ullatenùs hìc cauſam propriam agnoſcet, ſed velum, quo nuditatem ſuam involvere vòlunt Fuldenſes, deteget; quin imò ſi de ipſis hìc juribus S. Sedis ageretur, per poſſeſſionem non centenariam tantùm, ſed perpetuam contra ipſam Eccleſiam Romanam præſcripſiſſet Moguntia; abſit tamen, ut hæc pauca verba quaſi juris ſtabiliendi causâ allegemus; quàm parùm enim S. Sedes honorificum ſibi

bi ducet, dicere, quòd contra Moguntiam præſcripſerit immediatam ſubjectionem cleri & populi Fuldenſis, tam parùm Moguntiæ opus eſt, dicere, quòd contra S. Sedem præſcripſerit: Sed ut ipſa S. Sedes ex his ipſis, quos refutamus §§. Scripti Fuldenſis, Scriptorem ex ungue cognoſcat, advertere dignabitur nova ejus falſa.

§. 91. Epiſtolas Abbatum Fuldenſium neo-Electorum ad Archi-Epiſcopos Moguntinos *officia urbanitatis* dicit. Ipſiſſimæ illæ Epiſtolæ, imò ſingula illarum verba & formulæ, & tempus ſcribendi in pactum & transactionem de Anno 1662. erant deductæ, & verbotenus illic inſertæ, & extenſæ. Num igitur hodie ſolius urbanitatis officium erit Fuldenſibus, pacta ſervare, ſi lubet, & quamdiu lubet? Ait porrò „Fuldenſes implorâſſe præſidium ac tutelam Moguntinenſium ob veteres confœderationes alias cum Archi-Epiſcopo factas, non uti Metropolitano, ſed ùt Spectabiliſſimo Imperii Statu: Sed cùm verba earundem Epiſtolarum ex præſcripto Concordiæ hanc formulam continent„ *Cùm itaque attenti recolamus, quali concordiâ venerabilis noſter Prædeceſſor Abbas Joachim Anno 1662. die 23. Martii cum Dilectionis veſtræ Electoralis D. Prædeceſſore - - - eatenus ſe obligaverit, ut quivis Princeps & Abbas Fuldenſis mox ab Electione confirmationem jurisdictionis Eccleſiaſticæ &c. petat.* Adeóque, cùm annus & dies, & hæc ipſa individualis concordia nominetur, mirâ rurſus audaciâ Scriptor Fuldenſis literas ſic in pactum deductas detorquet ad concordias cùm Electore quà tali aliàs celebratas. Pari inverecundiâ Adalbertum Abbatem imprudentem & inconſultum nominat, quòd Metropolitanum agnoverit, & quidem Adalbertum Fuldenſem ſuum Abbatem ipſum, qui acerrimè Abbatiæ ſuæ prætenſa jura contra Herbipolim propugnavit, & usque ad annum 1714. ſuperſtes omnia, quæ unquam Rota protulit pro Fulda, judicata reportavit, & tamen ex Confeſſione Adverſarii jus Metropoliticum Moguntinum aſſeruit.

Epiſtolæ Abbatum non ſunt officia Urbanitatis, ſed in pactum deductæ cum ſuis formulis, & Adalbertus laudatiſſimus Abbas Fuldenſis optimè fecit, jus Metropoliticum Moguntinum & transactionem de Anno 1662. recenter agnoſcendo.

§. 92. At verò rectè, juſtè, fœderis fideíque publicæ tenax jus Metropoliticum Moguntinum agnovit, ac Concordiam illam toties memoratam renovavit poſt Joachimum Abbatem Fuldenſem, qui illam pepigit, ejus Succeſſor Bernardus Guſtavus, Abbas Fuldenſis, S. R. E. Cardinalis Badenſis; deinde Placidus Abbas illius ſucceſſor innumeris vicibus, & Adalbertus Abbas prædictus non tantùm literis ſuis in impreſſa Serie facti & juris Moguntina annexis, ſed etiam judicialiter coram S. Rota.

In Summario Jurium coram de la TREMOILLE *An. 1700. Num. 74. fol. 56.*

adeo, ut non poſſit cuilibet impartiali indignationem non ciere, quòd Fulda idem publicum Inſtrumentum nunc impugnare, & tali modo, quem hucusque vidimus, impugnare velit; Cùm Sacra Rota

Coram de la TREMOILLE *28. Junii 1700. §. id agnovit.*

luculenter aſſeruiſſet, valere Confeſſionem Herbipolenſis Epiſcopi & Capituli pro Fulda, licèt ille transactionem impugnâſſet, ac ùt nondum ſatìs utilis Eccleſiæ Herbipolenſi illa reſciſſa fuiſſet, valere tamen illam Confeſſionem in verbis: „quamvis hæc Concordia tanquam „deſtituta Beneplacito Apoſtolico invalida declarata fu„erit, ideóque non præjudicet Eccleſiæ, neque ſucceſ„ſori, validiſſimum tamen præ ſe fert veritatis argumen„tum, ita ut attendenda veniat, donec contrarium pro„betur. Adauget argumentum, quòd dicta Concor„dia celebrata fuerit cum interventu & conſenſu Cleri „Herbipolenſis, unde inveriſimile prorſus eſt, ad adeo „præjudicialem actum tot inſignes & Eccleſiaſticas per„ſonas conſpirâſſe.„ . Fuldenſe jurium Moguntinenſium fideliſſimum ſpecimen hoc ipſum argumentum à nobis relatum non tantùm præterire voluit, ſed in Domino viſum eſt, hucusque negare, quòd confeſſiones Abbatum Fuldenſium pro Moguntia valeant; adeóque negare, quòd liceat veritatem fateri in præjudicium Fuldæ,

dæ. Ad confeſſionem verò illam judicialem aliam ridiculam reſponſionem præbet; nam niſi nos omnia fallant, aut planè fideliſſimum illud idem Jurium Moguntinenſium ſpecimen omiſit hoc argumentum Moguntinum confeſſionis judicialis, aut §. 68. tetigit, ubi pro omni reſponſione addit, quòd ſit ſcriptura *ex pulvereis pluteis extracta*; ſufficit verò nobis, quòd vel ibi veritas delituerit, & ſi pulvereos pluteos Fuldenſes nobis excutere daretur, magis adhuc illos, licèt ſuperabundanter jam convictos, malæ Cauſæ convinceremus. Sufficit verò, quòd eodem anno 1700. Adalbertus Abbas ſolenni epiſtolâ ad Eminentiſſimum Electorem Moguntinum Lotharium Franciſcum ex Comitibus de Schönborn idem jus Metropoliticum Moguntinum, & vigorem Concordiæ de anno 1662. agnoverit, quo id ipſum typis impreſsâ ſcripturâ agnovit coram S. Rota; quæ ſive delituerit inter pulveres, ſive deauratâ compacturâ, ſicut Schannati opera, honorata fuerit, perinde eſt.

§. 93. Quod verò juſtam non Moguntiæ ſolius, ſed probi cujusvis indignationem contra Fuldam augere debet, illud eſt, quòd eodem tempore, quo Fulda Concordiam de anno 1662. cum Moguntia initam violare tam turpi modo attentat, eodem planè tempore eandem ipſam renovet cum Herbipoli, quæ tamen ipſa non in Fuldæ, ſed in ſuum unicum favorem illam reſcindi voluerat. Moguntia nunquam non in Fuldam benefica fuit: Herbipolis à duobus ſæculis cum illa lites habuit; Moguntia Concordiam illam Fuldæ nimiùm quantùm favorabilem conciliat, & jam mirâ gratitudine hæc cum Moguntia ſtipulata nulla, omnes actiones, & confeſſiones Abbatum nullæ dicuntur; interim verò eadem Concordia cum Herbipoli renovatur; quidquid olim in Concordia (Pontificalia ſi excipias, quæ à tempore Epiſcopi in partibus Fuldæ degentis per ſe ceſſant) Herbipoli ſtipulatum eſt, nunc denuò ſtipulantur eidem Fuldenſes, ac alia nova addunt. Negare non potuit

Hæc igitur ſalva conſiſtit, & renovata fuit recentiſſimè Herbipolim inter & Fuldam per transactionem Hammelburgenſem 1ma Octobris 1752. à S. D.N. confirmata.

 hoc

hoc in Moguntina Serie facti & Juris jam adductum argumentum, ſed tacendo prætergreſſum eſt idem fideliſſimum Specimen jurium Moguntinenſium; negare nec poteſt adhuc, cùm, quisquis Concordiam Anni 1662. cum recenti Hammelburgenſi, eíque inſerta illa de Anno 1722. conferat, veritatem manu palpare debeat; itaque nec negabit ullus mortalium, id juſtum eſſe debere Moguntiæ, quod juſtum eſt Herbipoli.

Ex recenti hac concordia referuntur duo paſſus notabiles. 1mò. quòd in caſum mutationis Abbatiæ contra Fundatorum mentem jus Diœceſanum Herbipolenſe in Fuldam illibatum vigere debeat. 2dò. quòd jurisdictio Fuldæ relicta per quemlibet novum Abbatem recognoſci debeat ab Epiſcopo Herbipolenſi.

§. 94. In ſpecie in illa transactione de Anno 1662. habentur duo articuli. Primus: ut ſi fortè Abbatia Fuldenſis contra fundationem per quamcunque viam in alienas Catholicorum vel Acatholicorum manus deveniret, ut jus priſtinum etiam Diœceſanum Moguntinum, & Diœceſanum Herbipolenſe in Fuldam vigeret. Formalia: „Nos tamen Abbas & Princeps Fuldenſis in „virtute præſentium per expreſſum palàm declaramus, „quatenus jurisdictio quaſi-Epiſcopalis *ab Archi-Epiſco-„po & Electore Moguntino, utì etiam* ab Epiſcopo Her-„bipolenſi nobis relicta non diutiùs, quàm dum Eccle-„ſia & Principatus noſter Fuldenſis juxta fundationem „ſub Catholicorum manibus perſtiterit, vigere, & in „ſuo robore permanere debeat. Ubi verò per vim ma-„jorem vel aliam quamcunque viam (quod, uti ſpera-„mus, avertet Dei Clementia) in alienas, ſive Catho-„licorum ſive Acatholicorum manus devenerit, volu-„mus & conſtituimus, ut prædicto caſu hæc transactio, „*neque Archi-Epiſcopo Moguntino*, neque Epiſcopo Her-„bipolenſi cedat in præjudicium, nec illi hâc teneantur, „ſed jus ſuum Epiſcopale plenariè tunc manutenendi, „& liberè exercendi poteſtatem habeant; quemadmo-„dum etiam *nos Joannes Philippus quà Archi-Epiſcopus „Moguntinus*, & Nos Joannes Philippus quà Epiſco-„pus Herbipolenſis hoc inſperato caſu nobis jura no-„ſtra & poteſtatem per expreſſum reſervamus, & hanc „ceſſionem ſolùm eòusque excluſivè ratam habemus, & „declaramus„ Secundus: ut quilibet neo-Electus Ab-

bas

bas Fuldenſis jurisdictionem ſuam quaſi-Epiſcopalem per præſcriptas in concordia literas tam ab Archi-Epiſcopo Moguntino, quàm Epiſcopo Herbipolenſi recognoſceret, iisdémque ambobus in acceptis referret. Formalia: „Hinc noſtri, Abbatis Fuldenſis, Succeſſores pro tempore exiſtentes tenore præſentium „obligentur, ut quàm primùm aliquis à Nobili Capitu„lo in locum Abbatis Principis ſuffectus fuerit, idipſum „ſemper *Nobis Electori Moguntino* ùt Mediatori, & „*absque eo provinciæ Moguntinæ Metropolitano*, tum „etiam Nobis Epiſcopo Herbipolenſi per literas notifi„care, atque inſuper confirmationem remiſſi juris qua„ſi-Epiſcopalis, & actualem (ſi neceſſitas exigit) ma„nutentionem ab iisdem petere teneatur. &c. Utrumque ratione Herbipolis renovatum in recentiſſima concordia Hammelburgenſi, ſed omiſſo ſemper Archi-Epiſcopo Moguntino, ejusdem juris, & antiqui fœderis conſorte, quaſi non amplius in rerum natura eſſet; Formalia transactionis Hammelburgenſis hæc ſunt: „Nos Abbas & Princeps Fuldenſis hanc à Dilectione „ſua Herbipolenſi voluntariè nobis declaratam deſiſten„tiam & ceſſionem, ſive relictionem perpetuâ gratitu„dine recognoſcentes, conceſſimus & ratihabuimus, ut „eadem non vigeat vel duret diutiùs, quàm quousque „Eccleſia & Principatus Fuldenſis juxta Fundatorum „mentem ſub Catholicorum manibus perſtiterit; ſi ve„rò per vim majorem, ſive aliam quamcunque viam „(quod Deus avertat) contigerit, Eccleſiam Fuldenſem „in laicales Catholicorum aut Acatholicorum manus in„cidere, tunc Eccleſia Herbipolenſis prætenſum jus ſu„um Epiſcopale hoc in caſu liberè exerceat, & tam diu „manuteneat, donec Eccleſia Fuldenſis in ſtatum pri„ſtinum fuerit reintegrata ac reſtituta - - & rurſus - - „quivis Abbas & Princeps Fuldenſis ad ingreſſum regi„minis ſui Epiſtolam (Epiſcopo Herbipolenſi) trans„mittere teneatur, tenore ſequenti - - - cùm autem „probè recordemur concordiæ ſuper prætenſa, ac in

 „mo-

„modò dicto anno nobis in perpetuum ceſsâ vel relictâ „jurisdictione Eccleſiaſticâ in aliquibus locis noſtri terri„torii initæ, ac conventionis ibidem adjectæ, quate„nus pro jugi renovatione perennis amicitiæ per ejusmo„di Concordiam ſtabilitæ, mox ab Electione Confirma„tio ſuprà dictæ Concordiæ--- concedatur, hinc &c.. Atque hæc ipſa Concordià ſic à S. D. N. confirmata fuit, inſertúmque Bullæ Erectionis Epiſcopatûs Fuldenſis, quòd jurisdictionem ſuam juxta hanc Concordiam ſic initam & confirmatam exercere debeat.

Vigere igitur etiam debet reſpectu Moguntiæ Concordia cum Fulda de A. 1662. in qua eadem duo puncta habentur.

§. 95. Rebus ſic conſtitutis, ac recentiſſimè probatis ab ipſo S. D. N. denuo cujusvis Lectoris judicio committimus, annon manifeſta foret iniquitas, Fuldam abſolvi ab obligatione ſervandi Moguntinæ Metropoli tam ſanctè, tam ſolenniter, totiésque promiſſa, & eandem tamen Fuldam redire ad eadem Herbipolenſi Eccleſiæ Cathedrali olim promiſſa, illámque de novo ad idem obligari à S. D. N. & an in hunc ſolum eventum juſtiſſimæ non forent querelæ Eminentiſſimi Archi-Epiſcopi Moguntini? Nihil ex rerum monumentis certius, nihil ex innumeris Epiſcoporum ipſorum Herbipolenſium coram S. Rota, alibíque aſſertis verius eſt, quàm Moguntiam eodem jure Diœceſano olim gaviſam in parte trans-Fuldana majore, vel ſaltem æquali, quo Jure Diœceſano gaviſa fuit Herbipolis in parte cis-Amnenſi. Si igitur Herbipolenſi Epiſcopo pro ceſſa vel relicta jurisdictione in ſua parte maneant illa Jura, & de novo confirmentur, eadem pariter manere debebunt Moguntiæ pro ſua parte. Hæc ſola differentia Moguntiam inter & Herbipolim intercedit, quòd Moguntia Concordiam de anno 1662. illibatè ſemper ad Fuldenſium Abbatum iteratas preces ſervaverit, Herbipolis reſciſſionem illius petiérit, tanquam ſibi minùs proficuæ; quòd Moguntia nullam litem contra Fuldam inſtituerit, ſed benigna reliquerit, quod olim à Moguntinis indultum & conceſſum fuerat, Herbipolis verò lites longiſſimas cum Fulda habuerit, quæ Fuldæ pluries centenis

Flore-

Florenorum millibus fortè conſtant; quòd Moguntia erga Fuldam magis benigna planè exiſtere in Fuldenſi oppido Epiſcopum in partibus non tantùm paſſa fuerit, ſed eundem etiam conſecraverit, Herbipolis verò rurſus mordicùs reſtiterit; Moguntia ſemper contenta, ſemper tenaciter obſervans Concordiam de Anno 1662. Herbipolis verò illâ non contenta; Et tamen nunc Herbipoli omnia in illa Concordia ſtipulata non renoventur tantùm, ſed augeantur, Moguntiæ verò non tantùm in eadem Concordia ſtipulata adimantur, ſed Jus Metropoliticum ibi in pactum non deductum, verùm per occaſionem tantùm confeſſatum, nunc adimatur, peſſumdetur, annihiletur. Quisquis in Urbe & Orbe æquus eſtrerum arbiter, hæc ad æqualitatem, ſin aliter poteſt, redigat.

§. 96. Interim nos ex eademmet antiqua de anno 1662. vel potiùs recenti de anno 1752. 1ma Octobris confirmata Concordia ineluctabile argumentum deducimus, & priſtini & moderni adhuc juris Moguntini in Fuldam, quo prætenſa exemptio penitus evertitur. Enim verò hodiedum jus Diœceſanum Herbipolenſe cis amnem Fuldam, & ex indentitate rationis, ac ex verbis Transactionis de anno 1662. nunquam convellendæ jus Diœceſanum Moguntinum trans Amnem Fuldam præſervatur, & penitus illibatum manet, in Caſum, quo Fulda deveniret contra fundationem in alienas, non tantùm Acatholicorum, ſed etiam NB. Catholicorum manus, ac hoc ipſum quoad primam partem recentiſſimè à S. D. N. ſummâ æquitate confirmatur. Cùm enim quàm certiſſimum ſit, Fuldenſem ditionem, ex quo exemptio ejus nativa uberrimè, & ultimò à S. Rota

In hac Cauſa coram CAFFARELLO *12. Junii 1711. à Deciſ. ſuper nativa.*

rejecta, nec ex colore privilegiorum Apoſtolicorum revera acquiſita exiſtit, ſed cum ſolâ poſſeſſione & miſe-

Ex his duobus capitibus ſequitur, Juriſdictionem habitualem in Fuldam adhuc permanere apud Archi-Epiſcopum Moguntinum, & Epiſcopum Herbipolenſem, ex confeſſione Epiſcopi Herbipolenſis.

râ quadragenaria præſcriptione in illam ſe ingeſſerit Abbas Fuldenſis, nihil æquius, & nihil magis Apoſtolicâ confirmatione dignum fuit, quàm ut eadem jurisdictio in caſibus ſtipulatis ad fontem ſuum, unde profluxit, rediret. Similiter hodiedum, prout legitur tam in Concordia de Anno 1662. & repetitur in Concordia Hammelburgenſi recente à S. Sede confirmatâ, Abbates Fuldenſes jurisdictionem Eccleſiaſticam ſibi ab Archi-Epiſcopo Moguntino & Epiſcopo Herbipolenſi ceſſam, relictámque perpetuâ gratitudine recognoſçere, & hujus ceſſionis confirmationem quilibet neo-Electus Abbas petere tenetur, etiam ab Epiſcopo Herbipolenſi non exempto, ſed notorio Suffraganeo Moguntinæ Metropolis. At verò, ſi hæc ita ſe habeant, prout litera clara docet, pronum, & de jure factóque, ac ex paciſcentium intentione fundatum conſectarium eſt, jus habituale primitivum Diœceſanum in Fuldenſem clerum ac populum apud Epiſcopos cedentes, vel relinquentes Abbati jurisdictionem, Moguntinum ſcilicet & Herbipolenſem manere, quorum nomine jus Diœceſanum actuale usque in eventum ſtipulatum Abbas exerceat. Sicut enim hæc jurisdictio actualis inferiorum Prælatorum, habituali apud Epiſcopos manente, incognita non eſt apud Doctores Pragmaticos.

ROTA *Deciſ. 134. n. 12. Part. I.*

Decis. 21. N. 14. Part. XIV. recentior.

Abbatem *in C. cùm contingat, de foro compet. Num. 1. & 18.*

ANTON. à BUTRIO *in idem Cap. N. 11. in fine.*

FELIN. *in Cap. Irrefragabili, de off. ordin.*

FAGNAN. *in Cap. Sacro, de Sent. Excomm. N. 60. 63. 64.*

BARBOS. *de off. & poteſt. Epiſcop. Alleg. 72. N. 186. in fine.*

GONZALEZ *in Cap. Auditis N. 9. in fine de præſcription.*

GRATIAN. *Diſcept. forenſ. Cap. 215. N. 18. & 19.*

RIC-

RICCIUM *in Praxi rer. quotid. p. 4. reſolut. 272. Num. 4.*

qui Authores ſpecialiter advertunt, jurisdictionem habitualem cenſeri relictam penes Epiſcopum, ſi inferior Prælatus per privilegium Papæ accipiat jurisdictionem, quin expreſsè ſubjiciatur immediatè Sedi Apoſtolicæ, vel ſi hic Prælatus non habeat privilegium, ſed per præſcriptionem acquiſiverit jurisdictionem, qui caſus eſt Fuldenſis Abbatis, ſignúmque talis jurisdictionis habitualis apud Epiſcopum manentis eſſe, ſi appellationes devolvantur ab inferiori Prælato ad Epiſcopum, prout olim Herbipolenſes, & recenter adhuc petierunt, & ſtipulata eſt Fulda recentiſſimâ Concordiâ de Anno 1751. Denique ſicut ipſe S. D. N. docet, ceſſiones Epiſcoporum jurisdictionem Abbatibus cedentium non aliter intelligendam, quàm *ſub Epiſcopo*, licèt à Pontifice confirmatas: *quandoquidem ceſſio juris Epiſcopalis, cùm ſuapte Naturâ non ſecum ferat omnimodam, plenariam & effrænatam abdicationem à donantibus in donatarios totius auctoritatis, & jurisdictionis Eccleſiaſticæ in populum & clerum exercendæ, ad quem effectum verba deberent eſſe clara & expreſſa.* S. D. N. BENEDICTUS XIV. Tom. I. BULLAR. Conſtit. LXXVI. §. 12. multò minùs igitur ex tali ceſſione jurisdictionis vel conniventia inferri poteſt, nequidem habitualem jurisdictionem Epiſcopum conniventem vel cedentem retinere voluiſſe, quam tam expreſſè in ceſſione reſervavit. Sin, inquam, hæc certa ſunt, ita planum etiam eſt de jure, his caſibus manere jurisdictionem habitualem apud Epiſcopos, actualem verò exerceri ab Abbatibus. Sed clarius hoc adhuc eſt in facto. Idipſum enim jam animadverſum eſt in hac eadem cauſa Fuldenſi in Rota

Deciſ. 1. Junii 1708. coram ANSALDO *N. 133. & 134.* ibi: *æſtimabile Jus cujusdam innegabilis ſuperioritatis Epiſcopi Herbipolenſis in Abbatiam Fuldenſem dici-*

 tur,

tur, *quòd in Caſu Abbatiæ contra Fundatorum mentem in alienas manus devenientis, juriſdictio Abbatiæ remanere debeat penes ipſum Epiſcopum Herbipolenſem, & quòd occumbente aliquo Abbate Fuldenſe, ſemper illius pro tempore Succeſſor confirmationem Juriſdictionis in ſpiritualibus, eidem Eccleſiæ Fuldenſi ab Epiſcopo Herbipolenſi in dicta concordia conceſſæ, ac etiam manutentionem, ubi neceſſitas flagitaret, per literas petere debeat.* ac N. 134. talem Juriſdictionem præſcriptam per quadragenariam *non niſi vicariam, & ſub Epiſcopo eſſe poſſe*, ſolidè docetur. Sed teſtimonium præbet ipſe Epiſcopus Herbipolenſis apud S. Congregat. Concilii iteratò, ſed irritò inſtans pro Confirmatione Concordiæ cum Abbate Fuldenſi anno 1722. initæ, & ita ad S. Congregationem ſub dato 1. Decembris 1723. ſcribens, Summar. N. LIV. teſtante adjuncto N. LIV. „Neque tamen Eccleſiæ „meæ utilitatem poſt maturam cum Capitulo ac Conſiliariis meis habitam deliberationem, omnino me neglexiſſe confido, cùm vigore prædictæ Concordiæ conſiderabilem illam prærogativam ei reſervaverim, quæ „ex ejusdem tractatûs tenore non obſcurè colligitur, „*quòd nempe ceſſo ſeu relicto Abbatiæ Fuldenſi actuali „exercitio, habitualis Juriſdictio Epiſcopalis „penes Eccleſiam Herbipolenſem ſemper remaneat*, adeo, ut ſtatu Abbatiæ contra Fundatorum „mentem immutato, Epiſcopus jus ſuum Epiſcopale „denuo liberè exercere, ac manutenere poſſit ac debeat, „prout colligitur ex §. *Nos Abbas & Princeps Fuldenſis*. Et ex epiſtolis poſt novam Electionem Abbatis hinc inde ſcribendis, conformiter ad ea, quæ Rota „fusè allegat in Nullius ſeu Fuldenſis juriſdictionis 1. Junii 1708. §. 134. *aſt quidquid* coram R. P. D. Anſaldo. Et in libello ſupplici nomine Epiſcopi Herbipolenſis pro confirmatione Concordiæ S. Congregationi Concilii oblato, hæc clara verba habentur: *non hà potuto l' Oratore*

tore (Epiſcopus Herbipolenſis) *liberare la ſua Chieſa dall' immenſo diſpendio ſofferto nel ſoſtenerla, che col mezzo della moderna Concordia, per la quale viene bensì ceduta la giurisdizione attuale all' Abbazia di Fulda, rimane però alla Chieſa d' Erbipoli la giurisdizione abituale, come ſi deduce dal patto reverſivo, in caſu d'eſſere l' Abbazia invaſa ed occupata da gl' Eretici, ò Laici Catolici ſtranieri.* Non igitur ex ſolis Juris rationibus, ſed inſuper ex mente paciſcentium Anno 1722. adeóque etiam ex mente eandem Concordiam de verbo ad verbum A. 1751. renovantium Herbip. & Fuldenſis Principum, ac ex mente S. D. N. Concordiam confirmantis anno 1752. Jurisdictio habitualis in partem Fuldenſem manet penes Epiſcopum Herbipolenſem, & ex identica planè ratione quoad alteram partem Fuldenſem vigore Concordiæ ejusdem de alio tantùm anno 1662. manet penes Archi-Epiſcopum Moguntinum quà Diœceſanum ordinarium.

§. 97. His igitur poſitis, per ſe claris & veris, quis à veritate tam abhorrens erit, ut talem jurisdictionem ſic acquiſitam, ſic recognitam, & recognoſcendam perpetuò, exemptam, ac ſoli S. Sedi immediatè ſubjectam dicere auſit? Monſtro profectò ſimile, ac S. Sedi injurioſum eſſet, Prælatum exemptum, ſolíque S. Sedi immediatè ſubjectum, eam, quam habet jurisdictionem ab alio, quàm ſolo S. Pontifice recognoſcere, alteríque in acceptis referre debere, & hoc ipſum S. Sede approbante & confirmante. . Novus quilibet Fuldenſis Abbas ab Epiſcopo non exempto (ùt laicali paritate utamur) ſicut novus vaſallus à Domino ſuo directo, jurisdictionem ſuam recognoſcere debet, & quà ratione à S. Sede immediatè profecta, illíque immediatè ſubjecta ſit? à Suffraganeo Moguntino, ſcilicet Herbipolen-

Adeóque per rerum naturam Fuldam non poſſe eſſe à jure Metropolitico Moguntino exemptam, & ſoli S. Sedi immediatè ſubjectam.

polenſi Epiſcopo cognoſcere debet, & quâ ratione nullam ad Metropolitanum relationem habeat, ab eo prorſus exempta ſit? in caſum contra Fundatorum mentem deſiguratæ, etiam in Catholicorum manibus Abbatiæ, jus primævum ad Epiſcopos Moguntinum & Herbipolenſem quà tales redire debet, & quo novo invento jurisdictio his Epiſcopis obnoxia, & obligata, & ad illos poſtliminiò redux, exempta tamen ab iis, & immediatè S. Sedi ſubjecta dici poteſt? Notavit ipſe Scriptor Fuldenſis variis in locis, quòd ſemper Herbipolenſis Epiſcopus appellationes ſaltem ad ſuum tribunal ex ſua parte Fuldenſis territorii deſideraverit, & recentiſſimè quidem, ſaltem ex parochiis in diſtrictu Carlſtadiano. Aſſenſit quoad has etiam Fulda, & ſpopondit appellationes, nec aliam difficultatem invenit S. D. N. ad hoc confirmandum, quàm *ne Moguntinum Archi-Epiſcopum obumbraret.* Quî verò dici poteſt exempta Fulda à Metropolitano, ſi debeat ejus Suffraganeum appellare? Scimus, quæ verba hìc nobis dare poſſint Adverſarii; ſed anticipatò reſpondemus: plus valet id, quod agitur, quàm quod quibuscunque verbis concipitur, manebítque ſemper, quòd monſtroſus eſſet Epiſcopatus exemptus, cujus jurisdictio habitualis apud Epiſcopum manet, cujus jurisdictio ab eo recognoſci debet, & ad eum in caſu redire.

Provocatur ad Senſa S. D. N. & conferuntur illa cum modernis prætenſionibus Fuldenſium.

§. 98. Meliùs revera contrarium, & jus debile Fuldenſium etiam contra Herbipolim ſolâ miſerabili quadragenariâ præſcriptione quæſitum, & poſtea à Cathedra Apoſtolica annihilatum, ſimul verò jus Moguntinum Metropoliticum in Fuldam agnovit ipſemet S. D. N. BENEDICTUS XIV. non tantùm, quo tempore jura Herbipolenſia palàm Scriptis ſuis eruditiſſimis propugnavit, ubi in Scriptura à ſe ſubſcripta & coram Anſaldo Anno 1707. S. Rotæ porrecta, ac typis impreſſa bene inter reliqua diſertis verbis notat: *Conſecrationes Eccleſiarum in ditione Fuldenſi factæ fuerunt*

runt ab Archi-Epiſcopo Moguntino TANQUAM METROPOLITANO *ac Diœceſano in locis trans amnem Fuldæ*. Quibus profectò paucis verbis jura Moguntina brevi compendio comprehendit; ſed inſuper, poſtquam *Doctiſſimus* PROSPER DE LAMBERTINIS ad majora natus, & S. Congregationi Concilii à Secretis, imò Orbis Chriſtiani bono in Petri Cathedra collocatus fuit, Epiſcopalium jurium contra territoria ſeparata ſemper Vindex extitit, adeò quidem, ut audacter dicere poſſimus, quia vera ſunt S. D. N. effata, falſæ, nullóque jure nixæ eſſe debent Fuldenſium prætenſiones & aſſertiones. Quod ut eò clariùs innoteſcat, & contraria juxta ſe poſita magis eluceſcant, hìc adjicimus ex una parte Fuldæ narrata, ex altera parte S. D. N. effata Summario Num. LV. ex quibus videre licet, quâ fiduciâ à tanto Pontifice ſperare poſſimus, eundem conformiter principiis ſuis Fuldenſium ſub- & obreptiones ſtupendâ audaciâ factas refrænaturum, ac, quod interim petimus, ſupremo juſſu Fuldam ad agnoſcendum Metropolitanum ſuum Moguntinum compulſurum.

Summar. Num. LV.

Narrata Fuldenſium quæcunque propterea retardare nequeunt promptam declarationem S. D. N. & juris Metropolitici Moguntini manutenentiam.

§. 99. Nec retardare ad ullum etiam momentum in tanta veritatis luce ſibi tam perſpecta, hanc Sanctitatis ſuæ diſpoſitionem poſſunt omnia Fuldenſium narrata & æquivoca, ad quæ ex ſolo ſuperabundanti, & cum omni proteſtatione ac reſervatione poſſibili hucusque reſpondimus. Si quid enim, prout tamen contrarium oſtendimus, in omnibus illis vel minimum veri lateret, quod ad rem faceret, & quo ullatenus dubium reddi poſſet jus Eminentiſſimi ac Celſiſſimi Metropolitæ, in dubio tamen pro venerandis illis Hierarchis, quibus jure Eccleſiæ regimen commiſſum eſt, pronunciandum eſſet, juxta ipſius rurſus S. D. N. Sententiam in cauſa Germaniæ latam, quâ docet, quòd in dubio contra Abbates, Monaſteria & Capitula exemptionem

Oo præ-

tendentia, ſtandum ſit pro jurisdictione ordinarii *Tom. II.* BULLARII *Conſtit. XL. pag. 351.* Non verò pro iis, qui per miſeras poſſeſſiones & præſcriptiones intrârunt januam Eccleſiaſtici Tribunalis, & nunc ſuper antiquiſſimos & potentiſſimos Germaniæ Epiſcopatus thronum exemptum ponere volunt. Exemptio profectò tam odioſum in Eccleſiaſtico jure, ipſisque œcumenicis Eccleſiæ Conciliis nomen exiſtit, & illa Abbatum jurisdictio quaſi Epiſcopalis ac territorium ſeparatum tam novæ in Eccleſia, támque barbaræ voces ſunt, ut nulla in re ferè magìs concludentem, evidentémque probationem deſiderent omnes Curiæ Romanæ Pragmatici, quàm in iisdem probandis, & inſuper exempti Epiſcopatus vel quasi in Germania tam raræ aves exiſtunt, ut propter qualiacunque dubia, quæ contra omnia, quæ maximè ſacra ſunt, obmoveri poſſunt à novarum gratiarum cupidis hominibus, innovatio revera nulla facienda ſit.

Quia, ſin etiam aliqua probabilia dixiſſent, ea eſſent altioris indaginis, & illorum inſubſiſtentia S. D. N. ſatis jam nota.

§. C. Rurſus autem, quodſi in Fuldenſium narratis vel minimum veri aut probationis exiſteret, etſi nulla Fuldenſis falſitas, ſub- & obreptio, & æquivocatio detecta foret, ſaltem illorum aſſerta altiſſimæ indaginis forent. Altiſſimæ námque indaginis eſt, an illorum privilegia toties à S. Rota jam rejecta, nunc, poſtquam integro libro in folio à Celeberrimo Hiſtorico & Diplomatico planè ſuppoſitionis ſunt accuſata, an, inquam, nunc magìs propitium judicem ſint nactura. Altiſſimæ indaginis eſt, an ullus Summus Pontifex ſit crediturus, quòd jam ante Carolum M. Abbas Fuldenſis eremiticam vitam agens fuerit ſemi- Epiſcopus, & quidem à proprio Fundatore S. Bonifacio ab Eccleſiæ ſuæ Moguntinæ & Succeſſorum authoritate exemptus per Pontificium privilegium, multò magìs, an modernus Sapientiſſimus Pontifex hoc ſit crediturus, qui poſt medium ſæculi XII. in nullo adhuc Abbate repertam jurisdictionem Eccleſiaſticam, ait. Altiſſimæ indaginis eſt, an hoc ſæculo Rota, quæ nec citavit, nec vidit

vidit Metropolitanum Moguntinum, ſpoliare illum voluerit jure ſuo, an eadem Rota, quæ miſeram tantùm quadragenariam præſcriptionem cum Clauſulis valde reſtrictivis in aliquibus tantùm locis Fuldæ adjudicavit contra Epiſcopum Herbipolenſem, etiam præſcripſiſſe putaverit Fuldam contra tertium Metropolitanum, cujus jus judicialiter Fulda coram Rota confeſſa fuit, & contra quem nec poſſeſſionem, nec præſcriptionem allegaverat. Altiſſimæ indaginis eſt, an S. Congregatio particularis, & San. Mem. Clemens XI. in eadem declaratione & Congregatione expreſsè congregata, ad videndum de judicatis Rotæ in cauſa Fuldenſi, & de quadragenaria Fuldenſium præſcriptione, an inquam, eodem folio, ſtupendâ contradictione, judicata Rotæ, & præſcriptionem quadragenariam infirmaverint, & ſimul corroboraverint, atque fulciverint. Altiſſimæ proinde indaginis eſt, an erraverit S. Congregatio Concilii, & maximè conſpicuus illius tunc Secretarius, dum eadem judicata Rotæ per illam declarationem labefactata dixit. Altiſſimæ indaginis eſt, an miſeri illi, paucíque actus à Fuldenſi Scriptore contra jus Metropoliticum allati, æquivoci vel concludentes ſint; an innumeris actibus Mog. præponderent? an qualitates neceſſarias habeant? Altiſſimæ indaginis eſt, an transactio cum Fuldensi Abbate toties recognita, támque ſolennis, metu extorta, dolo elicita, imò jam reſciſſa ſit? Altiſſimæ indaginis eſt, vel potiùs nova quæſtio paradoxa, & plùs quàm Domitiana, & in Curiis vel orbe literato nunquam viſa, an à duobus & ultrà ſæculis non licuerit Abbatibus Fuldenſibus, Capitulo Fuldenſi, Incolis Fuldenſibus, Imperatori Auguſtiſſimo notoriam veritatem confiteri publicè, palàm, literis, inſtrumentis? Uno Verbo: quidquid à Fuldenſi Scriptore dictum eſt, ad rem faciens, vel planè confictum, vel apertè falſum, vel æquivocum, vel ſaltem altiſſimæ indaginis eſt.

§. 101. E contrario Moguntini Juris Metropolitici in clerum & populum ditionis Fuldenſis poſſeſſio, Ful- *Quia liquida eſt poſſeſſio Juris Metropolitici Mog. & liquida ſunt In-*

ſtrumenta hanc probantia, adeò que promptam executionem exigunt.

Fuldenſium Abbatum, & Capituli verbis factíſque repetita innumeris vicibus confeſſio, non tantùm extrajudicialis, ſed etiam judicialis coram S. Rota, confeſſio recens agnita & confeſſata à moderno Scriptore Fuldenſi, transactio illa ſolennis de Anno 1662. illius repetita confirmatio, tam clara, liquida ac certa ſunt juris Metropolitici Moguntini documenta, ut paratam executionem, & poſſeſſionis manutenentiam ſecundùm omnes Orbis Chriſtiani leges propediem ineluctabiliter exigant; quam ſi S. D. N. differre, aut planè denegare, Fuldam verò, poſtquam ſe ab obedientia Herbipolenſis Epiſcopi quoad unam partem veteris Ordinarii tam bellè ſubduxit, nunc Metropolitano ſuo refragari incipientem, ad hujus Reverentiam monitis, juſſu ſupremo reducere nollet, ſed rem planiſſimam liti exponere, & Fuldenſibus Scriptoribus, eorúmque actibus novum tempus & campum concedere, ſícque Fuldam refractariam fovere contra certiſſimam recentiſſimámque ſpem noſtram vellet, juſtiſſimæ ſunt, & manent querelæ ſub eadem clauſula in impreſſa Moguntiæ Serie facti & juris à §. 153. ad finem usque adductæ. Usque ad S. D. N. declarationem autem noſtram pariter reſponſionem ad ea omnia differimus, quæ Scriptor Fuldenſis à §. 106. usque ad finem, pari, quo cœperat, ſtylo, publicâ pœnâ coercendo, proſequitur. Noſtra enim reſponſio à Sanctitatis ſuæ declaratione prædicta omnino dependebit. Apparebit tunc adhuc novus catalogus falſorum ab iis, qui Fuldenſia negotia geſſerunt, commiſſorum. Omnes interim Lectores Fuldenſis Scripti monemus, nullam ejus paginam à pag. 92. ad finem reperiri, in qua non aliqua falſa manifeſta, plura ſub ſpecie veri tecta, & plura adhuc æquivoca exiſtant. Tunc quoque à nobis non omittetur, quod nunc alterâ vice omittitur, pateſcet tunc amplius, quis per fas & nefas egerit, Moguntia in neceſſariam defenſionem raptata, vel illi, qui ambiunt. Si non ſatis jam pateſceret, ex illius noſtri impreſſi §. 157. 174. 175. patebit adhuc, quid conqueramur,

ramur, contra quem conqueramur, & ante juſtè conqueramur. Orbis judicabit, an priſtina, & præſertim Germaniæ exempla vel bene, vel malè attulerimus, & Scriptor Fuldenſis nitidiores adhuc parallelas inſpiciet. Scandalum, quod plures Germani ex re geſta hauſerunt, non tantùm Proteſtantes, ſed etiam Catholici, nos non cauſavimus, ſed novitatum Authores, & falſorum narratorum fabricatores; quæ dixit, ſcripſitque Moguntia, usque ad ultimum apicem tuebitur, cum juſtitia, ratione, & reverentia erga S. Sedem dicta fuiſſe; quæ tertii, præſertim Proteſtantes dixerint, ſcripſerintque, ſuo loco & Authori relinquimus, nunquam illos in conſilium aut auxilium vocavit Moguntia. Sapientiſſimus Pontifex agnoſcit, quòd contra Fuldam ſe defendere, nec hæreſis ſit, nec ſchisma. Hunc Pontificem (prout ait Fuldenſis §. 133.) docere nunquam præſumpſit Moguntia, Pontificem, cujus doctrinam æquè, quàm ulla orbis Eccleſia reveretur, & quem doctiſſimis, maximiſque, qui S. Sedem exornârunt, Pontificibus jam in priori ſuo impreſſo ſupparem dixit, ſemperque honorat & colit, hunc, inquam, docere non præſumpſit, ſed ab eo quotidie diſcit; & quilibet Lector horum foliorum videbit, quòd potiſſima contra Fuldam pro jure ſuo Metropolitico argumenta ab eo didicerit, & ex ſapientiſſimis, ſolidiſſimiſque ejus Scriptis ante & poſt Supremum Pontificatum editis hauſerit; multò minùs vel verbulum indecens contra tantum Pontificem Moguntia protulit, nec verbulum ullum adhuc in priori impreſſo taxatum ſpecialiter audivit, à quocunque vel ab ipſo Fuldenſi Scriptore, multò minùs immodeſtiæ convictum. Si tot falſa, quorum his foliis convictus eſt, protulit Fuldenſis Scriptor circa ſolum jus Metropoliticum Moguntinum, & poſtquam hoſtes Moguntiæ planè Eminentiſſimo Electori confictas ad Germaniæ Principem literas ſuppoſuerunt, id quod Herbipolis ipſa nunc negare non potuit, & ſe deceptam & illuſam eſſe publicè confeſſa eſt, facilè conjicimus, quæ non

Pp ipſimet

ipſimet S. D. N. clàm contra Moguntiam convitia fuerint prolata. Sed hæc omnia, licèt in Fuldenſis Scripti poſterioribus paginis memorata, tantiſper prætergredimur. Atque paucis his verbis ſatisfactum eſto innumeris rurſus falſis, æquivocis, vel frivolis ſaltem dictis Fuldenſis Scriptoris à §. 119. usque ad §. 160. necdum enim hic locus & tempus eſt, ea ſingillatim refellere, antequam, quod ipſe exſpectabat Reverendiſſimus Princeps Fuldenſis, Summi Pontificis intentio nobis cognita ſit.

Quia S. D. N. jam declaravit, ſe Fuldam in ſuo ſtatu reliquiſſe, conſequenter Moguntino juri Metropolitico ſubjectam.

§. 102. Sed ſalva res eſt. Egregium & nunquam ſatis laudandum ſuum Eccleſiaſticæ Pacis ſtudium jam declaravit multoties S. D. N. & quidem in ſimili, imò in eadem materia, ac in individuali Caſu. Solicitudinem habuit Sanctitas ſua non ſemel, *ut Epiſcopi ad Eccleſias regendas à Spiritu S. poſiti, avulſis omnium diſſenſionum ſeminibus, commiſſo ſibi gregi attendentes, miniſterium ſuum in dulcedine pacis adimpleant.*

Tom. I. BULLAR. *Conſtit. LXXVI. §. I. init. quâ vindicatur Epiſcopi Converſani Jurisdictio.*

Advertens hæc perpetuarum diſſenſionum ſemina, & incommoda alia in Abbatum Nullius territoriis ſeparatis, non ſemel *occaſione datâ* (quæ nunc præſto eſſet) *cogitavit, tales jurisdictiones imminuere, vel ad aliam formam & congruentes terminos redigere, aut omnino extinctas, atque ſublatas Epiſcoporum localium ordinariæ poteſtati & auctoritati adjungere, & incorporare.*

Tom. II. BULLAR. *Conſtit. XXXII. pag. 262. ubi vindicatur Jurisdictio Archi-Epiſcopi Firmani, & aliorum.*

Et de expenſis litis in hac materia ait

Idem Sapientiſſimus Pontifex ibidem pag. 263.

Quòd in pauperum alimoniam, aut in Domûs Dei decorem & utilitatem convenientiùs erogari poſſint. Idem pacis Eccleſiaſticæ ſtudium S. D. N. permovit, ut ad ſolas

las petentium preces nuperam Hammelburgenſem Concordiam 1. Octobris 1752. confirmaret in verbis: *nil magìs Cordi noſtro eſt, nihìlque ferventiùs exoptamus, quàm pacem inter Catholicarum Eccleſiarum, præſertim inter ſe vicinos Antiſtites fovere, augere, illámque perpetuo conſervare*; ùt alia omittamus. Non igitur Sanctitas ſua Eminentiſſimum & Celſiſſimum Principem Electorem Moguntinum nunc ad Cauſæ cognitionem, nunc ad diſputandum cum quadam Abbatia, ſi Concordia Herbipolim inter & Fuldam tanti demum meriti fuit, remittet. Sed inſuper jam declaravit Sanctitas ſua iteratis multò vicibus, & prout fatetur Fuldenſis Scriptor §. 129. ſe Fuldam non exemiſſe à Jure Metropolitico Moguntino, ſe Fuldam in ſtatu ſuo reliquiſſe, ac relinquere, & Moguntinis Juribus præjudicare non velle. Statum igitur Fuldæ ſub Metropolitano hucusque vidimus, in quo Fuldam nunc refractariam retinere dignabitur ceu monitis, ceu ſinè Clauſula Mandatis Apoſtolicis S. D. N. Hoc poſtquam factum fuerit, & poſtquam Fulda fecerit, quod recenter Joachimus, quod Bernardus Guſtavus, Placidus, Adalbertus Abbates, & poſtquam inſuper læſo Metropolitani honori, damníſque Eccleſiæ Metropolitanæ illatis ſatisfecerit, poſthæc omnia jure propitio neceſſariò ante omnia præſtanda, & poſt evacuatam hoc modo cum omni cauſa attentatam juris Metropolitici ſpoliationem, ſi denuò Fuldæ volupe ſit, Bellum cum Moguntia novum ſuſcipere, cum hoc quoque Metropolitano arma & artes experiri, tunc Moguntia, fatemur, invita comparebit, ſed revera cauſam non deferet, & cum Fulda usque ad Zachariæ P. ævum, & illam tunc Buchoniam veterem retrogredietur, non verò vel momento priùs.

§. 103. Quæ verò mens ſit Cæſareæ Majeſtatis, non tam ex Fuldenſis Scriptoris Sophiſmate §. 151. prolato, quàm ex Auguſtiſſimi Imperatoris verbis haurien- *Quia S. C. Majeſtas non aliter conſenſum dedit in Epiſcopatum Fuldenſem.*

 dum

dum eſt. Ait Fuldenſis Scriptor, eoquòd Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Alexander Albanus nomine Sacræ Cæſareæ Majeſtatis enuntiaverit, Abbatiam Fuldenſem hucusque *qualitate Nullius gaviſam*, ſalvúmque voluerit *Statum Regularem ejusdem Monaſterii & Capituli, aliásque Prærogativas eidem adnexas*, In Summario Contrario Num. VII. hoc ipſo ſequi, quòd Pontifex maximus contradixiſſet voluntati Cæſaris, ſi Pontifex novum Epiſcopatum Metropolitano ſubjeciſſet; *Hanc enim potiſſimam libertatis prærogativam in ordine Hierarchico Fuldæ ſuſtuliſſet, eo prorſus modo, quo quis Statum immediatum Imperii, ex immediato mediatum faceret, illum ſubjiciendo ſubalterno Con-Statui.* Fatemur, ſi Summus Pontifex *Abbatiæ Fuldenſis Statum Regularem, ejusdémque* NB. *Monaſterii & Capituli* exemptionem paſſivam ſuſtuliſſet, ac Abbatem quà talem, Monaſterium, Capitulúmque ſubjicere voluiſſet Epiſcopo vel Metropolitano, quòd tunc veram prærogativam Monaſterio annexam, ſcilicet exemptionem paſſivam Monaſterii & Monachorum ſuſtuliſſet, ac voluntati Cæſaris contradixiſſet. Sed ex enuntiativa & qualitate *Nullius* Monaſterio competente, vel quod planè idem eſt, ab exemptione paſſiva Abbatis & Monachorum arguere velle ad jurisdictionem in clerum & populum, ad Semi-Epiſcopatum exemptum & immediatum, ex verbis S. D. N. ſæpe repetitis nimis abſonum eſt. Et quis à riſu cohibere ſe poteſt, legens Scriptoris Fuldenſis §. 153. novam Phraſin *Abbatiam exemptam exemptionem in Epiſcopatum influere?* & quis absque indignatione legere poteſt, Fuldenſi Abbati prærogativam adſcribi tanquam certam, ab Imperatore Auguſtiſſimo præſervatam, & præſervatam contra Metropolitanum Moguntinum, de qua nullus Fuldenſis vel Hiſtoricus, vel etiam Panegyriſtes, multò minùs S. C. Majeſtas, prout ex ejus Sacratiſſimis verbis paulò pòſt patebit, vel minimum ſcivit. Nunquam ex evidenter

pro-

probatis Fuldenſis Abbas habuit in clerum & populum juriſdictionem à Metropolitano exemptam, nec unquam Fuldenſes probabunt, quod vel unquam dixerint, ſe habere talem; & tamen eandem tanquam qualitatem perpetuò annexam Fuldenſi Abbatiæ venditant; ac Sophiſticâ phraſi dicere, *Abbatiam in Epiſcopatum exemptionem* influxiſſe, & inſuper dicere, quòd Sacra Cæſarea Majeſtas hoc præſervaverit penes S. Sedem, plus quàm audax eſt. Fulda toties quoties juriſdictionem ſuam ab Archi-Epiſcopo Moguntino & Epiſcopo Herbipolenſi, tanquam Diœceſanis, & inſuper ſub jure Metropolitico conſtitutam agnovit, & nunc prætendere, quòd, ſi Abbas deberet revereri, ſicut ſemper, Metropolitanum, quòd tunc fieret ex immediato mediatus, nihil aliud eſt, quàm novum auſum novo auſu cumulare, & orbem oculatum excæcare velle. Atque hæc eò usque dicta ſufficiant, donec ad ipſam uberiorem recentiorum narratorum Fuldenſium etiam in Aula Cæſarea Hiſtoriam ſuo loco devenire detur. Exhibuimus interim jam in Serie noſtra facti & juris §. 188. veneranda S. Cæſareæ Majeſtatis verba, quæ potiùs *Aulico alicui Adminiſtro* adſcribit Scriptor Fuldenſis §. 117. ſui Speciminis. Dixeramus jam, cui Scripta ſint illa verba, & repetimus. Declaratio Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, quam hìc Summario Num. LVI. apponimus integram, à Sacra Cæſarea Majeſtate Eminentiſſimo Domino Cardinali Alexandro Albano, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis apud S. Sedem Miniſtro Plenipotentiario, ſub finem menſis Decembris anni 1752. de verbo ad verbum miſſa, ac ab Eminentiſſimo hoc Domino Cardinali ſuæ Sanctitati porrecta, exemplar verò ejus ab Aula Cæſarea, S. C. Majeſtatis juſſu, Eminentiſſimo Electori Moguntino porrectum eſt. **Summar. Num. LVI.**

Igitur illa verba Fuldenſis Scriptoris: *quæ potiùs alicui Aulico Adminiſtro tribuenda videtur*, S. Cæſareæ Majeſtatis cognitioni ſubmittimus. Verba S. Cæſareæ Ma-

Majeſtatis „nunquam Majeſtati ſuæ Cæſareæ in mentem „veniſſe, Epiſcopatum Fuldenſem *ſuper aliena ter-„tii præjudicia* ſuperſtruendum fore, nec ſuam „Majeſtatem *alio pacto* eidem manus unquam præbe-„re voluiſſe, quàm *ut nulla omnino innovatio in-„de derivet;* nec minimam tunc de pallio quocun-„que mentionem, minùs adhuc de alienis juribus „convellendis indicium ullum factum fuiſſe, & „*ſi cum Majeſtate ſua Cæſarea eodem, „quo ipſa egit, candore, conſilia communi-„cata fuiſſent*, perniciosis, quæ nunc ſuboriuntur, „ſequelis medelam facilem afferri, neque Germanica-„rum Eccleſiarum Hierarchiam ſugillationibus, ipſi Re-„ligioni plurimùm exitioſis, laceſſiri potuiſſe. Hæc omnia „profectò maturiori, multâque deliberatione omninò di-„gna fuiſſe, cùm non de ſola Metropoli Mogunt. ſed de re „omnium Germaniæ Archi-Epiſcoporum, proindéque „*ipſam Imperii compaginem* afficiente agatur, verba, inquam, hæc Commentario noſtro non egent, ſed nobis tacentibus *candorem* eorum, de quibus loquuntur, dilaudant, ac Cæſareis verbis robur non defuturum ſperamus. Sin nova adhuc neceſſaria foret S. Cæſareæ Majeſtatis declaratio, petemus illam, & rogabimus, an, ſicut Fuldenſes ipſi Abbates à ſæculis Archi-Epiſcopos Moguntinos ſuos recognoverunt Metropolitanos, ſic etiam S. Cæſarea Majeſtas Eminentiſſimum Archi-Epiſcopum modernum Metropolitanum in ditione Fuldenſi agnoſcere velit, & ſicut Aula Cæſarea, ac nominatim Ferdinandus II. Imperator glor. mem. Archi-Epiſcopum Mog. Fuldenſem Metropolitanum verbo factóque recognovit, ita S. Cæſarea Majeſtas his Anteceſſorum veſtigiis inhærendum non putet, & an juxta Inſtrumenta, & confeſſiones liquidas Metropolim Moguntinam ac S. R. I. Electorum & Archi-Epiſcoporum præeminentias

tias ac prærogativas tueri per omnes Leges juſtum non ſit, & an, ſicut S. C. Majeſtas in Scripto Fuldenſi Summar. N. VII. ſalvas voluit Fuldæ prærogativas; ſic etiam non velit ſalvas Moguntiæ prærogativas; profectò ſi declarationem illam mox allegatam Summarii contr. Num. VII. quis inſpiciat, ſive declarationem aliam mox adductam Cæſareo Juſſu, verbíſque Viennâ Romam miſſis Sanctitati ſuæ exhibitam, hac in re concordes ambas inveniet: S. Cæſaream Majeſtatem *nullo alio pacto* negotio Fuldenſi *manus unquam præbere voluiſſe, quàm ut nulla omnino innovatio* inde derivet, & dummodo, quæ ad *Imperium pertinent, non immutentur*. At verò palpabile prorſus eſt, immutationem in Imperio Romano Germanico, ac innovationem non aliquam, ſed magnam fieri, factámque fuiſſe, ſi S. C. Majeſtas (quod quàm longiſſimè abeſt) jus Metropoliticum Moguntinum in Fuldam à Divis Prædeceſſoribus agnitum, abnegare, Confeſſiones ipſorum Fuldenſium pro nihilo reputare, ſolennes Concordias quaſi reſcindere, vel pro reſciſſis declarare, ac pati voluiſſet vel vellet, ut in Germania novus Epiſcopus exemptus exſurgeret, & intra fines provinciæ Moguntinæ non tantùm, ſed in viſceribus antiquæ Diœceſis Moguntinæ naſceretur, ac ſuo Metropolitano reſiſtere diutiùs pateretur. Suffraganeus Epiſcopus in partibus Fuldam Moguntini Metropolitani annutu ingreſſus ex ſuprà dictis Juri Metropolitico Moguntino non oberat; ad hujus verò normam & parallelam conſenſit ſolùm S. Cæſarea Majeſtas in verbis: *quemadmodum Abbatia Suffraganeo Epiſcopo fuerit donata*, pro exercitio eorum, quæ ſunt Ordinis. vid. Summar. adverſar. N. VII. Quæ verò genuina fuerit Sacræ Cæſareæ Majeſtatis circa hoc negotium intentio, ex Summarii hujus N. LVII. patet evidentiùs; De cætero diximus jam in noſtra Serie facti & juris §. 156. non provocare nos velle ad Patrias Leges noſtras; Hîc verò ad easdem provocare velle, contra ſcopum his foliis præfixum fo- Summar. N. LVII.

Qq 2 ret;

ret; interim tamen notari juvat, à rerum Germanicarum non ita gnaris, aliam prorſus ab exteris Regnis Germaniæ Rempublicam eſſe, propriisque Legibus recentibus & antiquis, ſcriptis & non ſcriptis regi, & quidem etiam in his quoque materiis. Satis eſt, id nos denuo uno verbo monere, ne argumentum ab aliis Regnis ad Germaniam diſpari prorſus exemplo ducatur. An verò Germaniæ Leges & Mores adhuc in pretio ſint, & an Imperii Romano-Germanici Principes eas Curæ Cordique habeant; An-Archi-Epiſcopi & Epiſcopi hujus Nationis, quò conatus ſimiles vergant, non actu jam perſpiciant, dies docebit meliùs, quàm quæcunque narrata cujuscunque demum. Sed hìc filum abrumpimus; ſufficit, quòd eo, quo par erat, *candore res cum S. C. Majeſtate communicata non ſit*, quòd S. Cæſarea Majeſtas ipſamet damna perſpiciat, quæ Religioni, quæ Hierarchiæ Germanicæ Nationis, quæ toti immineant Imperio, ſi conatus tales foverentur; & quòd ſatis illam Metropoli Moguntinæ illatam injuriam clementiſſimè cordi habeat.

Si Moguntia nec minimum jus haberet in Fuldam, omnes tamen rationes ſuaderent, ut Fulda ſubjiceretur alicui Metropolitano, & quidem Moguntino.

§. 104. Profectò, ſi de non jure Moguntinæ Metropolis conſtaret, ſi Fuldenſium allegata, hucusque tamen vel manifeſtæ falſitatis, vel æquivocationis convicta, mera fuiſſent Evangelia, ſi Fuldenſis Abbas à Zachariæ Pontificis temporibus ex eremo in aliquem jam clerum & plebeculam jus dixiſſet, vel ſi longiſſimâ præſcriptione, non annullatâ, non interruptâ, jurisdictionem exemptam, & à Moguntino Archi-Præſule independentem præſcripſiſſet, nihilominùs tamen, dum de recentibus innovationibus, & de Epiſcopatu Abbatiæ inſerendo cogitabatur, nihil convenientius, nihil ad Eccleſiæ & Reipublicæ Leges, & Politiam accommodatiùs fuiſſet, quàm Metropolitani pariter non oblviſci, & Fuldam Metropolitano aſſignare. Nil magìs veteres & recentiores Canones Hierarchiæ Eccleſiaſticæ vindices exoptant, quàm ut vicinam Epiſcopatus, magìs ergo Abba-

Abbatiæ in & extra Concilium Provinciale habeant, agnoſcántque ſuperinſpectionem. Nil magìs damnoſum ſenſit Eccleſiaſtica rerum experientia, quàm è longinquo ſemper remedia quærere, & non niſi remotiſſimum Judicem vereri: Non ſemel ex Germania in memoriam revocatum fuit S. Sedi, *quòd Proteſtantes tot opulentiſſima monaſteria non ſurripuiſſent, niſi eorum plurima oſtentatis contra Epiſcopos privilegiis, à cætero, quo propugnari potuiſſent, corpore ſeſe ſubduxiſſent.* Non ſemel Fuldæ profuit Moguntinos Archi-Præſules, non quidem Metropoliticam, ut illi ajunt, Majeſtatem induere, ſed Metropoliticas, ne in pejus rueret, curas & labores adhibere. Stabilitâ per transactionem Hammelburgenſem recenter jurisdictione quaſi Epiſcopali Fuldenſi, dedecus revera non fuiſſet moderno Fuldenſi Abbati, illum revereri Metropolitanum, quem Herbipolenſis Celſiſſimus Epiſcopus, à quo partem Jurisdictionis pacto demum accepit, hodiedum reveretur Metropolitanum, Moguntinum ſcilicet, à quo alteram partem jurisdictionis ſinè lite conniventer indultam gratanter habuit, ſub Epiſcopo, & utramque ſub Metropoli. Damnum Fuldenſibus ſubditis, ſicut olim non fuit, ſic non erit, Moguntinum judicem minimo ſumptu brevi itinere adire; Fuldenſe ſexaginta Parochiarum territorium ſinè Cathedrali Eccleſia, quàm quæ ſit Monaſtica, ſinè Præbendis Cathedralibus, ſinè alio Clero Regulari, quàm unico S. J. Collegio, & tribus vel quatuor Franciſani Ordinis Mendicantium Conventibus, tale non eſt, quod exempti Epiſcopatûs in Germania tam rarum decus nunc per ſaltum accipiat, poſt ſe ſub Metropolitana jurisdictione relictis tot ampliſſimis Epiſcopatibus, quorum Archi-Diaconatus aliqui præſtant toti Fuldenſi ditioni, & quorum aliqui tot Eccleſias numerant, quot Fuldenſe territorium caſas. Verbo: Si Celſiſſimo Epiſcopo Herbipolenſi ad S. Pontificem ſcribenti dicere licuit Summar. Num. XIII. *dare Epiſcopum in partibus Suffraganeum pro Oppido ac territorio Fuldenſi*

adeo parvo, Epiſcopali Dignitati vituperoſum; à Chriſti Inſtitutione, ab Apoſtolorum traditione, ab omni retro antiquitate, & univerſali Chriſtiani Orbis praxi omnino alienum eſſe, quid licebit addere nunc Metropolitano Moguntino de exempto Epiſcopatu prætenſo?

At conſtat evidentiſſimè de Jure illius in Fuldenſem Clerum & populum Metropolitico, per omnes, quibus hoc jus probari ſolet, rationes.

§. 105. Cùm igitur ex hucusque dictis ſole clariùs conſtet I. Metropolim Moguntinam pro ſuo Jure Metropolitico in ditionem Fuldenſem juris præſumptionem & aſſiſtentiam non ſolùm pro ſe habere (§. 7. & ſeqq.) ſed planè II. ditionem Fuldenſem partim Diœceſi Herbipolensi Suffraganeæ, partim propriæ Moguntinæ Diœceſi ſubfuiſſe (§. 15. & ſeqq.) ac III. licèt ſæculo XVI. Abbas Fuldenſis prætendere & poſſidere cœperit aliquam jurisdictionem, à neutro tamen vinculo, vel per ſomniatam exemptionem activam, nativam, vel per quæcunque allegata Pontificum privilegia (§. 19. 40. & ſeqq.) utpote formiter & judicialiter rejecta à S. Rota; abſolutam & exemptam fuiſſe (§. 20. & ſeqq.) nec prodeſſe vel ad minimam etiam primæ Inſtantiæ jurisdictionem illam à Fuldenſibus allegatam præſcriptionem quadragenariam, & unicè in eâdem fundata judicata Rotæ (§. 22.) quæ per appellationem ſuſpenſa, in rem judicatam non transierunt (§. 24. & ſeqq.) nec vel à longè Jus Metropoliticum Moguntinum tetigerunt, aut Metropolitano in lite non verſanti præjudicare potuerunt (§. 27. & ſeqq.) inſuper verò unà cum miſerâ præſcriptione quadragenaria per Decretum S. Congregationis, & ſa. me. Clementis XI. annullata ſunt, cùm, inquam, hæc omnia conſtent, & quidem ex ipſius S. D. N. multoties laudatis verbis; proinde IV. totam Jurisdictionem ſuam Fuldenſes partim nuperæ transactioni Hammelburgenſi tribuere debeant, quâ nec nocere vult, nec poteſt Metropolitano Celſiſſimus Epiſcopus Herbipolenſis, partim ſoli conniventiæ & ceſſioni Moguntinæ ſub expreſſa Lege, ſalvi juris Metropolitici, facta (à §. 29. usque 46.) & cùm

inſu-

inſuper V. nec unicam contradictionem contra jus Metropoliticum Moguntinum vel unico verbo factam allegare potuerint Fuldenſes, actus verò tres vel quatuor adducti partim evidenter inepti ſint, & ad rem nihil faciant, partim æquivoci, omnes verò nullius roboris (§. 47. & ſeqq.) Econtrario cùm VI. Metropolitanus Moguntinus ab illo tempore, quo Fulda ad juriſdictionem aſpirare cœpit, pro ſe habeat perpetuam ſeriem Juris Metropolitici pro quavis occaſione exerciti, & quidem ſub quolibet ferè Abbate à duobus & ultrà recentioribus ſæculis, ídque palam agnoſcente Germaniâ, Cæſare, Fuldenſibus Abbatibus, Capitulo, populo, & Herbipolenſibus non minùs Epiſcopis, cúmque hi actus partim ſolennes & judiciales ſint, partim Inſtrumentis liquidis publicíſque contineantur, præſertim celebri illâ Concordiâ de anno 1662. inter Moguntiam & Fuldam nunquam impugnatâ à Fuldenſibus, ſed recenter & judicialiter agnitâ, adeóque nondum reſciſsâ, cúmque indigna Scriptoris Fuldenſis effugia contra hanc Concordiam penitus refutata ſint (ad §. 63. usque 93.) cúmque VII. Falſa ejus & æquivoca tam palpabilia ſint, ut fidem ejus etiam in aliis, & ipſo, qui nunc in controverſiam primùm trahitur, articulo perdere debeat; cùm denique VIII. ex verbis ejusdem priſtinæ de annno 1662. Concordiæ Herbipolim inter & Fuldam anno elapſo renovatæ, & à S. Sede confirmatæ, relictâque penes Epiſcopum Juriſdictione Diœceſanâ habituali in Fuldenſis ditionis Herbipolenſem partem pateat, per rerum naturam Fuldam à jure Metropolitico exemptam eſſe non poſſe, & cùm hæc omnia plana, clara, ac maximam partem ipſius S. D. N. BENEDICTI XIV. verbis aſſerta, & talibus argumentis probata exiſtant, qualia in materia juris Metropolitici, cujus exercitium & actus rariſſimi ſunt, præſertim contra Abbatiam miris artibus altiùs de novo ſerpentem dari poſſint, cùm inquam, hæc omnia ad evidentiam perducta ſint, hinc profectò eſt, cur

 Urbi

Urbi & Orbi univerſo impartialiter conſiderandum cum omni fiducia relinquere poſſimus.

Ex quibus ſequitur, Archi-Epiſcopum Mog. modernum vi juramenti contra Fuldam conqueri debuiſſe.

§. 106. Primò: an Eminentiſſimus ac Celſiſſimus Archi-Epiſcopus Princeps Elector Moguntinus ad tantos Fuldenſis Monaſterii auſus obmuteſcere debuerit cum *humilitate* & *manſuetudine*? annon potiùs Juramentum Eccleſiæ ſuæ præſtitum illum indiſpenſabiliter obliget, ut jura ſua tueatur, nec tueri ceſſet, illámque à Capitulo ſuo Metropolitano ſimul ſignatam tranſactionem de An. 1662. manuteneat ac defendat, nec obliterari ullo modo ſinat. Non quidem hìc de pecunia, prædiisque, aut damno facilè reparabili agitur, ſed de juriſdictione, de Metropolitico jure, quod in converſas Buchoniæ Gentes S. Bonifacius ſudore ſuo acquiſivit, ac à Zacharia P. ſuper Gentes, queis lumen fidei annuntiaverat, ſtabilitum cum Metropoli Moguntina accepit, quod primus nunc poſt mille annos tueri debet Archi-Epiſcopus modernus S. Bonifacii non indignus hæres, quia primò nunc impugnat Fulda, quod ſilentio ſuo Fuldenſibus tam exoptato perderet irreparabili Jacturâ. Et qui ſilere poterat? dum ſilet Moguntia, dum benigna eſt Fuldæ, dum illorum humanis deſideriis, nanciſcendi exempli causâ Epiſcopum in partibus, velificatur, rident, & novorum auſuum inde argumentum licèt frivolum deducunt; nunc verò jura ſua defendere contra illos, qui altiora petunt, & pacem Eccleſiaſiarum Germaniæ turbant, vix non læſæ Majeſtatis crimen Scriptor Fuldenſis convitiatur. Indignaretur Principi optimo Germania, & orbis univerſus, ſi unius Abbatiæ auſus peſſimo exemplo proſerpere in Metropolis ſuæ æternum dedecus ſineret, & honorem ſuum majori in pretio non haberet, quàm ut permitteret, ſe nequidem ſalutato contra jura ſua manifeſta talia attentari, & attentari à Fulda, à S. Archi-Epiſcopo Moguntino fundatâ, poſt ejus obitum glorioſum primùm perfectâ, ab ejus Sancto Succeſſore Lullo conſecratâ, ac ab hoc & illius quoque Succeſſoribus dotatâ, locupletatâ, defen-

defenſâ, & non ſemel ab interitûs proximo periculo conſervatâ, nunc ab Anteceſſorum Abbatum veſtigiis longiſſimè diſcedente, quæ illi agnoverunt, negante, confeſſiones illorum imprudentiæ arguente, fœdera violante, & modernum Eminentiſſimum Archi-Epiſcopum Moguntinum tanquam non honorantem, non colentem Summum Pontificem ac Petri Cathedram denuntiante.

Nec niſi temerè accuſatur irreverentiæ erga S. Sedem & Summum Pontificem.

§. 107. Secundò: Conſiderandum relinquimus, an irreverens in S. Sedem, ac Summum Pontificem dici poſſit Eccleſia Metropolitana Moguntina, vel annon potiùs juſtiſſimam S. D. N. indignationem mereatur Fulda. S. Sedes in omnibus negotiis, quæ concernunt Eccleſias in partibus, ſemper conſuevit informationes illorum, quos negotia vel à longè concernunt, vel exquirere, vel benignè admittere, & frequentiſſimè ſub- & obreptiones precum ambitioſarum detegit. Integrum ergo eſt, S. Sedi jura ſua vel læſa vel lædenda exponere. Moguntina Metropolis non habet ullam à ſæculis notam irreverentiæ erga S. Sedem, ac hoc in negotio, ſi Romanam & Apoſtolicam Sedem non revereretur, *Magiſtram Eccleſiaſticæ Rationis*, non ſuſcepiſſet viam, quâ ingreditur, ac à Sanctiſſimo Domino remedium vulneratæ cauſæ non quæreret. Nihil deplorat magìs, quàm S. D. N. Fuldenſium narrata tanquam limpida, lucida, clariſſima, evidentiſſimáque hucusque propoſita, ac invitam ſe ad ſuas querelas adactam fuiſſe. Poſtquam Fuldenſes ſuo typo, neſcio quas, orationes notis illuſtratas, Panegyres, Carmina procudere primi cœperunt, poſtquam publica folia illorum prætenſionibus manifeſto Juri Moguntino repugnantibus impleta ſunt; & rerum ordo, & materiæ amplitudo voluit, ut etiam Moguntia Sanctæ Sedi & Germaniæ veram facti & juris Seriem proponeret. Hæc cùm falſitatis argui non potuerit à Scriptore Ful-

 denſi,

denſi, graviſſimâ calumniâ irreverentiæ, & horrendæ quidem erga Summum Pontificem vago clamore accuſatur, ſed nec verbulum vel ſententia ulla adducitur, quæ hanc cenſuram mereatur. Timuit Scriptor Fuldenſis, ne, ſi particulares ſententias ex Moguntino ſcripto allegaret, ac irreverentiæ erga S. Sedem accuſaret, cuilibet evidens foret ſuus convitiandi pruritus, ſicut nunc ejus ubique falſa palpabilia detecta ſunt. Hinc ex Moguntino Scripto irreverentem Locutionem nullam adduxit, ſed ex vago clamore audaci aliquid hærere credidit. S. D. N. in Epiſtola hac ſuper re 12. Maji 1753. Eminentiſſimo Archi-Epiſcopo Moguntino ſcripta hoc tantum arguit, quòd *nimia cum libertate*, *Contentionisque ſtudio, & magnâ Confidentiâ* Scriptor Moguntinus ſua edixerit. At lectis, perpensiſque his foliis ſperamus, S. D. N. quàm clariſſimè viſurum, *illam Libertatem* conquerendi Metropoli Moguntinæ permiſſam fuiſſe. Non ſolùm alii Germaniæ Epiſcopi, ſed privati quoque pari libertate in multò minoris momenti negotiis uſi ſunt, & in ipſa Urbe Romana publico typo iisdem verbis uſi ſunt, quibus Scriptor Mogonus in Cauſa ſua, prout intuentium oculis monſtrabimus ex recentioribus Voluminibus, ſi porro accuſaremur. Qui verba Moguntina perpendit, illa Adverſariis dura fortaſſis agnoſcet, ſed promeritò, plena tamen ſemper ſummæ erga S. Sedem & Summum Pontificem reverentiæ; nec unquam ullus Epiſcopus Orbis, multò minùs Fulda, Metropolitano Moguntino palmam veræ, debitæque Primæ Sedi, Tantóque Pontifici Reverentiæ præripiet. *Studium Contentionis* profectò Moguntia non habet, ſed obtorto quaſi collo ad contendendum; vel potiùs ad ſe defendendum trahitur, nihilque magis deplorat, quàm quòd ſemel iterúmque pro eo, quod ſuum, imò quod Eccleſiæ ſuæ eſt, contendere debeat invita, cum S. verò Sede, vel Summo Pontifice nunquam contendet, ſed cum Fulda ſola. Conatus Fuldenſes

denſes hucusque deſcripti contentionem Juſtam non tantùm extorquent, ſed omnia poſſibilia defenſionis media provocant, & his uti, erit Juramenti Eccleſiæ ſuæ præſtiti partem adimplere. *Confidentia*, quam in Cauſæ ſuæ juſtitia habet, maxima eſt; juſtitiam hujus Confidentiæ agnoſcunt, qui ex una parte res Moguntinas, & Fuldenſia initia ac progreſſus, ex altera parte illorum modernos conatus, artes, & ſaltus impartialiter nôrunt; nimium ergò non agit Eminentiſſimus Princeps Elector, ſed quod neceſſarium eſt, quod honos, Jus & Juramentum indiſpenſabiliter exigunt. Non ſemel dilaudavit S. Rota vigilantiſſimorum Archi-Epiſcoporum Zelum, qui pro conſervando Metropolitico jure, tam pulchro *propriæ ſponſæ* decore ſoliciti pugnârunt. Dum itaque pro ſimili Juſtitia & decore confidenter contendit Eminentiſſimus Princeps Elector Moguntinus, credit eandem ſe laudem promereri.

§. 108. E contrario cujusvis æqui rerum Arbitri conſiderationi relinquimus, annon juſtam S. D. N. & cujusvis impartialis indignationem mereatur Fulda, quæ à duobus & ultrà ſæculis unam novitatem poſt alteram notoriè ambit, novis ſemper ſub æquivocis, & nunc ad Summum audaciæ proſilit, cujus rei ſeriem chronologicam hìc Summar. Num. LVIII. adjicimus. Fulda, quæ Anno 1529. Epiſcopatum ſæcularem prenſaverat ex prætextu, quòd Monahi Contemptui eſſent: quæ A. 1575. alterâ vice Epiſcopatum ambivit ex prætextu, quòd Diœceſani ditionis Fuldenſis Moguntinus & Herbipolenſis vel non poſſent, vel non vellent ſatis invigilare animarum Curæ, quòd eſſent nimìs remoti, & quòd libenter eſſent viſuri, ſi onus Jurisdictionis Eccleſiaſticæ illis demeretur, & Abbati, motu tamen proprio, imponeretur, quæ poſtea præſertim ab Anno 1604. falcem in horum Epiſcoporum Meſſem profundiùs miſit, & prætextu Abbatiæ in temporalibus Abbati Balthaſari

E contrario S. D. N. & S. Sedes indignabitur Fuldenſium narratis ſub- & obreptitiis.

Summar. N. LVIII.

 reſti-

reſtitutæ, novum quaſi-Epiſcopatum adornavit, quæ tamen tunc innumeris vicibus Metropolitanum ſuum reveretur, agnoſcit, in anguſtiis implorat, & opportunum ſemper accepit auxilium; Quæ demum A. 1662. à Moguntino & Herbipolenſi Præſulibus in quieta poſſeſſione ejus jurisdictionis ſub inſertis concordiæ legibus conſtituit, Concordiam ſervat, nihil non agit A. 1688. quàm ut ſervetur, illam infringi toti Eccleſiæ, Germaniæ, ac fidei publicæ exitiale dicit, quæ dein, ut jurisdictionem ſic ceſſam & relictam alio modo tueatur, mox nativam libertatem fingit, mox abſonâ illatione ex privilegiis, paſſivam ſolùm Monaſterii exemptionem importantibus, ad quaſi-Epiſcopalem jurisdictionem in clerum & populum arguit, mox ſolâ miſerâ præſcriptione quadragenariâ in vanum ſe tuetur, mox Anno 1706. privilegium conferendi S. Chriſma, & S. Confirmationis Sacramentum ex falſo prætextu, *neminem eſſe, qui frangeret panem eſurientibus*, Irrito Conatu petit, ſed his omnibus non ſufficientibus, novam transactionem ab Herbipolenſi Epiſcopo elicit Anno 1722. quâ priorèm mutilat, ſed & illâ à S. Congregatione Concilii rejectâ, clancularié, inaudito exemplo Epiſcopum Suffraganeum ab Abbatis obſequio ſuis narratis impetrat, demum felici ſorte novâ Concordiâ ſibi ſoli proſpicit, & rurſus ad Epiſcopatum, motu proprio tamen concedendùm aſpirat, hiſque maturè abſolutis, neſcia primùm, quid ageret, nunc contra Metropolitanum inſurgit, ejus jus Metropoliticum negat, priſtina contra Herbipolim æquivoca, nunc contra Metropolitanum recoquit, toties judicialiter rejecta ad fumum faciendum Publico obtrudit, Pontificia ac S. Congregationis Decreta pervertit, falſa committit, quibus detegendis intellectus non requiritur, ſed oculi ſufficiunt, E. C. quòd in Concordia de Anno 1662. Archi-Epiſcopus Moguntinus quà talis nominatus non ſit; falſa, quibus refellendis par eſt, qui numerare annos novit, v. g. quòd primus Joannes Philippus

lippus Epiſcopus Herbipolenſis Anno 1662. hoc jus Metropoliticum invenerit, imò quòd primùm illud novitatis ſtudiò modernus Eminentiſſimus Elector ſomniet, quòd à nonaginta annis de hoc jure Metropolitico nullus Archi-Epiſcopus Moguntinus per ſomnium cogitaverit, & quod plus eſt, falſas, ſuppoſitáſque etiam ad viros Principes literas typo publico procudit, ac ut peſſimam cauſam ſuam defendat, appellationes Fuldenſes ad Moguntinum tribunal ob oculos poſitas diffitetur, Confeſſiones omnes Abbatum, Capitulíque Fuldenſis multoties publicè, palàm, judicialiter repetitas, fœdera, epiſtolas, Hiſtorias etiam domeſticas pro nihilo habet; & quidem in eum finem, ut eò aſpiret Abbas, quò perveniſſe non licuit potentiſſimis, Celſiſſimíſque aliis Germaniæ Epiſcopis non exemptis; tales, inquam, auſus, an favore vel indignatione digni ſint, orbi judicandum relinquimus.

§. 109. Sanctiſſimo verò Domino Noſtro Pontifici Sapientiſſimo ac Optimo nomine Eminentiſſimi ac Celſiſſimi Archi-Epiſcopi Principis Electoris Moguntini, iſtiúsque in orbe Chriſtiano tam præcellentis Metropolitanæ Eccleſiæ, pari cum profundiſſima humilitate, quàm certiſſimâ confidentiâ relinquitur, an unius Abbatiæ Conatus tales fovendi, an verò illa ad promptam Metropolitani ſui Reverentiam juxta normam perpetuæ, ac in ſolenni fœdere confeſſatæ, agnitæque ſemper poſſeſſionis, conformiter Sapientiſſimis principiis, verbisque ſuis hiſce foliis uberrimè adductis, Paternis Monitis & ſupremo juſſu, cúmque promeritis tantarum ſub- & obreptionum, attentatíque ſpolii pœnis quantocyùs revocanda videatur, nec ne? ſed aliam SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI Declarationem exſpectare non poſſumus, quàm illam Eccleſiaſticæ Hierarchiæ contra quaſi-Epiſcopatûs exempti Prætenſores vindicem, Epiſcopo Converſano factam Conclusio & petitio.

Tt *Tom.*

SUMMARIUM
ADJUNCTORUM ORIGINALIUM
EX ARCHIVIO ELECTORALI MOGUNTINO
ET
ALIORUM DOCUMENTORUM.

N. I.

Poſtſcriptum moderni Reverendiſſimi Principis Fuldenſis ad Eminentiſſimum Principem Electorem Moguntinum, de dato Fuldæ 15. Januarii 1753.

MOx ab obſequioſarum literarum noſtrarum notificatoriarum concluſione inſperatò edocemur, quatenus Dilectionem veſtram Electoralem facta à Sanctitate ſua diſpoſitio & declaratio ſolicitam reddat, idque Sanctiſſimo jamdum proponere conſultum judicaverit. Quandoquidem autem actiones noſtras eatenus moderari ſemper allaboravimus, ne Dilectioni veſtræ paſſus noſtri vel in minimo ingrati accidant; eò majori fiduciâ omne illud, quod ullo modo offendere poſſet, evitandi unà cum ſua Dilectione Epiſcopo & Principe Herbipolenſi ſuper obtinendâ notæ Concordiæ de Anno 1722. Pontificiâ confirmatione, humillimam iſtam petitionem jam tum temporis inter Dominos contrahentes approbatam proceſſimus, quo minùs Dilectionis veſtræ Electoralis glorioſiſſimus Prædeceſſor Lotharius Franciſcus p. m. dictæ Concordiæ, & ejus confirmationi Pontificiæ contradixit. Quandoquidem autem genuinæ rei circumſtantiæ, & Summi Pontificis intentio nobis etiamnum incognita ſunt, & eapropter certam adhuc notitiam exſpectamus, cum bona Dilectionis Veſtræ Electoralis, ùt ſperamus, veniâ fiet, ſi eò usque ulteriora reſervemus, duraturæ nos propenſioni obſequioſè commendantes, & perſeverantes ùt in lit.

Princeps Fuldenſis adhuc 15. Januarii 1753. neſcivit, an Metropolitano ſuo reſiſtere velit.

Num. II.

II.

STATUS CAUSÆ HERBIPOLENSIS JURISDICTIONIS contra Abbatem Fuldenſem, cum Deciſionibus & Sententiis S. Rotæ, & Reſponſis ſacrarum Congregationum Ipſius Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI XIV. calamo quondam conſcriptus, & partim S. Congregationi particulari A. 1714. ac rurſus A. 1723. S. Congreg. Concilii propoſitus.

Initium Litis coram S. Rota Herbipolim inter & Fuldam.

POſt reſciſſam Concordiam, quæ inita fuit ſuper exercitio Juriſdictionis ſpiritualis, & ſic poſt cauſam reſolutam, & expeditam favore Celſiſſimi Principis (*Epiſcopi Herbipolenſis*) qui admittere non potuit tranſactionem à ſuis Prædeceſſoribus factam cum Prædeceſſoribus Celſiſſimi Abbatis Adverſarii, *uti videre eſt ex Deciſ.* 1028. *& in Deciſ.* 1263. *coram Emerix jun. & in illarum Confirmatoriâ* 26. *Junii* 1696. *coram Emo. D. Card. de La Tremoille.* Acrior inter eosdem inſurrexit controverſia, contendente Principali (ſcil. Epiſcopo Herbipolenſi) Jurisdictionem ſpiritualem & Eccleſiaſticam in Territorio cis amnem Fuldæ poſito pertinere ad Epiſcopatum Herbipolenſem, & prætendente è contra Adverſario, eandem ſpectare ad Abbatiam Fuldenſem.

Delata fuit controverſia ad S. Rotæ Auditorium; & cùm in eo propoſitum fuiſſet dubium: *An, & de cujus bono jure conſtaret, etiam ad effectum manutentionis, ſeu reintegrationis*, nec ulla facta fuiſſet reſolutio die 14. Aprilis 1698. neque die 12. Junii 1699. tandem die 28. Junii 1700. reſponſum fuit: *Conſtare de bono jure Abbatis, etiam ad effectum manutentionis.*

Prima Deciſio Rotalis A. 1700.

Idque ex triplici fundamento. Primò, quia ſuppoſitum, Abbatiam Fuldenſem fundatam ante Epiſcopatum Herbipolenſem, quaſi quòd quandam juriſdictionem nativam tunc conſecuta fuiſſet; *cùm enim Abbatia Fuldenſis cum ſuis terminis fuerit erecta, antequam Epiſcopatus, & Diœceſis Herbipolenſis eſſet in rerum natura, certè in ipſa ſua primæva origine conſecuta libertatem, quâ territorium proprium liberum & exemptum à quacunque Epiſcopali juriſdictione Abbatibus de jure ſolet acquiri,* Secundò, quia prædicta Abbatia obtinuit inſignia privi-

privilegia à ſummis Pontificibus, in quibus illius jurisdictio dativa conſiſtit; *veruntamen ſi quæ adhuc deerant juris adminicula pro conſtabilienda plenaria Abbatis jurisdictione tam paſſiva, quàm activa, illa uberrimè acceſſêre ex privilegiis, quibus Abbatia fuit condecorata.* Tertiò denique, quia Abbatia Fuldenſis erat in poſſeſſione immemorabili, & quadragenaria cum titulo colorato quoad prætenſam jurisdictionem, qua in re conſiſtit jurisdictio præſcriptiva; *cùm explorati juris ſit, Prælatum quemcunque, territorium ſeparatum cum jurisdictione quaſi Epiſcopali ſibi acquirere poſſe immemorabili præſcriptione, imò ſimplici etiam quadragenariâ munitâ titulo, ſeu privilegio, quod juſtam præſcribendi cauſam præbeat*; . *Utraque pleniſſimè ſuffragatur Abbati Fuldenſi.* Quemadmodum pleniſſimè legitur in *Deciſione edita citatâ die* 28. *Junii* 1700. *coram Emo. D. Card. de Tremoille per totum, & ſignanter* §. *Cùm enim* §. *Quæ omnia &* §. *Præterea cùm explorati juris.*

Petita fuit à nobis nova Audientia, & eadem fuit benignè conceſſa; propoſitóque die 16. Februarii 1703. conſueto dubio: *An ſit ſtandum vel recedendum à Deciſis*, perſtitum fuit *in Deciſis*. Sed ex quadruplici fundamento allato pro Abbate Fuldenſi in Deciſione præcedenti E. D. de Tremoille, jurisdictionis ſcilicet nativæ, dativæ, præſcriptivæ præſcriptione immemorabili, & præſcriptivæ præſcriptione quadragenariâ cum titulo colorato; Sacra Rota expreſsè rejecit prima tria fundamenta, & ſe reſtrinxit ad ultimum; *D. D. perſtitère in Deciſis, non jam ex primo & ſecundo præteritæ Deciſionis fundamento, quòd prædictus Abbas gaudeat in ditione Fuldenſi jurisdictione quaſi Epiſcopali cum qualitate nullius, in vim libertatis & exemptionis nativæ, & dativæ; ſed ex tertio præſcriptivæ*; & rursùs: *ex motivo itaque præſcriptionis quadragenariæ tantùm D. D. in deciſis perſtiterunt, uti legitur, & habetur in Deciſione editâ allegatâ die* 16. *Februarii* 1703. *per totum, coram R. Molines Decano, & ſignanter* §. 1. *&* §. *finali.* Secunda Deciſio Rotalis A. 1703

Fundamentis Fuldenſibus ad MISERABILEM HANC QUADRAGENARIAM cum titulo colorato redactis, non fuit cauſa expedita; ſed cùm iterum propoſita fuiſſet die 27. Aprilis 1705. reſponſum fuit*: conſtare de bono jure Abbatis Fuldenſis etiam ad effectum manutentionis in poſſeſſione, & exercitio jurisdictionis ordinariæ quaſi Epiſcopalis in omnibus locis ditionis Fuldenſis.* Iterumque rejectis tam jurisdictione nativâ, quàm præſcriptione immemorabili, S. Auditorium denuo fixit pedes in privilegiis Abbatis conſtituentibus jurisdictionem dativam, & in præſcriptione quadragenaria cum titulo colorato, *in hac demum noviſſimâ diſputatione, denuo poſthabitâ nativâ, rediit ad dativam, ſemper tamen præcipuè, & principaliter figendo pedes in præſcriptione*; *& rurſus convenerunt D. D. Suffragia, illi neceſſariam non fuiſſe immemorabilem, probatam cum neceſſariis requiſitis, vel centenariam, ſed ſatis eſſe præſcriptionem qua-* Tertia Deciſio A. 1705. d. 27. Aprilis.

dragenariam cum titulo expreſſo colorato, quemadmodum legitur & habetur *in Deciſione edita citatâ die 27. Aprilis 1705. per totum, coram R. Decano, ſignanter autem* §. 3. *&* 16. At nobis firmiter impugnantibus hujus Deciſionis aſſertiones, & pro nova Audientia ſtrenuè inſtantibus, die 20. Novembris 1705. dictum fuit, quòd cauſa expediretur, & extenſâ brevi Deciſione, in qua iterum expreſſè rejectum fuit fundamentum jurisdictionis dativæ, & unicum momentum repoſitum in ſæpe decantata quadragenaria cum titulo colorato. *Et imprimis declarârunt D. D. quòd potiſſimum, & principale motivum, in quo fundârunt bonum jus Abbatis Fuldæ ad effectum manutentionis, non ſtetit in privilegio Papæ Zachariæ, aliisque per ſucceſſores Pontifices Abbatibus Fuldæ indultis, de quibus latè actum eſt in tribus cauſæ Deciſionibus, cùm pro comperto habuerint, eorundem privilegiorum verba, & formulas, juxta rigoroſam literæ importantiam, ſolam præſeferre poſſe exemptionem paſſivam Monaſterii, Monachorum, & ſuorum Bonorum acquiſitorum & acquirendorum à poteſtate, jurisdictione & ſubjectione Epiſcoporum, & non exemptionem activam, ſeu jurisdictionem in populum & clerum cum prærogativa territorii ſeparati*, & rurſus; *in eo autem conſtitutum fuiſſe, declarârunt D. D. bonum jus Abbatis, quòd ad ſui favorem concurrit poſſeſſio quadragenaria cum titulo colorato*, uti videre eſt in citata *Deciſione* 1705. *coram R. Decano* §. *Et inprimis*, *&* §. *In eo autem.*

Quarta Deciſio Rotalis 20. Nov. 1705. & prima Sententia ſita *in ſola quadragenaria præſcriptione Fuldæ contra Herbipolim.*

Prolatâ itaque primâ ſententiâ favore partis adverſariæ, causâque per Appellationem delatâ ad R. P. D. Anſàldum, coram eodem die 1. Junii 1708. propoſitum dubium: *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*; & reſponſum fuit pro *Confirm[illegible]*. Sed quia iterum reaſſumpta fuerunt à Defenſoribus Abbatis funda[illegible]a jurisdictionis nativæ, dativæ, & præſcriptivæ, & nos [illegible]uneri noſtro deeſſemus, prædicta omnia ſingillatim impugnavimus; nullus fuit ferè ex D. D. qui adhæſerit fundamento jurisdictionis nativæ; *cæterùm quantumvis usque dum deducta non parùm in ſuo primævo aſpectu viderentur urgere, attamen ſuper hoc primo capite, nemo ferè ex Dominis hodiernæ fecit baſin reſolutionis.* Major præterea pars ſuffragantium exiſtimavit, jurisdictionem dativam Abbatis non ſubſtinere. *Major profectò pars exiſtimavit, reverâ non poſſe in ſtatera juſtitiæ in ſenſu disjunctivo firmari favore Abbatis propriè, & fundatè ſecundum caput prætenſæ jurisdictionis activæ ſeu dativæ.* Et licèt unio ſuffragiorum fuerit quoad præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato, unus tamen ex Dominis illam fortiter impugnavit: *diſſimulare tamen non libet diſſonantiam ab hoc ſenſu unius ſignanter ex D. D. meis hodierna die ſuffragantibus, ut ita magìs veritas elucèſcat*, quemadmodum legitur in *Deciſione editâ citatâ die 1. Junii 1708. coram R. P. D. Anſaldo* §. 18. *& pluribus ſeqq. &* §. 101. *& ſeqq. &* §. 131. *& ſeqq. usque in finem.*

Appellatio à 1. ſententia. & Quinta Deciſio Rotæ A. 1708. ſita in ſola quadragenaria.

Quin

Quin imò cùm ab hac Deciſione petita fuit, & obtenta nova Audientia, & ſubſequenter diſputatum fuiſſet dubium: *An ſit ſtandum vel recedendum à Deciſis*. Fuit quidem perſtitum *in Deciſis*, ſed cum tali ſuffragiorum ſciſſurâ, ut eadem vix explicari poſſit; quandoquidem duo ex D. D. exemplati ſunt omnia fundamenta deducta pro parte Abbatis, Jurisdictionis ſcilicet nativæ, dativæ, & præſcriptivæ, *de novem igitur D. D. in hac Audientia ſuffragantibus duo exemplati ſunt cuncta tria motiva, quæ usque ab initio cumulativè, ac etiam disjunctivè promovebantur, ſive adducebantur ex parte Abbatis, nativæ ſcilicet jurisdictionis, nec non dativæ, ac denique præſcriptivæ pro tota ſua ditione Fuldenſi; alter perſtitit in Deciſis ex ſolo fundamento jurisdictionis dativæ; alter ex D. D. meis & nullibi è converſo figens pedem in præcitato fundamento nativæ jurisdictionis præſcriptæ per ſpatium quadragenarium cum titulo colorato, in deciſis perſiſtebat ex ſolo fundamento dativæ jurisdictionis, ſeu, quod idem eſt, cenſebat ad fundandam jurisdictionem quaſi Epiſcopalem Abbatis Fuldenſis ſat eſſe, inhærere privilegiis Apoſtolicis de per ſe ſolis ſufficientibus; quatuor conveniſſe videntur in præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato. Deveniendo autem ad præſcriptivam, quatuor, imò quinque ſuffragia videbantur in eam inclinâſſe, ſeu condeſcendere, ſed inprimis ille, qui auditis oretenus fundamentis, & rationibus mox allegati ſuffragii*, ſubſequendo idem ſuffragium, quod fuerat directò contrarium, ùt infrà, præſcriptæ, ſive præſcriptivæ jurisdictioni, cenſebatur forſan aliquo modo *ab hoc fundamento reſiliiſſe*; *ſed etiam eo abſolutè enumerato alterum quintum non poterat liquidò adſcribi.* Unus denique diſſenſit ab omnibus, & jurisdictioni præſcriptivæ cum titulo colorato fortiter obſtitit; cui ſubinde unus acceſſit, & alter, eo audito, in eam deſcendit opinionem, ut differretur reſolutio, & ut actus particulares examinarentur, quos Abbas prætendere poteſt, ſe præſcripſiſſe. *Contra hæc tamen inſurrexit non ſolùm idem unus ex D.D. cujus ſuffragium ferè per extenſum fuit allatum in præterita Deciſione, ſed etiam ille, qui, ùt ſuprà, votum præbuerat favorabile Abbati ſuper jurisdictione dativa, & demum acceſſit tertius, qui erat in ſenſu, ut differretur reſolutio, & examinarentur actus particulares, quemadmodum legitur in Deciſione edita die* 2. *Junii* 1710. §. 3. §. 8. §. 33. & §. 35. *coram R. P. D. Anſaldo.* Non obſtante hac votorum inter ſe digladiantium ſciſſurâ, & imperceptibili confuſione non à nobis ſomniatâ, ſed patefactâ in ipſis Deciſionibus Rotalibus, denegata fuit nova Audientia, & deventum fuit ad prolationem ſecundæ ſententiæ. Quo circa, ut aliquale remedium fatali hujus cauſæ infortunio applicaretur, recurſus à nobis habitus eſt ad Eminentiſſimum D. Card. Corradinum, tunc S. D. N. Auditorem, qui perlectis Deciſionibus, & poſt benè ponderata ſuffragia, quæ non poterant dici ex diverſis motivis in unum finem conſpirare, vel ita inter ſe diſcordare, ut unum aliud deſtrueret, mitiùs agendo, operæ pretium eſſe cenſuit, inſinuare oretenus D.D. Auditoribus Rotæ, quòd in hac causâ expediebat, dubia ſeparare, unum ſuper

Sexta Deciſio Rotæ A. 1709. & mira ſuffragiorum ſciſſura.

Secunda ſententia Rotalis, & ſubſequens ſeparatio dubiorum.

naṫiva, alterum ſuper dativa, tertium ſuper præſcriptiva; cùmque cohærenter ad hæc fuiſſet à nobis datus ſupplex libellus, in quo pro ſeparatione dubiorum inſtabamus, ſequens reſponſum emanavit die 13. Aprilis 1711: *Dentur tria dubia diſtincta: primum, An ſententia rotalis ſit confirmanda, quoad nativam; Alterum eodem modo ſuper dativa, & tertium ſuper præſcriptiva cum titulo colorato; quæ duo ultima proponantur in ſequenti Rota. Propoſitâque cauſâ ſuper.* Nativa die 12. Junii 1711. reſponſum fuit, *ſententiam rotalem eſſe reformandam quoad nativam, uti colligitur ex Deciſione edita eâdem die coram bon. mem. R. P. D. Caffarello*; cùmque die 15. ejuſdem menſis, & anni propoſita pariter fuiſſet cauſa ſuper aliis duobus dubiis, dativæ & præſcriptivæ, reſponſum fuit: *quoad dativam iterum proponatur, quoad præſcriptivam confirmandam eſſe ſententiam*; extenſâque Deciſione ſuper præſcriptiva à R. P. D. Caffarello, deventum fuit ad expeditionem cauſæ, & ſic ad tertiam ſententiam.

Septima Deciſio rotæ ſuper nativa contra Fuldam 12. Junii 1711.

Octava Deciſio ſuper præſcriptiva quadragenaria pro Fulda, & conformis tertia ſententia rotalis 15. Junii 1711.

Hucusque DOCTISSIMUS PROSPER DE LAMBERTINIS in ſcripto S. Congregationi particulari à Sanctiſſimo loco ſignaturæ gratiæ deputatæ, exhibito Menſe Auguſto 1714. Quæ deinde porro in hac cauſa Fuldenſi acciderunt, nunc apponuntur ex relatione cauſæ Herbipolenſis ſeu Fuldenſis juriſdictionis, extenſa ab eodem CELEBERRIMO, nunc SANCTISSIMO DOMINO, tunc S. Congregationis Concilii Secretario pro faciliore examine inſtantiæ, quæ in S. Congregatione proponebatur ſuper approbatione concordiæ, initæ Anno 1722. inter Epiſcopum Herbipolenſem, & Abbatem Fuldenſem; quæ relatio S. Congregationi Concilii propoſita fuit die 28. Auguſti 1723. non tamen ſecutâ approbatione prædictâ; ſic verò pergit:

Signatura gratiæ conceſſa contra ſententiam Rotalem Fuldæ favorabilem pro Epiſcopo Herbipolenſi.

Ad evitanda præjudicia ex prolatione trium ſententiarum Rotalium in ſe derivantia, ſupplices preces ab Epiſcopo exhibitæ ſunt ſan. mem. Clementi Papæ XI. qui Congregationem particularem deputavit loco ſignaturæ gratiæ, promotâque in hac Congregatione Inſtantiâ pro avocatione cauſæ à Tribunali Rotæ ad hanc S. Congregationem Concilii; cùm in dicta particulari congregatione ponderatum fuiſſet, totam decidendi rationem pro Abbate Fuldenſi conſtitutam fuiſſe in quadragenaria cum titulo colorato, & eſſe articulum juris conciliaris, an poſt Concilium Tridentinum quadragenaria cum titulo colorato ſufficiat pro acquirenda juriſdictione activa in clerum & populum unà cum territorio ſeparato, reſponſum fuit die 29. Auguſti 1714. *eidem Rotæ cum facultate manutenendi quem de jure, ac conſtito de tribus, diſcuſſo tamen priùs articulo in S. Congregatione Concilii, an quadragenaria cum titulo colorato ſit ſufficiens ad conſtituendum territorium ſeparatum.* Nec mirum, cùm etenim Xyſtus V. *in ſua Conſtitutione* 47. *Congreg.* §. 1. *Bullar. Tom.* 2. privativam indulſerit huic S. Congregationi auctoritatem, interpretandi Decreta S. Concilii, hinc factum eſt, ut, quoties incidit quæſtio ſuper intelligentia alicujus Decreti Concilii, ſi caſus ſit dubius, & aliàs à Congregatione non deciſus, Rota ipſa aut congregationem conſulat, aut ſignificet Partibus, ut ipſæmet adeant Congre-

Remiſſio cauſæ ad Rotam, priùs tamen ad deciſionem articuli, an præſcriptio quadragenaria ſufficiat ad juriſdictionem quaſi Epiſcopalem acquirendam cum territorio ſeparato.

gre-

gregationem, à qua, ubi reſolutionem obtinuerint, redeant poſtea cum ipſa ad Rotam pro cauſæ expeditione, quemadmodum totidem verbis teſtatur *Fagnan. in Cap. Quoniam num.* 38. *de Conſtitutionibus*, *& latè etiam proſequitur R. P. D. Petra ad Conſtitutiones Apoſtolicas Tom.* 4. *in notis ad conſtit.* 10. *Martini V. num.* 31. *&* 32.

Cohærenter ad hæc in S. Congregatione Concilii habita die 3. Octobris 1716. propoſitum fuit dubium: *An quadragenaria cum titulo colorato ſit ſufficiens ad præſcribendum territorium ſeparatum in caſu.* Cúmque tunc nulla capta fuiſſet reſolutio, ſed Secretario tunc temporis demandatum, ut partibus inſinuaret recurſum ad Auditorem SANCTISSIMI pro præciſa declaratione controverſiæ à S. Congregatione decidendæ; Scripturæ quippe Epiſcopi Herbipolenſis articulum in abſtracto proponebant, & ſcripturæ Abbatis Fuldenſis non ſolùm erant in concreto exaratæ, ſed totam cauſam comprehendebant. Die tandem 15. May 1717. cùm ea, quæ à Partibus erant adimplenda, non fuerint adimpleta, reſponſum eſt, cauſam non eſſe in abſtracto proponendam, uti habetur lib. 67. decret. pag. 218. Propoſitio hujus articuli coram S. Congreg. Concilii.

Dubium ſufficientiæ vel inſufficientiæ quadragenariæ cum titulo colorato pro acquirendo territorio ſeparato, nec in abſtracto, nec in concreto, fuit amplius unquam in hac S. Congregatione propoſitum; ſed cùm nonnulli in Italia, & alii extra Italiam Epiſcopi conſtituti, in literis ſan. mem. Clementi Papæ XI. ſcriptis humiliter expoſuiſſent, propoſitionem admiſſam, & firmiter comprobatam in Rotalibus Deciſionibus, acquiri videlicet poſſe ab inferiore Prælato territorium ſeparatum per quadragenariam præſcriptionem cum titulo colorato, nedum Epiſcoporum, ſed etiam S. Sedis auctoritati eſſe præjudicialem, nec cohærere cum principiis Juris Canonici, & cum opinionibus in eodem Rotæ Auditorio, & ſacris Congregationibus receptis; placuit Beatitudini ſuæ particularem Congregationem ad referendum deputare, à qua ſequens prodiit Decretum auctoritate ſubinde Apoſtolicâ roboratum. Deinde coram S. Congregatione particulari.

Decretum Sacræ Congregationis Particularis.

IN Congregatione particulari à Sanctiſſimo Domino Noſtro die 3. Auguſti 1718. ſpecialiter deputata E. E. D. D. Judice, Vallemani, Paracciani Præfecti S. Congregationis Epiſcoporum & Regularium, Corradini Præfecti S. Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, Scotti Præfecti Signaturæ Juſtitiæ, nec non R. R. P. P. D. D. Petræ prædictæ S. Congregationis Epiſcoporum & Regularium Secretarii, Lancettæ Sacræ Ro- Decretum S. Congregationis particularis à f. m. Clemente XI. probatum, *Quadragenariam non ſufficere.*

tæ Romanæ Decani, Cerri ejuſdem Rotæ Auditoris, Anſidei Aſſeſſoris Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & mei infrà ſcripti Secretarii memoratæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, & hujus quoque particularis Congregationis Secretarii, ut in ea videlicet examinaretur, an ad tramites Sacrorum Canonum, ſacríque præſertim Concilii Tridentini, poſſit inferior Prælatus territorium ſeparatum, & jurisdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in clerum & populum, cum ipſius Epiſcopi excluſione, in aliquo ſpeciali loco acquirere per quadragenariam præſcriptionem, unà cum titulo colorato; prædicti E. E. D. D. & R. R. P. P. particularem Congregationem conſtituentes, inſimul congregati in ædibus Eminentiſſimi Judice die 3. Januarii hujus Anni 1721. poſt maturum, & diligentiſſimum materiæ examen, unanimiter reſponderunt, *non poſſe; ſed pro acquiſitione territorii ſeparati, prædictæque jurisdictionis, omnino requiri aut clarum, & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum privilegium, aut conſuetudinem immemorabilem cum ſuis omnibus requiſitis ritè probatam, per quam Apoſtolicum privilegium de jure præſumi valeat.* An autem admiſſo vero Apoſtolico privilegio de ſui natura apto ad ſeparationem territorii, & conceſſionem jurisdictionis ordinariæ quaſi Epiſcopalis in clerum & populum cum excluſione Epiſcopi in aliquo determinato loco, ſed aliquam rationabilem dubietatem, aut diſputationem admittente, ſubſequens uniformis quadragenaria, aut per aliud legitimum tempus continuata obſervantia favens Prælato inferiori in qualibet actuum ſpecie ordinariæ & quaſi Epiſcopalis jurisdictionis deſervire valeat pro dicti Apoſtolici privilegii interpretatione, prædicti E. E. D. D. & R. R. P. P. dixerunt, id dependere à ſingulis caſuum, & factorum circumſtantiis, & ſic dandum eſſe reſponſum à ſuis judicibus ſuper hac re in caſibus particularibus. Factâque per me prædictorum omnium S. D. N. relatione, die 14. Januarii hoc Anno 1721. Sanctitas ſua approbare dignata eſt, & præſens Decretum publicari mandavit.

Proſper de Lambertinis Sacræ Congregationis particularis Secretarius.

Quid verò poſtea contigerit in eadem cauſa, tum ex §. 24. hujus ſcripti, & ſeqq. tum ex hoc Summario Num. X. pateſcit.

III.

III.

Breve Benedicti Papæ XI. cum enuntiativa Monaſterii Fuldenſis MOGUNTINÆ DIOECESIS, cujus originale extat in Archivio Moguntino.

Enuntiativa MOGUNTINÆ DIOECESIS de Monaſterio Fuldenſi ex Bulla Benedicti XI.

BEnedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto Filio Abbati MONASTERII FULDENSIS MOGUNTINÆ DIOECESIS ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Pium eſſe dignoſcitur, ut gloriantibus in malitia per nos taliter obſiſtatur, quòd repreſſis eorum inſultibus vacantes divino cultui liberiùs poſſint in obſervàntia mandatorum Domini delectari; Cùm itaque dilectæ in Chriſto filiæ, Magiſtra & conventus Monaſterii de Rettres ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis per Magiſtram ſoliti gubernari, Præmonſtratenſis Ordinis Moguntinæ Diœceſis, ſicut ex parte ipſarum fuit propoſitum coram Nobis, à nonnullis, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, multipliciter moleſtentur; Nos volentes earundem Magiſtræ & conventûs providere quieti, & moleſtatorum ipſarum malitiis obviare, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictis Magiſtræ & conventui adversùs prædonum, raptorum, & invaſorum audaciam efficaci præſidio defenſionis aſſiſtens non permittas, eas in perſonis vel bonis earum à talibus indebitè moleſtari. Moleſtatores hujusmodi per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, attentiùs proviſurus, ne de his, ſuper quibus lis eſt fortè jam mota, vel quæ cauſæ cognitionem exigant, & quæ perſonas & bona non contingunt ipſarum, te aliquatenus intromittas, nec in Epiſcopos, alióſve Superiores Prælatos Excommunicationis vel ſuſpenſionis, aut in Univerſitatem aliquam Interdicti ſententias promulgare præſumas.

Nos enim, ſi ſecus præſumpſeris, tam præſentes literas, quàm etiam proceſſum, quem per nonnullorum auctoritatem haberi contigerit, omnino carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis; Hujusmodi ergo Mandatum Noſtrum ſic prudenter & fideliter exequaris, quòd ejus fines quomodolibet non excedas, præſentibus poſt triennium minimè valituris. datum Peruſii 5ta Calendis Junii, Pontificatûs noſtri Anno primo.

Cosmas

BENEDICTUS P. P. XI.

C IV.

IV.

Commiſſio Danielis Archi-Epiſcopi data Leonhardo Abbati S. Jacobi, & Joanni Mœringk Officiali Moguntino ſuper Examine Electi Abbatis Monaſterii Fuldenſis. de dato ex Burgo S. Martini in civitate Moguntina die 26. Julii anno 1569.

DAniel &c. Venerabili ac honorabili Leonhardo Abbati Monaſterii Montis S. Jacobi prope muros Moguntinos, & Joanni Mœringk Sacrorum Canonum Doctori, Officiali & Judici ordinario S. Sedis noſtræ Moguntinæ, gratiam & Salutem ſempiternam in Domino; Quoniam poſt obitum Reverendi in Chriſto Patris Georgii Schenck à Schweinsberg quondam Abbatis Monaſterii Fuldenſis, Ordinis divi Benedicti *noſtræ diœceſis*, religioſi nobis in Chriſto dilecti Decanus, ſenior & capitulum, ſive fratres ejusdem Monaſterii in loco capitulari & debitis Solennibus in locum defuncti Abbatis maturo conſilio & communibus votis Reverendum & religioſum, Dominum Wilhelmum Clauuern de Wahra, præfatíque Monaſterii profeſſum Monachum, ex nobili familiâ âb utroque parente ex legitimo matrimonio procreatum, amicum noſtrum in Abbatem novum ejusdem Monaſterii capitulariter elegerunt; Ideo dictus Wilhelmus electus, ſimul & Decanus reliquíque conventuales nos amicè humilitérque requiſiverunt, quatenus ſuper Canonica Electione ipsâ, aliísque qualitatibus, præſertim autem ſuper Confeſſione Catholicæ fidei ipſius electi Abbatis, juxta definitionem & ſtatuta ſacro-ſancti univerſalis Concilii Tridentini ad ſolennem inquiſitionem procedere, nec non quatenus opus ſit, etiam teſtes quosdam deſuper deſignatos ſolenniter examinare dignaremur; Sed quia nobis præ aliis publicis graviſſimísque negotiis ejusmodi inquiſitioni atque examini vacare non licet, ideo vobis, ùt de quorum fide & induſtriâ non dubitamus, capitula ſive articulos quosdam Canonicæ factæ electionis, ſimul & confeſſionis Catholicæ fidei, & aliorum præfatorum ſolennium vobis transmittimus, committentes vobis *authoritate noſtrâ ordinariâ Archi-Epiſcopali*, ut ſuper illis ipſum Electum Abbatem, nec non teſtes vobis nominatos, ſive nominandos debito modo examinare, aliâque omnia & ſingula ad ejusmodi inquiſitionis

onis negotium requiſita perficere valeatis, & debeatis; Præterea volumus & mandamus, quatenus vobis, & quorſum propterea accedendum erit, accedatis, ſive idoneum nuncium mittatis, & teſtes, qui nominati vel nominandi ſunt, coram vobis citari, & produci faciatis, eósque in formâ juris recipiatis; Illos verò, qui ſe gratiâ, odio, vel favore, aut aliâ ſiniſtrâ machinatione ſubtraxerint, per cenſuras Eccleſiaſticas ad jurandum, veritatiſque teſtimonium perhibendum compellatis, aliáque omnia circa præmiſſa neceſſaria ſive opportuna cum omnibus ſuis annexis & dependentiis faciatis, & expediatis, dicta verò & depoſitiones unà cum proceſſu hujus examinis in formula juramenti publici concluſa, & ſigillo veſtro obſignata præfato Abbati Electo, aut ejus legitimo procuratori., ad utendum illis in Romanâ curia, tradi mandamus.

V.

Tranſactio Decanum & Conventum Monaſterii S. Andreæ novi montis prope Fuldam inter, & Archi-Epiſcopum Bertholdum inita ſuper fructibus biennalibus, & aliis juribus diœceſanis anno 1487. ipsâ die decollationis S. Joannis Baptiſtæ & Martyris.

NOs Heinricus Decanus totúſque conventus Monaſterii S. Andreæ novi Montis prope Fuldam *MOGUNTINÆ DIOECESIS*, notum facimus pro Nobis & ſucceſſoribus noſtris, cùm Paſtoria Eccleſiæ Parochialis in Flanſtatt inferiori dudum ad noſtram menſam conventualem incorporata exiſtit, prætextu *cujus biennales fructus* R. D. *MOGUNTINENSI* debiti, certis annis & vicibus minùs ſoluti extiterunt, de quo debito ac etiam de futuris cum Rmo. Domino noſtro Bertholdo ſanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopo conpoſuimus, & juxta quarundam literarum formam per Nos & ſucceſſores noſtros perpetuò ſervandam concordavimus, quarum tenor ſequitur, & eſt talis: Bertholdus Dei gratiâ ſanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius ac Princeps Elector, ad futuram rei memoriam. Ortâ nuper dubitatione apud Religioſos Nobis in Chriſto dilectos, Decanum & Conven-

Decanus Fuldenſis & Monaſterium *S.* Andreæ Fuldæ proximum fatentur ſe eſſe *Moguntinæ Diœceſis* A. 1487.

Fructus biennales ex Parochiali Eccleſiâ in Flanſtatt prope fuldam deberi Archi-Epiſcopo Moguntino quà Diœceſano.

Eadem Enuntiativa Moguntinæ Diœceſis.

Tranſactio ſuper his fructibus Ordinario debitis interventu Abbatis Fuldenſis inita, inter Archi Epiſc. Mog. & Monaſterium S. Andreæ prope fuldam.

Stipulatio pro ſubſidiis aliis Ordinario Moguntino præſtandis, nec non pro Cathedratico aliisque Juribus Epiſcopalibus.

tum Monaſterii S. Andreæ novi Montis prope Fuldam Ordinis S. Benedicti NOSTRÆ DIOECESIS, ſuper certi debiti retardati pecuniarum Summâ, in qua eosdem Decanum & Conventum nobis in ſolutionem fructuum biennalium prætextu Paſtoriæ Eccleſiæ Parochialis in Flanſtatt inferiori, quæ eisdem Decano & Conventui ad menſam Conventualem dudum, ùt aſſeritur, incorporata exiſtit, obnoxios eſſe compertum eſt, quam debiti ſummam, cùm grave dicto Monaſterio foret, uno contextu promptè ſolvere, unde contemplatione Reverendi in Chriſto Domini Joannis Abbatis Monaſterii Fuldenſis Avunculi noſtri chariſſimi, ejúsque interventu & inſtantiâ adducti, parte debiti certâque ſummâ pecuniæ receptâ, Decanum & Capitulum præfatum de præterito debitò in totum liberavimus, quietavimus, liberamus, quietamúsque per præſentes, & nihilo minùs impoſterum contemplatione Profeſſionis prædictorum Decani & Capituli omnem ambiguitatem reſcindere, tolerabilémque modum circa taxam & ſolutionem biennalium de dicta *Eccleſia nobis & Succeſſoribus noſtris* pro tempore fiendam dari & moderari volentes, tractatu & conſultationibus præhabitis, de voluntate & aſſenſu dictorum Decani & Conventûs Monaſterii S. Andreæ prædicti convenimus, tranſegimus, *generoſéque* conſtituimus, ut quotienscunque, deinceps per ceſſum, deceſſum, amotionem aut alium quemcunque modum, Decanum ejusdem Monaſterii eligi, aſſumi, aut admitti contigerit, idem Decanus taliter electus, aſſumptus, aut admiſſus, & etiam Conventus Nobis & ſucceſſoribus noſtris pro fructibus biennalibus occaſione PASTORIÆ ECCLESIÆ PRÆFATÆ totiens quotiens quinquaginta florenos auri rinenſis, Commiſſariis etiam Noſtris de Officii Juribus ſatisfacere, ac *etiam ſubſidia pro tempore imponenda* juxta dictæ Eccleſiæ taxam conſuetam ſolvere, *aliisque juribus Epiſcopalibus & Cathedraticis* integraliter ſinè exceptione reſpondere teneantur. Quam quidem gratiam, ordinationem & taxam favore Monaſterii prædicti per Commiſſarios noſtros pro tempore, obſervari præcipimus & mandamus. Datum apud Arcem ſancti Martini in Civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro decimâ nonâ Auguſti Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo.

Quam quidem concordiam, transactionem & ordinationem nos Henricus Decanus, & Conventus prædicti Monaſterii acceptamus, & pro nobis ac ſucceſſoribus noſtris ratificamus & approbamus, promittentes eam perpetuò & inviolabiliter ſervare, Reverendiſſimóque Domino, ac ſuæ Paternitatis ſucceſſoribus juxta ejusdem formam & continentiam omni prorſus Exceptione remotâ ſatisfacere. In cujus rei teſtimonium, & evidens robur Conventûs noſtri ſigillum præſentibus duximus appendendum.

VI.

VI.

Literæ Philippi Abbatis Fuldenſis ad Albertum Cardinalem & Archi-Epiſcopum Moguntinum, in quibus petit conſtitui Commiſſarium pro more, qui pro conſervanda jurisdictione Diœceſana Moguntina, ſubditis ſuis in cauſis Eccleſiaſticis juſtitiam adminiſtret. de dato Fuldæ Lunæ poſt Simonis & Judæ Anno XLI.

PRæviâ obſequiorum noſtrorum & omnis boni oblatione R. in Chriſto Pater, Illuſtriſſime Princeps, in primis dilecte Domine & Amice. Dilectioni veſtræ peramanter hiſce notificamus, quòd interea temporis, quo Regimen Eccleſiæ noſtræ ſuſcepimus, caſus multiplices & varii matrimoniales & ſponſalitii, ab una vel alterâ perſonâ prætenſi contigerint, qui ad noſtram noſtrique Regiminis aulici audientiam delati ſunt; quia verò iidem ſæpiùs amicabiliter componi per illos non potuerunt, ſæpe numero ad judicium Eccleſiaſticum, ubi cauſas ejusmodi & ex præſcripto juris decidi convenit, per decreta remiſſi ſunt. Nunc verò illi, qui in *Dilectionis veſtræ Diœceſi* habitant, multiplici prece me ſollicitant, quòd quidem decreto dato parere parati ſint, in eo autem notabiliter graventur, quòd à longè jus exſpectare cogerentur, & cùm ſæpius famuli ſint, & famulæ ruſticorum, ipſis

Uunſer freündwillig dienſt, unnd was wir liebs unnd guts vermogen zuvor Erwirdigſter inn Gott Vatter, Hochgeporner Fürſt, beſonder lieber Herr und freündt. E. L. fügen wir hiermit freündlich zu vernemen, daß ſich ein zeithher Unſers angeendes Regiments inn Unnſerm ſtiefft viell unnd mancherley ſachenn unnd casus matrimoniales, alſo, daß ein perſon die andere umb die ehe angeſprochen, zugetragen, unnd begebenn haben, die für Uns unnd Unſere Hofreth zu Verhor kommen ſeinn, dieweil aber dieſelbigen in der guth durch ſie offtermals nit entſcheidenn haben werden mogen, ſindt ſie jetzuzeytenn ann das geiſtliche gericht, da dann ſolche ſachen ordtentlicher, unnd geburlicher weiſß geordert werden ſollenn, durch beſcheidt gewiſen, wir werden aber jetzo vilſeltiglich vonn denn ihennigen, ſo in E. L. dyoceſi wonhafftig, angelauffen, mit anzaig, des ſie den

ent-

ipſis è converſo propter viæ diſtantiam, & paupertatem iis in locis, ubi Dilectionis veſtræ judicia Eccleſiaſtica jus dicerent, cauſas ſuas proſequi partim maximè difficile, partim etiam impoſſibile ſit, inſuper etiam Dilectio veſtra *pro conſervandâ rerum ſpiritualium jurisdictione ordinariâ Commiſſarium*, coram quo caſus ejusmodi & cauſæ deciſæ fuiſſent, *in noſtra Eccleſia, & Dilectionis veſtræ Diœceſi* habuiſſet, humillimè rogantes, ut notabiles ejusmodi expenſas & alias inde ſecuturas moleſtias præcavere, & eorum tanquam ſubditorum noſtrorum cauſas tueri dignaremur. Poſtquam autem multipliciter licèt requiſiti â noſtris, tanquam in alienam meſſem nos intromittere noluimus, & in certam nihilominùs notitiam devenimus, quòd Dilectioni veſtræ ratione cauſarum harum Commiſſarium noſtra in Eccleſiâ conſtituere competat, & eapropter à R. in Chriſto Patre proximo noſtro prædeceſſore felicis recordationis aliquoties ſupplicatum fuerit; Nos igitur Dilectionem veſtram peramanter rogamus, ut illum Eccleſiæ veſtræ Prælatum, cui jus eſt, de hoc providere officio, ad id munus decenter & quàm citiſſimè alicui demandandum compellere dignetur, ut continuis ſolicitationibus liberati, & noſtri, ac ſi juris auxilio deſtituti eſſent, conquerendi cauſam non habeant, nec non moleſtiis & difficultatibus inde orituris via præcludatur. Dilectio veſtra in eo ſe propenſum exhibere dignetur, id quod Eccleſiæ Dilectionis veſtræ *in conſer-*

entpfangenen abſcheidt nach williglich nachzukomen geſinnet, aber inn dem mercklichen beſchwerdt weren, das ſie das recht ſo vern ſuchen ſolten, unnd die weill es dann zum offtermals dinſtknecht, und bauersmeydt ſein, & è converſo were Inen von ferne des wegs unnd auch beleſtigung des armuts ire ſachenn an den ortten, da E. L. die geiſtliche gericht hieltenn, außzufuren, zum theil hochbeſchwerlich, auch eins theils unmuglich, zu dem, daß auch E. L. alweg zu erhaltung dero ordentlichenn Jurisdiction rerum ſpiritualium einen Commiſſarium, für welchem ſolch unnd dergleichen ſachen und Felle furgenomen worden weren, in Unſerm ſtifft, unnd E. L. dioceſi gehabt hetten, undertheniglichs Vleiſß bittende, ſie für ſolchem mercklichem Uncoſt, und andern darus erfolgentenn unradt zu Verhuttenn, unnd die ſachenn als Unſerer underthanen für Uns zu rechtvertigung anzunemen ꝛc. Nachdem wir uns aber eines ſolchen über vilfeltige anſuchung deren Unſern nit haben tanquam in alienam meſſem einlaſßenn wollen, unnd dann noch inn glenbliche erkundigung kommen, daß E. L. dero ſachenn halbenn einen Commiſſarium inn Unſerm ſtifft zu haltenn, geburth, auch hierumb von dem Erwirdigen in Gott Vatter Unſerm Neſſen Vorfarn ſeliger gedechtnis zu etlichen malen beſchrieben worden; ſo gelangt hierauff an E. L. Unſer freindtlich bith, ſie wollen bey Irer ſtifft prelaten, dem ſolch ampt zu beſtellenn geburth, furderlich Verfugenn,

vatio-

vationem antiquæ juriſdictionis conducit, & pauperibus eſt etiam utilitati, nos etiam, quia de ſe æquum eſt, libenter & gratanter demerebimur.

daſſelbige gepurender weis zum ſchierſtenn zu beſtellenn, damit wir deß Vilfeltigenn anlauffens enthabenn, unnd die Unſern als ob ſie rechtloß gelaſſen, ſich nit zu beclagen haben, auch ſunſt weitterung, unnd anderer Unrath, ſo darauß enſten mocht, Verkomen werde, E. L. wollen ſich in dem gutwilliglich erzeigen, das gebeiet derſelbigen ſtiefft, zu erhaltung herbrachten gerichtparkeitt, und kompt den armen zu guten, ſo wollen wir es zu dem, daß es auch Im ſelbſt pillich gern unnd freündtlich Verdinnen.

VII.

Proviſio Blaſii Byn de Officialatu per diſtrictum Fuldenſem Moguntinæ diœceſis. De dato Aſchaffenburgi die 19. Septembris Anno 1543.

ALBERTUS &c. Honorabili Blaſio Byn *Vicario in oppido Fuldenſi Moguntinæ Diœceſis* devoto, & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Subditorum commodis, quantum valemus, paſtorali ſollicitudine providere, & eos à laboribus & expenſis relevare cupientes, Te, de cujus legalitate, induſtria & probitate plenam fiduciam gerimus, *in judicem ac officialem noſtrum*, ac executorem ſtatutorum provincialium per diſtrictum Fuldenſem DICTÆ NOSTRÆ MOGUNTINÆ DIOECESIS maturâ deliberatione prævià deputandum, ordinandum & creandum duximus, & tenore præſentium deputamus, creamus & ordinamus, committendo tibi Judicatûs officii juriſdictionem & poteſtatem, cum omnibus honoribus & oneribus, ut in oppido Fuldenſi præſideas, ad audiendum, cognoſcendum, decidendum & fine debito terminandum omnes &

Singu-

ſingulas cauſas, tam civiles quàm prophanas, nec non ſpirituales, matrimoniales & mixtas, ad forum Eccleſiaſticum tam de Jure quàm conſuetudine pertinentes, cujuscunque naturæ exiſtant, inter quoscunque prælatos, conventus, capitula, collegia, univerſitates, nec non ſingulares perſonas, clericos, & laicos, cujuscunque dignitatis, ſtatûs, ordinis, vel conditionis exiſtant, *in diſtrictu Fuldenſi dictæ noſtræ Moguntinæ Diœceſis* contingentes, per viam ſimplicis querelæ introductas ſeu introducendas ſeu movendas, cum omnibus & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis ad exequendum & faciendum, quod decreveris per Cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, ſtatuta etiam tam provincialia quàm ſynodalia, cenſuráſque & pœnas in eisdem contentas declarandum, ſublevandum & exequendum, de criminibus inſuper, exceſſibus & delictis per viam inquiſitionis, denunciationis vel accuſationis inquirendum, & procedendum, ac perſonas quascunque, qualescunque exceſſus & crimina perpetrantes, corrigendum, emendandum, atque puniendum, & mulctandum, & præterea tibi, ut rectoribus Eccleſiarum parochialium, & beneficiatorum Eccleſiaſticorum cum curâ vel ſine curâ *per dictum diſtrictum Fuldenſem* conſiſtentes vel conſiſtentium pro tempore plenam licentiam, ut in ſuis parochialibus Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſticis, quæ obtinent de præſenti & obtinebunt, reſidere minimè teneantur; nec ad id inviti valeant coerceri ad tempus & tempora, de quibus tibi videbitur expedire, ex cauſis tamen rationabilibus animum tuum ad hoc moventibus; proviſo tamen, quod ipſa beneficia Eccleſiaſtica interim debitis propterea non defraudentur obſequiis, & animarum cura, ſi qua illis immineat, nullatenus negligatur, dare & concedere. Fertones quoque funerales, nec non bona clericorum ab inteſtato decedentium, ac fructus biennales, ac teſtamentorum debitam rationem fideliter exigere, & colligere, ac de receptis quietare poſſis & valeas. Inſuper litteras & proceſſus Apoſtolicos videndi & examinandi, ac teſtimoniales litteras ſuper eisdem dandi & concedendi vice & auctoritate noſtrâ tibi tenore præſentium licentiam plenam damus & facultatem, contradictores & rebelles in præmiſſis per cenſuram Eccleſiaſticam, aliáque Juris remedia compeſcendo. Teſtes verò, qui nominati fuerunt, ſi ſe gratiâ, odio vel favore ſubtraxerint, ſimili cenſurâ compellas, veritati teſtimonium perhibere, in eo mandato noſtro ſatisfacturus, præmiſſis omnibus usque ad expreſſam noſtram revocationem firmiter duraturis.

VIII.

VIII.

Epiſtola Balthaſaris Abbatis Fuldenſis ad Gregorium XIII. P. M. de die 19. Sept. 1575. in Archivio Vaticano ſuperſtes pro impetrandâ Epiſcopali jurisdictione Fuldenſi.

SAnctiſſimo Domino Gregorio Divinâ Providentia Papæ XIII. Beatiſſime Pater. Cùm intellexiſſem, unicè S. V. deſiderare, ut Sacroſancti Concilii Tridentini Decreta in meo Principatu executioni mandentur, nihil quoad ejus fieri potuit, intermittendum duxi, quo ejusdem deſiderio planè ſancto fieret ſatis; verùm cùm negotium aggredior, in ipſo quaſi limine ejusmodi occurrerunt difficultates, ut iis non ſubmotis, aut omnino non, aut ægrè admodum, procedi poſſe exiſtimarem.

Ingreſſus ſpecioſus de obſervantia S. Concilii Tridentini urgenda.

Quarum quidem difficultatum una eſt, quod ditio, ac Principatus, cui Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ præſum, nullam certam hoc tempore habeat Eccleſiaſticam jurisdictionem; quamvis enim ex antiquis literis hoc conſtet, ſic hanc rem ſuperioribus temporibus diſtributam; ut tripartita hæc jurisdictio eſſet, cujus pars una ad Abbates Fuldenſes meos Prædeceſſores piæ memoriæ pertineret, reliquæ inter MOGUNTINUM METROPOLITANUM & *Herbipolenſem Epiſcopum* eſſent diſtributæ; ſic tamen hæreſis, malorum fons omnia turbavit; ſic Epiſcopi ſuis, iisque vicinioribus locis tuendis occupati fuerunt, ſic nemo ferè, ùt in re perturbata ac pene deſperata, huic ditioni proſpiciendi curam impendit, ut jam, quid cui Epiſcopo juris competat, aut ignoretur, aut in dubium vocetur, aut certè cum maximo animarum damno negligatur. Hinc enim fit, ut nobiles Vaſalli mei, quorum ferè hæreſi occupati ſunt animi, cùm hanc animadvertunt cunctationem, ſibi jus Eccleſiaſticum uſurpent, Parochos non latenter, ſed palàm hæreticos conſtituant, aliaque faciant, quæ Integritati Catholicæ fidei, & Animarum Saluti quàm maximè adverſantur. Quam rem cùm magno animi mei cum dolore videam quotidie, tum id magis affligit, quòd, cùm ſuccurrere cupiam in omnibus, & poſſim Dei & S. V. auxiliis fretus, in multis unâ hac re im-

Fatetur Abbas Moguntinum Metropolitanum, eique partem Jurisdictionis in ditione Fuldenſi competere, partem Herbipolenſi Epiſcopo.

Allegat horum vel impotentiam vel negligentiam,

Timet, ne mittat falcem in meſſem Epiſcoporum, jus quaſi Epiſcopale exercendo.

impediar, ne non cognitis terminis cujusque jurisdictionis, *falcem meam mittam in meſſem Epiſcoporum.* Quod cum ſciant Nobiles illi, me ordinis Hierarchici, quem ipſi turbant, cupidiſſimum eſſe, etiam quando ex iis locis hæreticos concionatores abegi, quæ loca meæ jurisdictionis exiſtimabam, communicato inter ſe conſilio, ita ad me ſcripſerunt, ut viderem, quousque ſe mea jurisdictio Eccleſiaſtica extendat, rati, & quidem non malè, hunc ſcrupulum efficaciſſimum fore, ad me ab incœpto deterrendum.

Hoc ipſum dicit ſibi objici ab aliis efficaci ſcrupulo.

Ex hac deinde jurisdictionis confuſione aliud ſequitur incommodum, quod tale eſt, B. P. Hactenus hæreſibus omnia occupantibus, feſti Sanctorum in cœlis degentium dies aut fuerunt neglecti, aut contemptim culti; Cui ergo rei, cùm, ſicut debeo, remedium adhibere volui, invenio, *alia feſta Moguntinam Eccleſiam*, alia Herbipolenſem obſervare, ex quo mihi duplex oritur difficultas; Prima, quod neſciam, quæ mei Principatûs loca Herbipolenſem, *quæ Mog. Eccleſiam ſequi debeant*; Altera, quòd etiamſi in quibusdam locis id ſciri fortè poſſit aliquo modo, diverſitas tamen illa feſtorum in locis planè conjunctis, & deformitatem pariat, & offendiculum generet rudibus, quosdam etiam alieniores faciat à Catholica religione, qui, cùm videant in vicinorum locorum altero feſtum diem celebrari, in altero minimè, hinc ſtatim colligunt, ergo & Catholicos in religione diſſidere. Quod argumentum, ùt lève apud peritos, mirum quantùm valeat apud ſimplices, & Hæreticorum clamoribus imbutos animos. Accedit hisce tertium ex eodem fundamento impedimentum. Sunt in meo Principatu non pauci, qui matrimonia contraxerunt, à quibus vel à ſanguinis conjunctione, vel affinitate ſpirituali prohibebantur, idque vel ignorantiâ, vel hæreticorum perſuaſione fecerunt; hiſce cùm perſuaderi non poſſit, ut ſponte ſuâ ea matrimonia diſſolvant, timent enim ſuam liberorúmque infamiam, tum illud, quod unum reſtabat remedium, ut *ordinarii judicis* vel exſpectent ſententiam, vel petant diſpenſationem; hoc etiam ſublatum, aut vehementer impeditum, ſublatum quidem, cùm, quæ perſonæ ad quod Conſiſtorium remittendæ ſint, ignoretur, ob dictam jurisdictionis perturbationem; Impeditum, cum ii, de quibus veriſimili ratione aliquâ colligi poſſet, fortaſſis, quòd *ad forum Eccleſiaſticum Moguntinæ*, aut Herbipolenſis Eccleſiæ pertineant, propter locorum diſtantiam, & perſonarum paupertatem eò non recurrant.

Fatetur alia feſta cum Moguntina, alia cum Herbipolenſi Eccleſiâ celebrari in Fuldenſi ditione.

Fatetur Cauſas Matrimoniales ſpectare ad Moguntinos & Herbipolenſes Præſules.

Denique B. P. plurima beneficia ſæcularia, tam ſimplicia, quàm curata, in hac ditione à piis hominibus olim fundata, dotata, & inſtituta ſunt, & aliquorum quidem Jura, conſignationes redituum, aliáque ad ea pertinentia, usque adeò temporum injuriâ interciderunt, ut nec de collatore, nec de proventibus, nec de oneribus quidquam certi conſtare poſſit; aliquorum proventus tam exigui, ut

Artificiosè proſequitur.

ut Sacerdotibus, qui onera ſupportent, alendis non ſufficiant; aliquorum collatio, dum vel Nobiles Laici eam ſibi vendicant, vel Clerici extra meam ditionem conſtituti, dubia eſt; aliquorum poſſeſſores intruſi, iique hæretici, vel aliqua alia de cauſa minùs idonei, quo fit, ut, niſi ſatis maturè huic rei conſulatur, piæ voluntates decedentium depereant, indigni in Eccleſiaſtica bona involent, hoſtes Eccleſiæ ab ipſa Eccleſia, & ejus ſinu foveantur.

Quæ cùm ita ſint, B.P. tum medium, quod mihi occurrit, humili ac ſupplici animo & affectu, quo filius obediens amantiſſimo Patri debet, manifeſto, quod quidem illud unum eſſe videtur, ſi duæ illæ partes, *quæ à vicinis Epiſcopis adminiſtrari debent*, vel alteri illorum committantur, vel ei, qui tertiam partem ab antiquo adminiſtrat, hæ quoque adminiſtrandæ tradantur.

Totum Principatum Fuldenſem uni Epiſcopo conſignari petit.

In hac re, quod ad meam Perſonam attinet, utique ſentio, B.P. quàm non honor, ſed onus ſit futurum, ſi præter eam partem, quam adminiſtro, plus laboris mihi adjiceretur, *malimque propterea Epiſcoporum alteri duas illas, quas modò diviſas habent, unitas tradi*, dummodò ab eo cura adhibeatur, ut Nobilium in Eccleſiaſticam libertatem & Juriſdictionem irruptio comprimatur, hæretici concionatores pellantur, boni Catholici ſubſtituantur, aliáque fiant, quæ ſinè multorum odio, diligenti curâ, ſumptu & labore fieri non poſſunt.

Et quidem perquàm ingenioſè ſibi.

Cùm autem Eccleſiarum vicinarum Epiſcopi ſuis peramplis Diœceſibus occupati, minùs ad meos ſubditos attendere poſſint, cùm talis ſtatus rerum in mea ditione, ut niſi aſſidua cura adhibeatur, non ſolùm Juriſdictio Eccleſiaſtica intercidat, ſed & fides pereat, & ſalus animarum negligatur; ſi ita juſſerit S.T. obedienter, quod Majores mei in parte ditionis ſuæ fecerunt, *ut omnia adminiſtrarent, quæ non erant Ordinis Epiſcopalis*, id ego in toto Principatu ſuſcipiam; nec tantùm apud me valebit cura, labor, ſumptus, quorundam etiam imprudentium ſiniſtra interpretatio, quantum deſiderium ſalutis animarum. Id ſolum cuperem, ſi hoc ſic utile judicaretur, me hunc laborem ſuſcipere, *Epiſcopi intelligerent, non meæ hoc eſſe petitionis, ſed voluntatis S.T.* quamvis autem ego, qui utriusque Epiſcopi Perſonam novi, nihil dubitem, quin *ipſi per ſe hanc oneris ſui ſublevationem* libentiſſimis animis ſint audituri, & erunt tamen fortaſſe cum ipſis nonnulli, qui aliud ſpectantes, id nolint, quos ego vitavi, quominus, antequam de hac re ad S.T. perſcriberem, de ea cum ipſis Epiſcopis communicarem. &c.

Supponit Epiſcopos Diœceſanos non diſſenſuros.

Rogat ſuam petitionem occultari, ac MOTU PROPRIO concedi.

IX.

Concordia inter Joannem Philippum Archi-Epiſcopum Moguntinum, uti & Epiſcopum Herbipolenſem, nec non Joachimum Abbatem Fuldenſem inita 23. Martii 1662.

NOs DEI gratiâ Joannes Philippus Sanctæ Sedis Moguntinæ Archi-Epiſcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius & Princeps Elector, quà Epiſcopus Herbipolenſis, & Franciæ Orientalis Dux &c. Et Nos Joachimus Abbas Fuldenſis, Sacri Romani Imperii Princeps, Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam & Galliam Primas &c. Notum facimus & pro Nobis, noſtris Eccleſiis Herbipolenſi, & Fuldenſi, earúmque ſucceſſoribus tenore præſentium omnibus palam declaramus: Poſteaquam inde à pluribus annis inter Honorabiles Prædeceſſores noſtros, Nos, & noſtras Eccleſias multifariæ differentiæ & contentiones, & in ſpecie quidem circa prætenſam à Nobis Epiſcopo Herbipolenſi in diverſa loca & Parochias dictæ Fuldenſis Eccleſiæ ſuperioritatem Eccleſiaſticam, & juriſdictionem Epiſcopalem exortæ ſunt, ex quo ſchiſmata, & inordinationes, in rebus tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, in notabile utriusque Eccleſiæ & boni publici præjudicium non vanè augurari potuimus, quod tandem Nos Epiſcopus Herbipolenſis, & Nos Abbas Fuldenſis, ſuaſu & fideli interpoſitione Eminentiſſimi Principis & Domini, Domini Joannis Philippi, S. Sedis Moguntinæ Archi-Epiſcopi, S. Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii & Electoris, Epiſcopi Herbipolenſis, & Franciæ Orientalis Ducis, quà Archi-Epiſcopi & Electoris Moguntini, Noſtri inprimis dilecti & ſummè venerandi Domini & Amici, ex affectione & propenſione vicinitatis, prævià per noſtros ad id demandatos utraque ex parte Conſiliarios, & reſpectivè Legatos deliberatione, præprimis autem cum ſcientia & conſenſu Reverendorum noſtrorum Epiſcopi Herbipolenſis dilectorum devotorum Præpoſiti, Decani & Capituli noſtræ Eccleſiæ Cathedralis Herbipolenſis: uti etiam Reverend. nobilium noſtrorum Abbatis Fuldenſis dilectorum devotorum Decani & Capituli Eccleſiæ Fuldenſis, in incrementum & conſervationem bonæ vicinitatis & mutuæ conſenſionis, nec non tempora periculoſa rerúmque circumſtantias accuratiùs perpendentes, perſpectáque ſummâ exinde neceſſitate arctioris inter Nos unionis, & in noſtræ præſertim Abbatis Fuldenſis Eccleſiæ bonum tendentis con-

Concordia hæc inita eſt in bonum Eccleſiæ Fuldenſis.

cor-

cordiæ litem omnem charitatis ſtudio tenore præſentium invicem compoſuerimus, prout etiam eo, qui ſequitur, modo componimus.

Primò quidem, cùm ratione Epiſcopalis & Eccleſiaſticæ jurisdictionis (quam Nobis Epiſcopo Herbipolenſi, & venerabilibus noſtris prædeceſſoribus in diverſa Fuldenſis ſuæ Dilectionis Eccleſiæ loca, Cœnobia & Parochias competere hactenus prætendimus) differentiæ nonnullæ obortæ eſſent, dum ſua Dilectio Fuldenſis ſuprà dictam jurisdictionem Epiſcopalem à tempore immemoriali exercitam, & ad ſe traductam fuiſſe conſtantiſſimè tueri voluit; ita convenit inter nos, & promiſimus Nos Epiſcopus Herbipolenſis, quatenus apud Dilectionem ſuam Fuldenſem, ejúsque ſucceſſores & Eccleſiam jurisdictionem Eccleſiaſticam in ſpiritualibus hucuſque prætenſam nullatenus poſthac urgere velimus, ſed eandem pro nunc & perpetuis temporibus integraliter relinquimus liberè & benevolè penes Dilectionem ſuam, ejusdem Succeſſores & Eccleſiam Fuldenſem, ut Eccleſia Fuldenſis ſit maneátque *eatenus* nullius Diœceſis, habeátque ejuſdem Antiſtes in Clerum & populum jurisdictionem ordinariam privativè, qualis Prælatis Epiſcopo inferioribus, & de facto Reverendiſſimo Fuldenſi, ſive de jure, ſive ex conſuetudine competit, hánceque jurisdictionem exerceat, ùt hactenus exercita eſt, tam in civilibus & matrimonialibus laicorum, quàm in beneficialibus & criminalibus Clericorum, aliíſque Eccleſiaſticis Cauſis quibuſcunque, ſive per ſe, ſive per Vicarium aut Commiſſarium ſuum (quos conſtituere & deſtituere, ſicut & Clerùm in omnibus tam curatis quàm non curatis beneficiis inſtituere & deſtituere, viſitare, Synodum congregare, & alia omnia facere, quæ ab hac jurisdictione quaſi Epiſcopali dependent, ipſis ſemper integrum ſit) ſinè ullo appellandi jure ad Nos Epiſcopum Herbipolenſem, *ſalvo tamen jure Metropolitano, & remedio appellationis ad Metropolitanum, juxta ordinem ab Eccleſia Catholica, cunctisque Diœceſibus hujus provinciæ Moguntinæ laudabiliter receptum, & in viridi obſervantia conſtitutum*, ſalvâ item libertate pro iis, quæ ſunt Ordinis, quæque ex defectu gradûs Reverendiſſimo Fuldenſi competere nequeunt, non tantùm Regulares, ſed & Clericos ſæculares ſui Principatûs mittendi *ſive ad Metropolitanum*, ſive ad Nos Epiſcopum Herbipolenſem pro Ordinibus ſacris ſuſcipiendis, ſalvâ item libertate quemcunque accerſendi Catholicum Antiſtitem pro Sacramento Confirmationis, conſecrandis Eccleſiis, altaribus &c. ídque noſtrâ, noſtrorum Succeſſorum & Diœceſis interpellatione, contradictione & impedimento, quomodolibet nuncupentur, penitus remotis. *Nos tamen Abbas & Princeps Fuldenſis in virtute præſentium per expreſſum palam declaramus, quatenus jurisdictio quaſi Epiſcopalis ab Archi-Epiſcopo & Electore Moguntino, uti etiam ab Epiſcopo Herbipolenſi nobis relicta non diutiùs, quàm dum Eccleſia & Principatus noſter Fuldenſis juxta fundationem ſub Catholicorum manibus perſtiterit, vigere & in ſuo robore permanere debeat; Ubi verò per vim majorem, vel aliam quamcunque viam (quod,*

Jurisdictio Eccleſ. litigioſa relinquitur benevolè Abbati fuldenſi.

Salvo tamen jure metropolitico

Quousque ditio Fuldenſis non devenerit in manus alienas.

 uti

uti ſperamus, avertet Dei clementia) in alienas, ſive Catholicorum ſive Acatholicorum manus devenerit, volumus & conſtituimus, ut prædicto caſu hæc tranſactio neque Archi-Epiſcopo Moguntino, neque Epiſcopo Herbipolenſi cedat in præjudicium, nec illi hâc teneantur, ſed Jus ſuum Epiſcopale plenariè tunc manutenendi & liberè exercendi poteſtatem habeant; quemadmodum etiam Nos, Joannes Philippus quà Archi-Epiſcopus Moguntinus, & Nos Joannes Philippus quà Epiſcopus Herbipolenſis hoc inſperato caſu nobis jura noſtra & poteſtatem per expreſſum reſervamus, & hanc ceſſionem ſolùm eò usque excluſivè ratam habemus, & declaramus.

Sub conditione tamen, ſtatim ab electione petendi confirmationem.

Secundò è contrario, quia præſentis Concordiæ finis unicus eſt & intentio, ut noſtro utriusque Archi Epiſcopi Electoris Moguntini & Epiſcopi Herbipolenſis amicâ & vicinali cooperatione & aſſiſtentiâ, noſtra Abbatis Fuldenſis Eccleſia eò meliùs adverſùs hoſtiles & violentas machinationes defendatur & protegatur; hinc noſtri, Abbatis Fuldenſis, ſucceſſores pro tempore exiſtentes tenore præſentium obligentur, ut, quàm primùm aliquis à Nobili Capitulo in locum Abbatis Principis ſuſfectus fuerit, id ipſum ſemper Nobis Electori Moguntino ùt mediatori, & absque eo provinciæ Moguntinæ Metropolitano, tum etiam Nobis Epiſcopo Herbipolenſi per literas notificare, atque inſuper confirmationem remiſſi juris quaſi Epiſcopalis, & actualem (ſi neceſſitas exigit) manutentionem ab eisdem petere teneatur.

Et eam impertiendi.

Tertiò. Quo facto etiam *Nos Archi-Epiſcopus Princeps Elector Moguntinus*, & Nos Epiſcopus Herbipolenſis pro nobis, Succeſſoribus & Diœceſibus noſtris tenore præſentium conſtituimus & pollicemur, quatenus vigore hujus Concordiæ Nos ad ita petitam à ſua Dilectione Fuldenſi confirmationem jurisdictionis quaſi Epiſcopalis eidem conceſſæ absque ullis quidem impenſis vel Taxæ cujusdam penſione impertiendam, nec non ad præſtandam re ipsâ manutenentiam caſu eveniente pariter obſtricti & obligati eſſe debeamus & velimus.

Sub formalibus.

Quartò. Ut autem in petitione reſpectivè confirmationis, & reſponſoria declaratione omnibus ſcrupulis, & controverſiis occurratur, conventum eſt inter Nos omnes, quatenus illæ ſequentis tenoris eſſe, & conſtanter manere debeant, & quidem ex parte noſtra Abbatis Fuldenſis *ad utramque ſuam* Dilectionem Moguntinam & Herbipolenſem (mutatis mutandis) ùt ſequitur:

Ab Abbate.

Prævià parata officiorum noſtrorum oblatione &c. Dilectionem Veſtram pro vetere propenſæ vicinitatis confidentia celare non debemus: quatenus Nos poſt deceſſum noſtri NN. Venerabilis Anteceſſoris p. m. concordibus ſuffragiis & electione Nobilis noſtri Capituli hujatis in Abbatem & Principem Fuldenſem non ita pridem, & quidem die N. electi fuerimus, ſimúsque de facto in tranquilla noſtræ Abbatiæ, & Principatûs Fuldenſis poſſeſſione conſti-

tuti

tuti. Cùm itaque attenti recolamus, quali Concordiâ Venerabilis noſter Prædeceſſor Abbas N. anno N. cum Veſtræ Dilectionis Prædeceſſore utpote Mediatore, uti etiam cum ſua Dilectione Herbipolenſi celebratâ eatenus ſe obligaverit, ut quivis Princeps & Abbas Fuldenſis mox ab electione confirmationem jurisdictionis Eccleſiaſticæ eâ in Concordiâ noſtræ Eccleſiæ relictæ, uti etiam manutenentiam, ubi neceſſitas flagitaverit, per litteras petat, & viciſſim veſtra Dilectio Nobis ſimiliter ad eam per reſponſorias ſinè recuſatione impertiendam, ſecuritatémque reſpectivè præſtandam obſtricta eſſe debeat & velit. Eapropter à Dilectione veſtra Nos officiosè flagitamus, ut ad has ſuprà memoratæ Concordiæ conſonas petitorias animum ſuum pariter eatenus declarare dignetur, quatenus in prætacta Concordia continetur, & paciſcentium intentioni congruit. Et permanemus ad officia Dilectionis Veſtræ nos ad ſervitia prompti & paratiſſimi. Datum &c.

Reſponſoriæ autem tum à Nobis Archi-Epiſcopo & Electore Moguntino, tum etiam à Nobis Epiſcopo Herbipolenſi & Franciæ Orientalis Duce ad ſuam Dilectionem Fuldæ erunt (mutatis mutandis) viciſſim tenoris ſequentis:

Præviâ &c. Traditæ ſunt Nobis litteræ perhumanæ Dilectionis Veſtræ, ex quibus perlegimus, quatenus Dilectio ſua unanimi conſenſu Nobilis Capituli in Abbatem & Principem Fuldenſem electa fuerit, ſitque in actuali & pacifica poſſeſſione conſtituta, quídque vigore Concordiæ anno N. initæ Nobis ſua Dilectio in animum revocare voluit. Uti ergo Nos Dilectioni Veſtræ de obtenta hac Principali dignitate, & adminiſtratione Eccleſiæ Fuldenſis omnem à Deo benedictionem & gratias & auxilia apprecamur; ita pariter ex præſcripto præmemoratæ Concordiæ non ſolùm ceſſam tum temporis Dilectionis Veſtræ Prædeceſſori, Succeſſoribus & Eccleſiæ jurisdictionem Eccleſiaſticam in præſens plenariè denuo confirmamus & ratificamus, ſed etiam promptos & paratos nos declaramus, ubi Dilectionem Veſtram, ejusdem Succeſſores & Eccleſiam præter ſpem & opinionem à quocunque demum, & ſpeciatim à Catholico vel Acatholico vicino aut extero circa ſuprà dictum jus Eccleſiaſticum aut alia ſua jura & jurisdictiones infeſtari aut turbari contingeret, Nos eidem omnem propinquam aſſiſtentiam, operam & manutenentiam (prout eo caſu à Dilectione Veſtra requiſiti fuerimus, & reliquæ Circumſtantiæ tulerint) nunquàm negaturos. Quandoquidem Nos Dilectioni Veſtræ &c. Ab Archi-Epiſc. Mog. & Epp. Herbip.

Secundùm hæc omnia aſſerendo promittimus, atque etiam atteſtamur Nos Joannes Philippus *quà Archi-Epiſcopus Moguntinus* & Mediator, *tum etiam Nos Joannes Philippus quà Epiſcopus* Herbipolenſis & Franciæ Orientalis Dux &c. & Nos Joachimus Abbas Fuldenſis &c. reſpectivè Elector & Principes, pro Nobis, *noſtris* Adjectis clauſulis ſalutaribus.

ſtris in Archi-& Diœceſibus & Eccleſiis, Moguntina, Herbipolenſi & Fuldenſi ſucceſſoribus, interpoſitis noſtris Electorali & Principalibus Dignitatibus, fide & fidelitate, quòd contenta in hac Concordia puncta omnia & ſingula firmiter inviolata ſervare, neque unquam iis contraire, vel contrairi permittere velimus, vel per Nos, vel per noſtros, quâcunque viâ excogitabili, quocunque demum nomine compellanda veniat, ſicut etiam præter nunc adducta hujus tranſactionis puncta, omnes & ſinguli olim fortaſſis habiti Tractatus, & conventiones tenore præſentium penitùs abolentur, iisque per expreſſum perpetuò renuntiatur, ac omnes annullantur.

In cujus rei fidem, conſtantem & firmam obſervantiam, Nos ſæpius memoratus *Joannes Philippus quà Archi-Epiſcopus* & Mediator &c. tum etiam *Nos Joannes Philippus quà Epiſcopus Herbipolenſis* & Franciæ Orientalis Dux &c. & Nos Joachimus Abbas Fuldenſis &c. hanc Concordiam manu propriâ ſubſcripſimus. Et nos Joannes ab Heppenheim condictus de Saal Decanus, & univerſum Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ, utì etiam nos Joannes Hartmannus de Roſenbach Decanus, & Capitulum univerſum Eccleſiæ Cathedralis Herbipolenſis, & nos Matthias Benedictus de Rindorff Decanus, & Capitulum univerſum Eccleſiæ Fuldenſis profitemur & notum facimus per præſentes literas pro Nobis & ſucceſſoribus noſtris, quatenus hæc Concordia nobis ſcientibus & conſentientibus facta fuerit, utì etiam in eam tenore præſentium conſentimus fideliter, fraude & omni dolo remotis.

Et conſenſu Capitulorum Moguntini, Herbip. & Fuldenſis.

In cujus rei veram notitiam ad Eminentiſſimi & Reverendiſſimorum Dominorum noſtrorum Electoris & Principum ſigilla, etiam conſueta Capitulorum noſtrorum ſigilla his literis appoſuimus. Actum die vigeſimâ tertia Martii. Anno 1662.

J. Philippus A. M. E. H. mpp. **Joachimus Abbas mpp.**

(L. S.)	(L. S.)	(L. S.)	(L. S.)	(L. S.)
Arch. Ep. Mog. & Ep. Herb.	Abbatis Fuldenſ.	Cap. Metrop. Mog.	Cap. Cath. Herbip.	Cap. Abbat. Fuld.

X.

X.

Epiſtola S. Congregationis Concilii de dato 8. Septembris 1723. ad Epiſcopum Herbipolenſem, in qua denegatur Confirmatio Concordiæ inter Epiſcopum & Abbatem Fuldenſem anno 1722. initæ, eò quòd judicata Rotæ per decretum S. P. Clementis XI. labefactata ſint.

Petit Epiſcopus Herbipolenſis Confirmationem Concordiæ cum Abbate Fuldenſi A. 1722. initæ.

PErpenſa fuit in Sac. Congregatione Concilii Concordia ab Ampl. tua ſub reſervatione Beneplaciti Apoſtolici inita cum Abbate Fuldenſi ſuper controverſiis juriſdictionalibus; & licèt E. E. P. P. maximopere in Domino gaviſi ſint, quòd ſeriò cogitatum fuerit de fine imponendo liti adeo annoſæ, & de pace ſtatuenda inter Principes Eccleſiaſticos territoria contermina habentes, & admodum vicinos Hæreticorum Regionibus; attamen eandem concordiam pro nunc approbare non valuerunt, plura etenim circa eam animadverterunt, Et

Denegat S. Congregatio I. quòd judicata Rotæ labefactentur per decretum ſan. mem. Clementis XI. pro inſufficientia quadragenariæ.

I. Eccleſiam iſtam Herbipolenſ. nihil acquirere, nec ullam vel minimam rationem haberi de ipſius Juribus: quamvis enim tres prodierint Sententiæ Rotales favore Abbatis Fuldenſis, poſt earum nihilo minùs prolationem cùm editum fuerit à Congregatione particulari decretum, à ſan. mem. Clemente P. P. XI. confirmatum, *quo ſtatutum eſt, non ſufficere quadragenariam cum titulo colorato, pro acquirendo territorio ſeparato, & perfecta qualitate Nullius, hinc eſt, quod, ſicuti in ſequelam hujus decreti labefactata dici poterant fundamenta, quibus Sententiæ Rotales fuerant innixæ*, ſic in compenſationem juris ab hoc novo decreto derivantis, aliquid videbatur Eccleſiæ Herbipolenſi tribuendum.

II. Quòd in Rotalibus judicatis plura ſint reſervata, in ſeparato diſcutienda.

II. Rotam in ſuis Deciſionibus particulari examini reſervâſſe non ſolùm ea, quæ ſunt Ordinis, & Conſecrationem requirunt, & alia quæcunque, quæ inferioribus Ordinariis, quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentibus, Concilii Tridentini decretis ſunt adempta; & nihilominùs in transactione admitti, quòd Abbas Fuldenſis det clericis etiam ſæcularibus dimiſſorias ad Ordines, ad quemcunque Catholicum Antiſtitem dirigendas, nullâ factâ mentione Epiſcopi Herbipo-

bipolenſis, & eò fortiùs, cùm juxta veram & à Sac. Congregatione pluries approbatam Sententiam pro conceſſione literarum dimiſſorialium non ſufficiat, quòd quis habeat Territorium ſeparatum, ſed ulteriùs requiratur Apoſtolicum Privilegium.

Et cùm Anno 1604. eadem Sac. Congregatio cenſuerit, non eſſe Abbati Fuldenſi dictam facultatem concedendam, niſi ad ſexennium.

III. Ob libertatem S. Chryſmatis accipiendi Abbati indultam.

III. Id ipſum procedere quoad Sacrum Chryſma à quocunque Catholico Antiſtite recipiendum, nullâ factâ mentione Epiſcopi Herbipolenſis.

IV. Ob permutationes factas, de quarum ratione non conſtet.

IV. Demum in ipſa transactione fieri permutationem nonnullarum Eccleſiarum Parochialium ſub obtentu litium, quæ adeſſe dicuntur, ſuper eisdem, & harum litium nullam haberi in Sac. Congregatione Notitiam, earundem litium ſtatum ignorari, & in abſcondito penes ipſam eſſe ſituationem, & qualitatem earundem Parochialium, numerum animarum unicuique ex illis ſubjectarum, & quantitatem reddituum cuicunque ex eis obvenientium.

Quam obrem iidem E. E. P. P. Ampl. tuæ reſcribendum eſſe cenſuerunt, quòd hisce facimus, ut novum ineat cum Abbate Fuldenſi tractatum, in quo curet juxta ſuprà dicta, aliquid pro ſua Eccleſia acquirere, & ſubinde Sacram Congregationem de omnibus certiorando, eandem ulteriùs inſtructam reddere non gravetur de litibus, & cæteris ſuprà expoſitis ad Parochiales permutandas pertinentibus. Sacra námque Congregatio, cujus curæ commiſſum eſt, ut in concordiis, quæ fiunt inter Eccleſias, utriusque Eccleſiæ utilitas non deſideretur, exoptat, ut in compenſationem ſuorum reſidualium jurium Eccleſia ipſa Herbipolenſis aliquid acquirat, tum ut muneri ſuo ſatisfaciat, tum ne tractu temporis lites exoriantur ſuper juſtitia concordiæ, quòd in Epiſcopatu præſertim Herbipolenſi novum non eſt. Transactio quippe inita Anno 1662. à Joanne Philippo Herbipolenſi cum Abbate Fuldenſi, inſtante Epiſcopo ſucceſſore, uti notum eſt, reſciſſa fuit in Tribunali Sac Rotæ. Hanc Sac. Congregationis ſententiam Ampl. tuæ aperio, eique interim omnia mea officia dedo.

XI.

XI.

Supplex Libellus nomine Abbatis Fuldenſis porrectus S. D. N. Anno 1726. pro deputatione Epiſcopi in Partibus tanquam Suffraganei Fuldenſis.

BEATISSIMO PADRE.

ADolfo Abbate del Monaſtero di Fulda, Nullius della Provincia di Magonza Prencipe del S. R. J. oratore um. della S. V. eſpone riverentemente; ritrovarſi con la Giurisdizione temporale, e quaſi veſcovale nell' ampliſſima ſua Dioceſi circondata dagli Eretici, la quale per lo meno contiene duecento mila anime, ſenza alcuno, che poſſa ivi eſercitare le funzioni, che dipendono dalla dignità veſcovale; onde dovendo ricorrere per l' eſercizio di queſte à qualche Veſcovo vicino ſecondo il ſuo arbitrio, quello per la difficoltà del viaggio ricuſa venire, o pur di raro non viene, che à grandiſſime ſpeſe dell' *Oratore*, Perlochè li di lui ſudditi, ed altri Religioſi di diverſi ordini eſiſtendi nella detta Dioceſi ſoggiacino à moltiſſimi diſaggi ogni qual volta debbano ricevere il Sagramento della Creſima, o pure qualch' altro Ordine ſagro, e la maggior parte muore ſenza aver ricevuto il S. Criſma, di più in una Dioceſi tanto vaſta la maggior parte delle Chieſe, e degli altari non ſono conſacrati, e manca in ſomma tutto ciò, che dipende dalla dignità veſcovale; onde l'Oratore a cui nell paſſato meſe la Santità Voſtra con le ſue Bolle ha benignamente commeſſo la cura della ſudetta Chieſa di Fulda, deſiderando riparare à tanti inconvenienti, e moſſo dal zelo dell' anime in ſi grand numero à lui ſuggette, ſupplica la S. V. Volerlo graziare d'un Veſcovo col titolo in partibus, il quale à nome della Sede Apoſtolica, à cui la detta Dioceſi e immediatamente ſoggetta, poſſa ivi fare tutte le funzioni, che dipendono della Podeſtà dell' ordine, offerendoſi à tal effetto conſtituirle la congrua ſcudi ſettecento ſopra le rendite della menſa Abbaziale, e per ciò propone alla Santita Voſtra il P. Steffano Clodth Monaco profeſſo del medeſimo Monaſtero, gia da molto tempo capitolare, e Prepoſto della Chieſa Parochiale nel monte di S. Michele della detta Dioceſi, le di cui Doti, e qualità ſono degniſſime d'un tal titolo, come la S. V. potra riconoſcere, ſe ſi degnerà commetterne il proceſſo. E per la grazia &c.

Narrata Abbatis Fuldenſis pro concedendo Epiſcopo in Partibus. I. Amplitudo Diœceſis circumdatæ hæreticis. II. Defectus omnis alterius Epiſcopi.

III. Sumptus Epiſcopo advenienti præſtandi.

IV. Non conferri Ordines. S. Confirmationem. non conſecrari Eccleſias vel Altaria.

Rogat ut nomine Sedis Apoſtolicæ concedendus Epiſcopus exerceat Pontificalia. Monachum profeſſum præſentat eique congruam offert.

Reſcriptum ab Abbate impetratum, nemine audito.

Subſcriptio D. Card. Coſcia.

Ex Audientia Sanctiſſimi die 14. Menſis Septembris 1726. Sanctiſſimus annuit pro Electione Epiſcopi ex Monacis profeſſis Abbatiæ, & quòd D. Nuncius Apoſtolicus conficiat proceſſum ſuper requiſitis Patris Stephani Clodth Epiſcopi eligendi pro exercitio eorum, quæ ſunt Ordinis, ad petitionem Abbatis, & ad D. Secretarium Statûs pro Literis eidem D. Nuncio.

N. Cardinalis Coſcia.

XII.

Decretum S. Congregationis Conſiſtorialis de conceſſione Epiſcopi in partibus Abbati Fuldenſi ſinè præjudicio Jurium Epiſcopi Herbipolenſis.
NULLIUS PROVINCIÆ MOGUNTINÆ de dato Romæ 25. Januarii 1728.

Deputatio Epiſcopi in partibus ſinè præjudicio.

CUm S. D. N. ad preces R. P. Adulphi Dalberg Abbatis inclyti Monaſterii Fuldenſis Ord. S. Benedicti Nullius PROVINCIÆ MOGUNTINÆ ſub die 20. Januarii 1727. providerit Eccleſiæ Derben. in partibus infidelium de perſona bon. mem. Stephani de Clodth, ad hoc, ut in AMPLISSIMA Ditione Fuldenſi ea, quæ ſunt Ordinis, exerceret authoritate Sanctitatis ſuæ & Sedis Apoſtolicæ, SINE TAMEN PRÆJUDICIO JURIUM tam ex parte R. P. D. Epiſcopi Herbipolenſis, quàm præfati Abbatis Fuldenſis. Cùmque prædictus Epiſcopus Derben. vix aliquot menſibus elapſis è vita exceſſerit, idem S. D. N. ne, lite inter eoſdem pendente, ditio illa tam citò alicujus titularis Epiſcopi auxilio deſtituta remaneat, ſub infrà ſcripta die Decretum Sacræ Congregationis expediri mandavit, per quod præfato Epiſcopo defuncto CUM EISDEM LEGIBUS & CONDITIONIBUS ſubrogetur R. P. Amandus à Buſeck ejuſdem Ordinis S. Benedicti, eíque concedatur, ut unà cum titulo Epiſcopali Eccleſiæ Themiſciren, ad quam Sanctitas ſua eum promovere intendit, retinere valeat Præpoſituram regularem S. Andreæ prope Fuldam,

ſalvo

ſalvo tamen jure Monachorum, ubi eam vacare contigerit, nec non vocem activam & paſſivam, ùt priùs, in Capitulo habere debeat.

XIII.

Epiſtola Epiſcopi Herbipolenſis ad S. Pontificem contra conceſſionem Epiſcopi in partibus Abbati Fuldenſi de dato Herbipoli die 22. Octobris 1727.

SANCTISSIME PATER.

Querelæ Epiſcopi Herbipolenſis contra narrata Abbatis Fuldenſis pro habendo Epiſcopo Suffraganeo.

A. Sanctitate veſtra obtinuit ante Annum Abbas & Princeps Füldenſis, ex ſuo Ordinis S. Benedicti Monaſterio P. Stephanum Clodth, profeſſum Monachum in titularem, Derbenſem nempe Epiſcopum ordinari, ex ſequentibus, quæ tunc in ſuo die 14. Septembris 1726. præſentato Supplici libello allegabat, motivis, nempe quòd ampliſſima ſua Diœceſis (ita nominat ſuam ditionem) circumdata hæreticis contineat ducenta Millia animarum ſinè aliquo, qui poſſet exercere functiones dependentes à dignitate Epiſcopali, unde cùm vocari debeat Epiſcopus vicinus, hic ob difficultatem viarum vel omnino recuſet venire, vel non accedat, niſi rarò, & cum maximis Abbatis expenſis; & ſi ſubditi, vel alii diverſorum Ordinum religioſi pro ſuſcipiendis ſacris Ordinibus excurrere habeant, hi multis periculis & incommodis ſint expoſiti, & quòd ibidem major pars ſubditorum moriatur ſinè Sacramento Chriſmatis, major quoque pars Eccleſiarum, & Altarium non ſit conſecrata. Hic mirus & omnino improviſus ad S. V. Abbatis recurſus, quoniam mihi modò innotuit, quando inſtabat jam expeditio Bullarum, pro unico, quod tunc ſuperfuerat, remedio S. V. humillimè ſupplicavi, ut jura Eccleſiæ meæ in territorio Fuldenſi competentia in ipſa expeditione per ſalutarem clauſulam reſervare dignetur, in quo S. V. pro zelo juſtitiæ ſuæ clementiſſimè etiam annuit. Cùm autem altiſſimo vitæ & mortis Domino placuerit, ſuprà memoratum Stephanum Clodth Epiſcopum nuper die 5. Septembris ex hoc Mundo evocare, & ex certa notitia mihi conſtet, novam à prædicto

Abbate pro habendo Indulto nominandi Suffraganeum inſtantiam fieri, obligatum me in conſcientia arbitror S. V. informare, non eſſe reverâ illam neceſſitatem, quæ S. V. fuit ab Abbate ſuppoſita; etſi enim ditio Fuldenſis verſus Septentrionem vicinos habeat Principes acatholicos Landgravium Haſſiæ, & aliquos Duces Saxoniæ, in Meditullio tamen ipſius regionis ſitum eſt Oppidum Erfurtenſe ad D. *Archi-Epiſcopum Moguntinum Metropolitanum* pertinens, ubi Epiſcopum Suffraganeum perpetuò reſidentem habet. Deinde ab Oriente, Meridie & Occidente illa Fuldenſis ditio confinis eſt meo territorio, Diœceſi huic ac Juriſdictioni ſpirituali, ad quam ab Anno 744. à limine fundationis cum toto ſuo diſtrictu cis-amnenſi ſinè ulla controverſia certiſſimè ſpectavit, illique ditioni in actibus Pontificalibus ſufficienter & ſinè querela ab Anteceſſoribus meis proviſum fuit, usque ad noviſſima tempora, quibus Rota Romana, prout paſſim in alma Urbe notum eſt, *Abbatem præſcriptione quadragenariâ cum titulo colorato acquiſiviſſe territorium ſeparatum, & omnimodam juriſdictionem Epiſcopalem*, decidit, ex novo juris principio, *quod S. V. Prædeceſſor Clemens XI. glor. mem. utpote Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino declarationibúsque ſacræ Congregationis contrarium die* 14. *Januarii* 1721. *per ſpeciale Decretum annullavit*, Imo in ipſis Deciſionibus Rota ſemper alteri examini reſervavit ea, quæ ſunt Ordinis, quæ conſecrationem ab Epiſcopo requirunt, & quæ inferioribus Ordinariis à dicto Concilio Tridentino adempta ſunt; *& quamvis ab Anteceſſore meo de Anno* 1722. *ſuper præfatis controverſiis concordia inita, ac S. Sedis Apoſtolicæ ſupremo examini, & ſub ſucceſſivo beneplacito ſubmiſſa fuerit, illud tamen usque adhuc necdum obtineri potuit, adeóque concordia pro re infecta adhuc habenda eſt.* Vanum quoque allegatum eſt, quòd vicinus Epiſcopus ob difficultatem viarum venire recuſet; Vanum iterum ac parum amicè ad denigrandos tantùm vicinos Epiſcopos excogitatum, quòd rarò, & non niſi cum maximis Abbatis expenſis accedunt; Nam contra hoc militat aperta & innegabilis veritas, quòd Suffraganei D. Archi-Epiſcopi Electoris Moguntini ab Annis pluribus, dum ex Oppido Erfurtenſi Moguntiam iverunt, ac inde Erfurtum rediverunt, in Oppido Fuldenſi ſemper per aliquot dies fuerint commorati; ſi itaque pauci religioſi Benedictini (nam Societas Jeſu in Collegio non niſi rariſſimè ibi ordinandos habet Coadjutores) ſacros Ordines, ſi ſubditi Sacramentum Chriſmatis non ſuſceperint, non ſunt in culpâ Epiſcopi vicini, ſed ipſe Abbas, & Monachi Fuldenſes, qui, ut impetrandi Suffraganeum prætextum haberent, neglexerunt ſtudio has commodas & quaſi continuas pro Sacramento Chriſmatis occaſiones. Taceo quoque, quòd meus in Pontificalibus Suffraganeus modò ante Annum, & aliis vicibus in Oppidis ac Villis, paucis horis â Fuldenſi Monaſterio diſſitis Sacramentum Confirmationis adminiſtraverit, & nolo cum moleſtia S. V. in refutandis aliis variis Abbatis motivis longior eſſe, ſed S. V. humillimè ſupplico, dignetur hanc novam inſolitam, & vix unquam auditam inſtantiam

Confitetur Pontificalia Fuldæ exercita â Suffraganeo *Metropolitani Moguntini.*

Ac judicata Rotæ pro Fulda annullata eſſe per S. m. Clementem XI.

Tranſactionem Herbipolim inter & Fuldam infectam de anno 1722. dicit.

Ab-

Abbatis ad aliquam Sac. Congregationem remittere, coram qua, quæ hucusque adduxi, clariſſimis teſtimoniis comprobabo, & hanc prætenſionem, quòd Abbati detur Epiſcopus Suffraganeus *pro Oppido ac territorio Fuldenſi ADEO PARVO, Epiſcopali Dignitati vituperoſam, à Chriſti inſtitutione, ab Apoſtolorum traditione, ab omni retro antiquitate, & univerſali Chriſtiani Orbis praxi omnino alienum eſſe*, auxiliante Deo oſtendam; Qui ardentiſſimis votis S. V. longævum & feliciſſimum regimen apprecor, ac profundiſſima cum reverentia pedes oſculor.

Senſus Epiſcopi Herbipolenſis vel de ſolo Epiſcopo in Partibus Fuldæ exiſtente.

XIV.

Scriptum nomine Epiſcopi Herbipolenſis S. Sedi exhibitum contra eandem conceſſionem.

E. R. D. Quamvis Oppidum Fulda, ejusque ditio cis amnem Fuldam ſita, *reperiantur intra fines Diœceſis Herbipolenſis*, ibique antè actis temporibus, Celſiſſimi pro tempore Epiſcopi Herbipolenſes ſuam Juriſdictionem Diœceſanam plenariè exercuerunt; nihilominùs progreſſu temporis Celſiſſimus Abbas Fuldenſis Ordinis divi Benedicti prætenſionem excitavit, competere ſibi Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum territorio ſeparato in eodem oppido, ejúſque ditione, atque ſors ei nimiùm feliciter arriſit in Tribunali ſacræ Rotæ, ubi tres favorabiles ſententias in petitorio reportavit, totidémque mandata de manutenendo, *reſervatis tamen particulari examini iis, quæ ſunt Ordinis, quæ conſecrationem ab Epiſcopo requirunt, quæque demum inferioribus Ordinariis à Sacro Concilio Tridentino adempta ſunt.*

Epiſcopus Herbipolenſis adhuc Anno 1727. ait, fuldenſem ditionem cis amnem eſſe ſuæ Diœceſis.

Judicata Rotæ pro Fulda excipere multa.

Sed quia ſacra Rota pro decernenda favore Abbatis Fuldenſis juriſdictione quaſi Epiſcopali cum territorio ſeparato, & qualitate Nullius *unicum jecerat fundamentum ſuper præſcriptione quadragenaria cum aſſerto titulo colorato*; Eapropter ſignatura Sanctiſſimi ſive Congregatio particularis in ejus locum deputata ſub die 29. Auguſti 1714. *noſcens, antèdictum fundamentum ſacris Canonibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus adverſari, novam appellationem in SUSPENSIVO eidem Rotæ delegavit*, cum clauſula: *Alteri cum facultate quoad mandatum de manutenendo; quo verò ad ſententias, conſtito de tribus, diſcuſſo tamen priùs in Congregatione Concilii articulo: An ſola qua-*

Unicum illorum fundamentum quadragenaria præſcriptio.

Appellatio ab iis cum ſuſpenſivo effectu.

quadragenaria cum titulo colorato ſufficiat ad conſtituendum territorium ſeparatum. In cujus reſcripti ſequelam poſt firmatam, mediante conſuetâ citatione ad dicendum contrà, jurisdictionem in Rota coram Criſpo adita fuit ſacra Congregatio Concilii ad hoc, ut decideret articulum: *An quadragenaria cum titulo colorato ſit ſufficiens ad conſtituendum territorium ſeparatum.* Qui tamen ſub die 15. May 1717. indeciſus remanſit, eò quia eadem ſacra Congregatio cenſuit, *cauſam non eſſe proponendam in abſtracto.*

Decretum S. Congreg. & Clementis XI. P. M.

Interea verò ſupervenit decretum ſacræ Congregationis particularis à ſan. mem. Clemente XI. approbatum, in quo ad tramites Ss. Canonum, ſacrique præſertim Concilii Tridentini ſtatutum fuit, non poſſe Prælatum inferiorem acquirere territorium ſeparatum, & jurisdictionem Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in clerum & populum, cum ipſius Epiſcopi excluſione in aliquo ſpeciali loco per quadragenariam præſcriptionem unà cum titulo colorato, ſed omnino requiri aut clarum, & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum privilegium, aut conſuetudinem immemorabilem cum ſuis omnibus requiſitis ritè probatam, per quam Apoſtolicum privilegium de jure præſumi valeat; Et ſubinde inter Celſiſſimos Epiſcopum Herbipolenſem & Abbatem Fuldenſem poſtremo loco defunctos, ſuper antè dicta controverſia jurisdictionali celebrata fuit quædam tranſactio ſub reſervatione beneplaciti Apoſtolici, quod tamen non fuit à S. Congregatione Concilii poſtmodum conceſſum.

Epiſcopus Herbipolenſis litis pendentiam recenter allegat.

Rebus in hoc ſtatu manentibus, in nihilo attentâ litis pendentiâ, quæ vires ſuas reſumpſit, eoquòd tranſactio infecta remanſit, hodiernus Celſiſſimus Abbas Fuldenſis ſupplicavit Anno præterlapſo 1726. menſe Septembris S. D. N. pro electione P. Stephani Clodt ſui Monachi in Epiſcopum titularem Suffraganeum, qui exercere valeret in oppido & ditione Fuldæ ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis; Cùmque Summus Pontifex petitis annuendo creâſſet pro hujusmodi effectu memoratum P. Stephanum Epiſcopum Derbæ in Partibus infidelium, ùt ex ſupplici libello nomine dicti Celſiſſimi Abbatis porrecto eidem Summo Pontifici, & ex iſtius reſcripto *Summario n.* 1. ac de his hodiernus Celſiſſimus Epiſcopus Herbipolenſis notitiam non habuiſſet, niſi eo tempore, quo jam imminebat expeditio Bullarum, non potuit idcirco iſta retardari, ſed tantùm in eisdem Bullis appoſita extitit *præſervativa Jurium* Eccleſiæ Herbipolenſis.

Contra conceſſionem Epiſcopi in partibus conqueritur.

Cùm autem antèdictus Epiſcopus Derbenſis poſt quinque menſes ſui Epiſcopatûs obiverit, modóque Celſiſſimus Abbas inſtet iterum apud S. Sedem pro conceſſione ſimilis gratiæ in perſonam Decani Monaſterii Fuldenſis. Hinc proinde Celſiſſimus Epiſcopus, ut jura Eccleſiæ Herbipolenſis pro ſuo apoſtolico zelo ſarta tectáque conſervet, epiſtolam ſcripſit ad Summum Pontificem legen-

legendam *Summario N.* 20. in eáque poſt confutata motiva omnia deducta ex parte Abbatis, ſupplicavit Sanctitati ſuæ, ut dignaretur inſtantiam ejusdem Abbatis examinandam remittere ad aliquam ex ſacris Congregationibus, & hodie ejus precibus annuendum videtur.

Quippe quoniam hujusmodi Inſtantia Abbatis continet rem graviſſimam & ſingularis exempli, qualis eſt creatio Epiſcopi titularis, *qui in PARVO oppido & ditione Fuldæ*, exerceat ea, quæ ſunt Ordinis; unde attentâ gravitate & exemplaritate materiæ, conſuevit Sedes Apoſtolica, priusquam ſuper precibus ſibi oblatis reſcribat, exquirere conſilium alicujus ex ſacris Congregationibus, ad hoc, ut ibi totâ lege perſpectâ, & auditis juribus utriusque partis diffiniri valeat, quod juſtitiæ conſentaneum, & ſacris Canonibus conſonum erit, ùt præter quotidianum inconcuſſum ſtylum, de quo etiam teſtatur Card. de Luca in Relat. Rom. Curiæ diſc. 5. Patet etiam ex Conſtitutione 74. ſan. mem. Sixti V. ſuper erectione Sacrarum Congregationum, ubi præſertim ſub Congregatione quarta memoratus Pontifex deputavit ſacram Congregationem conſiſtorialem, ad effectum ſignanter examinandi omnes difficultates & controverſias, incidentes ſuper electione ſive deputatione *Suffraganeorum*, cujusmodi in ſubſtantia eſt illa, quæ modò petitur à Celſiſſimo Abbate Fuldenſi pro perſona Decani Monaſterii Fuldenſis. Eóque faciliùs indulgenda venit remiſſio ad aliquam ſacram Congregationem, quia plura urgent fundamenta tum particularia, ſive Specialia, tum etiam generalia, & à ſacris Canonibus petita, per quæ manifeſtum fit, haud eſſe annuendum inſtantiæ Celſiſſimi Abbatis. Specialiter autem reſiſtit precibus Abbatis ipſa pendentia litis, in qua, licèt reſpectu competentiæ jurisdictionis quaſi Epiſcopalis idem Celſiſſimus Abbas tria judicata Rotalia obtinuerit, hodie per appellationem ſuſpenſa; attamen ultra, quòd illa taxativè & limitatè prodierunt, ſuper præmiſſa jurisdictione quaſi Epiſcopali, dum reſpectu eorum, quæ ſunt Ordinis, quæque conſecrationem ab Epiſcopo requirunt, & à ſacro Concilio Tridentino Ordinariis inferioribus adempta ſunt, ſacra Rota nihil decidit, ſed deciſionem reſervavit particulari examini; fundamentum ejusdem Rotæ pro aſſerenda Jurisdictione quaſi Epiſcopali favore Celſiſſimi Abbatis unicè repoſitum fuit in præſcriptione quadragenaria cum titulo colorato, *quod hodie PENITUS deficit ob ſuperventum decretum ſacræ Congregationis particularis à ſan. men.* Clemente XI. deputatæ ad inſtantiam & reclamationem nonnullorum in Italiâ, & plurium extra Italiam Epiſcoporum. In eo ſiquidem ad tramites S. S. Canonum, Sacríque Concilii Tridentini definitum extitit, per quadragenariam cum titulo colorato non poſſe inferiorem Prælatum acquirere territorium ſeparatum, & Jurisdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem cum Epiſcopi excluſione, ſed pro acquiſitione territorii ſeparati, prædictæque Jurisdictionis omnino re-

Petit rem deferri ad S. Congreg. Conſiſtorialem ex Stylo Curiæ, & Bulla Sixti V.

Allegat denuo litis pendentiam.

Judicatorum Rotalium reſciſſionem.

quiri, aut clarum & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum Privilegium, aut conſuetudinem immemorabilem.

Rationes ex meritis Cauſæ profert.

Quocirca ſi ſuper *ipſa competentia jurisdictionis* quaſi Epiſcopalis, & ſuper iis etiam, quæ ſunt Ordinis, *pendet lis*, etſi inſuper in proſecutione Cauſæ ſatis probabile eſt, ut ſuccumbat Celſiſſimus Abbas, ob ſuperiùs memoratum Decretum, per quod deſtructum remanſit fundamentum quadragenariæ, quod amplexa fuit Rota; non videtur in his terminis, à S. Sede indulgenda electio & deputatio Epiſcopi titularis, qui in figura Suffraganei exercere valeat in Oppido & ditione Fuldenſi ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, quia pendente lite ſacræ juſſiones conquieſcunt, & nihil eſt innovandum Cap. 1. de reſcript. & tot. tit. ut lite pendente.

Inconvenientias

Alioquin ipſa electio & deputatio Epiſcopi titularis in loco Fuldæ plus per indirectum tribueret Celſiſſimo Abbati, quàm quòd ipſe conſecutus ſit per judicata Rotalia, nunc per appellationem ſuſpenſa; nam iſta, ùt innuimus, emanârunt ſuper ſola jurisdictione eccleſiaſtica, dum cœteroquin ea, quæ ſunt Ordinis, quæque Conſecrationem ab Epiſcopo requirunt, Tribunal Rotæ reſervavit particulari examini; Et tamen expetita electio, & deputatio Epiſcopi titularis hoc unum operaretur, quòd ſcilicet ipſe Celſiſſimus Abbas non ſecus, ac ſi ei præmiſſa omnia competerent, quæ tamen illi tanquam Prælato inferiori nullo modo competere poſſunt, haberet Epiſcopum fixum & continuò reſidentem in ipſo loco Fuldæ, qui Vicario quodammodo Jure prædicta omnia expleret, quod eſſet admodum inconveniens.

Enervat narrata Fuldenſia.

Citra quod relevet color ille, quòd nempe Summus Pontifex concedendo pendente lite id, quod magis expedit convenire ſaluti animarum, nemini faciat injuriam, & proprium ſit Summi Pontificis, pendente lite, inter Paſtores providere bono ſpirituali uniuscujusque gregis, ratione univerſalis Curæ à DEO ſibi commiſſæ. Etenim hujusmodi ſpirituali bono & ſaluti animarum pleniſſimè remanet proviſum per illa ordinaria media, conſultiſſimè ſtatuta à ſacro Concilio Tridentino, & quæ hactenus obſervata fuêre in ipſo loco Fuldæ, dum in conferendis Ordinibus & S. Chriſmate, aliisque peragendis functionibus, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, munus hoc expleverunt Epiſcopi viciniores, ſignanter Reverendiſſimus Suffraganeus *Archi-Epiſcopi Moguntini* METROPOLITANI, qui continuò moratur in oppido Erfordii, ſito in Centro regionis Fuldenſis, ùt liquet ex ſumm. N. 3. absque eo, quòd neceſſe ſit recurſum habere ad extraordinarium remedium deputationis Suffraganei in parvo oppido, & ditione Fuldenſi, ùt diſertiſſime teſtatur Celſiſſimus Epiſcopus Herbipolenſis in ejus Epiſtola ad Summum Pontificem *ſumm. d. n.* 2. ibi: *obligatum me in conſcientia arbitror S. V. informare, non eſſe revera illam neceſſitatem, quæ S. V. fuit ab Abbate ſuppo-*

ſuppoſita; Etſi enim ditio Fuldenſis versùs ſeptentrionem vicinos habeat Principes Acatholicos Landgravium Haſſiæ, & aliquos Duces Saxoniæ, in meditullio tamen ipſius regionis ſitum eſt oppidum Erfurtenſe, ad D. Archi-Epiſcopum Moguntinum METROPOLITANUM pertinens, ubi Epiſcopum Suffraganeum perpetuò reſidentem habet; Deinde ab Oriente, Meridie & Occidente illa Fuldenſis ditio confinis eſt meo Territorio, Diœceſi huic & Jurisdictioni ſpirituali, ad quam ab Anno 744. à limine fundationis cum toto ſuo diſtrictu cis-amnenſi ſinè ulla controverſia certiſſimè ſpectavit, illique ditioni in actibus Pontificalibus ſufficienter & ſinè querela ab Anteceſſoribus meis proviſum fuit usque ad noviſſima tempora. Vanum quoque allegatum eſt, quòd Vicinus Epiſcopus ob difficultatem viarum venire recuſet. Vanum iterum ac parùm amicè ad denigrandos tantùm vicinos Epiſcopos excogitatum, quòd rarò & non niſi cum maximis Abbatis expenſis accedunt; Nam contra hoc militat aperta & innegabilis veritas, quod Suffraganei D. Archi-Epiſcopi Electoris Moguntini ab Annis pluribus, dum ex Oppido Erfurtenſi Moguntiam iverunt, ac inde Erfurtum redierunt, in Oppido Fuldenſi ſemper per aliquot dies fuerint commorati; ſi itaque pauci religioſi Benedictini (nam Societas JEſu in Collegio non niſi rariſſimè ibi ordinandos habet Coadjutores) ſacros Ordines, ſi ſubditi Sacramentum Chriſmatis non ſuſceperint, non ſunt in culpa Epiſcopi vicini, ſed ipſe Abbas & Monachi Fuldenſes, qui ut impetrandi Suffraganeum prætextum haberent, neglexerunt ſtudio has commodas, & quaſi continuas pro Sacramento Chriſmatis occaſiones; taceo quoque, quòd meus in Pontificalibus Suffraganeus modò ante Annum, & aliis vicibus in oppidis ac villis paucis horis à Fuldenſi Monaſterio diſſitis Sacramentum Confirmationis adminiſtraverit.

Hactenus expenſo particulari motivo ſeu fundamento *pendentiæ litis*, accedunt generales rationes ex fonte ſacrorum Canonum hauſtæ, atque in univerſum abſorbentes hodiernam Inſtantiam Celſiſſimi Abbatis, quarum ſeries, ne ſemel ſcripta improbo labore tranſcribantur, latiùs videnda eſt apud Fagnanum in Cap. Epiſcopalia, de Privil. ubi à No. 38 ad 62. pleniſſimè & individualiter probat, juxta ſacrorum Canonum Cenſuram minimè procedendum eſſe ad erectionem Epiſcopi titularis pro Pontificalibus exercendis in locis Nullius Diœceſis; & refert, ita etiam reſolutum fuiſſe per S. Congregationem rerum Conſiſtorialium ſub die 28. Jan. 1649. cum perſiſtentia in Decretis ſub die 22. Martii ejusdem anni adversùs militarem Ordinem S. Jacobi de Spatha, petentem à S. Sede creari Epiſcopum titularem pro Pontificalibus exercendis in Oppido de Merida, aliisque locis Nullius Diœceſis, eidem Ordini ſubjectis; & quantumvis Ordo offerret conſtituere dotem ſcutorum duorum millium pro Epiſcopo titulari, adhuc ſacra Congregatio prudenter conſideravit, quòd dicta ſcuta duo millia poterant ab eodem Ordine applicari pro expenſis Epiſcopi, quem convocâſſet ad conferendum Chriſma, & Ordines. Rationes ex Ss. Canonibus adducit, & S. Congregatione.

Conciliis & Authoritatibus.

Et hac in re adeò circumſpectè procedi conſuevit, ut, cùm in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. Seſs. 9. de Cardinalibus ſtatutum fuiſſet, ut Epiſcopi titulares non crearentur, neque. Suffraganei darentur, *niſi R. Epiſcopis Cardinalibus*; & ſubinde Sanctus Pius V. ſuo Decreto Conſiſtoriali poſt Concilii Tridentini publicationem addidiſſet: *Et illis, qui conſueverunt habere*, ùt notat Fagn. in d. Cap. Epiſcopalia n. 48. & 57. vers. tertiò obſtat Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. par. 4. reſolut. 429. Franc. de Eccl. Cathedr. C. 32. num. 84. Monacel. formular. Legal. pract. tit. 13. n. 16. P. 2. Hoc attento ſacra Congregatio Concilii die 6. Junii 1605. cenſuerit, titularem Epiſcopum non eſſe concedendum Archi-Epiſcopo Arboren ſupplicanti pro Indulto adhibendi in ſua Diœceſi Epiſcopum titularem à Sanctiſſimo deputandum, qui muneribus Epiſcopalibus deſungi poſſet, eoquòd ipſe Archi-Epiſcopus cogeretur ab Eccleſia abeſſe, tum ob graviſſimas & diuturnas ægritudines, tum ob capitales cum pluribus inimicitias, qui ejus vitæ etiam veneno inſidiati fuerant, ùt refert Fagn. loc. citat n. 51.

Occurrit objectis prærogativis Fuldenſis Abbatiæ.

Quibus ſtantibus non obſtat, quòd Abbatia Fuldenſis fruatur pluribus conſpicuis prærogativis, ei in ſpiritualibus à S. Sede & in temporalibus à piiſſimis Imperatoribus conceſſis; quòdque ſan. mem. Clemens XI. elargitus fuerit Celſiſſimo Abbati facultatem diſpenſandi per Annum cum promovendis ad ſacrum Presbyteratûs Ordinem, ac etiam diſpenſandi in tertio & quarto Conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradu; quia ultra, quòd memorata facultas à ſa. me. Clemente XI. indulta, utpote reſtricta ad ſexennium, jam diu exſpiravit; illæ omnes inſignes prærogativæ, & iis etiam majores, ſi figurari poſſent, quibus decoratur Celſiſſimus Abbas, ejúſque Abbatia *non eò uſque vires ſuas protendere queunt*, *ut DILATANDÆ SINT FIMBRIÆ*, & concedendum modò, quod adverſari videtur ſacris Canonibus & apoſtolicis ſanctionibus; Sed ſicuti nemo invidet eiſdem prærogativis, ita illis Celſiſſimus Abbas frui debet, intra tamen earum limites, in apoſtolicis indultis ſive diplomatibus imperialibus præſtitutos.

Deputationem Epiſcopi in Partibus ſemel factam dicit, in exemplum non trahendam.

Minùs urget, quòd jam ſemel ad Inſtantiam ejusdem Celſiſſimi Abbatis Sancta Sedes ad Creationem Epiſcopi titularis devenerit, ſatísque conſultum remaneat juribus Celſiſſimi Epiſcopi Herbipolenſis cum Clauſula præſervativa: ſinè præjudicio jurium Eccleſiæ Herbipolenſis. Quoniam non per hoc, quòd ad ſupplicationem ejusdem Celſiſſimi Abbatis, & non audito Celſiſſimo Epiſcopo Herbipolenſi ſancta Sedes petitis pro unica vice annuit, id debet in exemplum trahi, ſed hodie, quòd petitur nova Conceſſio, & huic ſe opponit Celſiſſimus Epiſcopus, qui propter ſituationem Oppidi Fuldæ ejúſque ditionis cis-amnenſis in ſua Diœceſi Herbipolenſi habet omnimodum Intereſſe; funditùs propterea examinari debet Congruentia & Juſtitia petitionis, & ſi id, quod petitur, diſconvenit ſacris Ca-

Canonibus, non debet ullo modo concedi ex motivo jam aliàs obtentæ ſimilis gratiæ, ùt à fortiori eſt text. in Cap. ex parte. & ibi gloſſ. in Verbo: Occupationem. de Capp. Monacor. & in Cap. Si quando. de Reſcript. & plenè exornat Fagn. in Cap. Conſultationibus. de Clericis ægrotan. & Conſimile motivum non fuit in conſideratione habitum occaſione præmemoratæ Inſtantiæ Ordinis Sancti Jacobi de Spatha, ubi ad exempla S. Pii V. & Gregorii XV. qui inſtituerant Epiſcopos titulares in eadem militia ſancti Jacobi, reſponſum extitit, quòd non erant ulteriùs extendenda, ne daretur anſa eidem militiæ, in poſterum prætendendi hujusmodi Inſtitutionem quaſi debitam, & ſibi affectam, ùt perpendit Fagn. in dict. Cap. Epiſcopalia, ſub n. 53. versùs finem de privileg. Pro eo verò, quod reſpicit oblatam præſervativam, hæc redditur contraria facto, quia ipſa Creatio Epiſcopi titularis, æqualem reddit Abbatem Fuldenſem nedum ipſi Celſiſſimo Epiſcopo Herbipolenſi, habenti pro ſe inveteratam Conſuetudinem retinendi Suffraganeum, ſed etiam cuivis Epiſcopo Cardinalitiâ Dignitate fulgenti; tametſi eidem Abbati nusquam competere poſſint ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, & Conſecrationem concernunt; & quod plus eſt, *adhuc ſub Lite ſit*, an ipſe acquiſiverit jurisdictionem Eccleſiaſticam in Oppido & ditione Fuldæ, atque in Summa iſthæc expetita titularis Epiſcopi Creatio ſaltem fovet prætenſionem Abbatis ſuper ab eo prætenſo territorio ſeparato, & jurisdictione quaſi Epiſcopali, & è diverſo diſcolorat quodammodò *jus Celſiſſimi Epiſcopi prætendentis Oppidum Fuldæ, ejúsque ditionem eſſe ſibi in ſpiritualibus ſubjectam;* ſuper quo cum lis inter partes vigeat, non debet idcirco permitti hujusmodi tentata innovatio, quæ ſemper evadit præjudicialis, non obſtante quavis excogitatâ jurium præſervativâ.

Reflectendo potiſſimùm, quòd admiſsâ Inſtantiâ Abbatis præjudicium Celſiſſimi Epiſcopi poteſt etiam in futurum augeri ob contingibilem Caſum, *quòd poſt Creatum in Epiſcopum Suffraganeum Monachum Monaſterii Fuldenſis, is vacante Abbatiâ eligi valeat in Abbatem, qui in Conſpectu & opinione gentium in nihilo diſcriminaretur, ſed reputaretur Epiſcopus Fuldenſis. Quare &c.* Prævidet recentem Caſum ambitûs Epiſcopatûs Fuldenſis.

XV.

Libellus ſupplex Epiſcopi Herbipolenſis Friderici Caroli ex Comitibus de Schönborn ad Summum Pontificem de Anno 1738. contra Electionem moderni Abbatis Fuldenſis tanquam Epiſcopi Themiſcyrenſis in partibus, & uſum Pontificalium in Tractu Fuldenſi illi conceſſum.

BEATISSIMO PADRE.

Epiſcopus Herbipolenſis adhuc anno 1738. proteſtatur contra exercitium Pontificalium ſuo colligitanti moderno Abbati Fuldenſi conceſſum auctoritate S. Sedis.

IL veſcovo é Prencipe di Bamberga e d' Erbipoli Oratore Umiliſſimo di V. S. col piu divoto oſſequio le rappreſenta, come dopo la morte dell' Abbate di Fulda da quelli Capitolari fù eletto à pieni voti Monſignor Amando Buſeck fatto Veſcovo Themiſcyren. in Partibus dalla ſ. me. di Papa Benedetto XIII. profeſſo e Decano del Monaſtero di Fulda, non oſtante la Bolla della ſ. me. di Paolo IV. proibitiva di ſimili elezioni con ampliſſime derogatorie, ed eſſendo in ſeguito ſtata confermata dalla ſagra Congreg. Conciſtoriale la ſudetta Elezione coll' aggionta di poter eſercitare *ea, quæ ſunt ordinis, auctoritate Sanctitatis ſuæ, & S. Sedis Apoſtolicæ*, eſſendo queſta facoltà pregiudiziale alla ſua Chieſa d'Erbipoli, nella cui Dioceſi è ſituata l' Abbazia di Fulda, *non Suffragando à quell' Abbate le ſentenze Rotali, fondate ſopra la quadragenaria con titolo, annullate dalla ſ. me. di Clemente XI. col previo voto della ſagra congreg. del Concilio, come contrarie à Sagri Canoni e Concilii*, Supplica per tanto umilmente V. S. à degnarſi ordinare, chè ſia abolita detta facoltà conceſſa, AL SUO COLLITIGANTE e contraditore, Senza eſſere inteſo, chè &c.

Sententias Rotales annullatas dicit per Decretum S.Congreg.& Clementis XI.

XVI.

XVI.

Decretum S. Congregationis Conſiſtorialis de exercitio eorum, quæ ſunt Ordinis, in ditione Fuldenſi per modernum Abbatem SINE PRÆJUDICIO jurium Eccleſiæ Herbipolenſis.

Nullius Provinciæ Moguntinæ Monaſterii Fuldenſis Confirmationis Electionis.

CUm per obitum bon. mem. P. Abbatis Adulphi Dalberg vacaverit Monaſterium S. Bonifacii Fuldenſis Ordinis S. Benedicti Nullius provinciæ Moguntinæ, & Monachi capitulariter congregati ad electionem devenerint R. P. D. Amandi à Buſeck Epiſcopi Themiſcyrenſis in Partibus, Profeſſi & Decani præfati Monaſterii, S. Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita cenſuit, prædictam electionem eſſe confirmandam, cum clauſula: Supplentes, & cum Decreto vacationis Præpoſituræ Regularis: addito inſuper, quòd idem Epiſcopus in Abbatem electus PRO NUNC *exercendo ea, quæ ſunt Ordinis, in ditione Fuldenſi id agat authoritate Sanctitatis ſuæ & Sedis Apoſtolicæ, ac ſinè præjudicio jurium tam Eccleſiæ Herbipolenſis*, quàm Abbatiæ Fuldenſis. Factáque per me infrà ſcriptum Secretarium relatione, Sanctitas ſua Congregationis ſententiam benignè probavit. Datum Romæ die 23. Januarii 1738.

XVII.

Epiſtola Lotharii Franciſci Archi-Epiſcopi Moguntini ad S. P. Clementem XI. contra præſcriptionem quadragenariam Fuldenſis, & aliorum Abbatum, de dato Aſchaffenburgi 10. Decembris 1709.

QUouſque inquieta Regularium ſollicitudo conceſſas ſibi exemptiones in palmare Juriſdictionis Epiſco- *Cauſa interitûs tot Monaſteriorum Germaniæ, oſtentata contra Epiſcopos exemptionum Privilegia.*

ſcopalis vulnus dilatare ſatagat, Germaniæ patet univerſæ, cui invaleſcens Proteſtantium aviditas tot opulentiſſima Monaſteria non ſurripuiſſet, niſi eorum plurima oſtentatis contra Epiſcopos Privilegiis à cætero, quo propugnari potuiſſent, corpore ſeſe ſubduxiſſent; Novam nunc Religioſi hujusmodi nanciſcuntur occaſionem, radicata in tot Canonicis ſanctionibus Ordinariorum Jura eò audaciùs laceſſendi, quò efficaciùs contra D. Epiſcopum ac Principem Herbipolenſem pro D. Abbate Fuldenſi S. Rotæ deciſionibus ſe viderint ſuccollari, omnémque Epiſcoporum Jurisdictionem eo præſertim tempore, quo in ſauciata tot cladibus Suecicis Germaniâ Eccleſiaſticæ inter arma leges ſilere cogebantur, 40. ſolùm annorum præſcriptionem titulo colorato ſuffultam deprehenderit, poſſe ſuffocari, ita ut coeteros Abbates (qui poſtremam litis hujus definitionem anxiè præſtolantur) parem exorſuros telam, mihíque non modò, ſed & reliquis Juri meo Metropolitico affectis Epiſcopis, ſimilem intentaturos controverſiam meritò reformidem; Quæ res, quantis in Imperio colliſionibus anſam, quantas Hierarchico Eccleſiarum ſtatui convulſiones, quanta denique fidei Orthodoxæ (quæ ſolâ Catholicorum unione conquieſcit) pericula generare poſſit, S. V. pro perſpicaciſſima ſua, quâ ſingula ponderat, ſapientia facilè dijudicabit. Hinc eſt, quòd porrectis aliorum in Germania Archi-& Epiſcoporum precibus meas pariter ad ſacros S. V. pedes eò conjungam operoſiùs, quò firmiùs ad defendenda prædictorum Epiſcoporum Jura me credidi obſtrictum. Tam larga, R. P. Abbatum cum qualitate Nullius, ac Territorio ſeparato exemptio res eſt à retroactis hucusque Sæculis in Imperio inaudita, res, quæ uberrimè Hæreticorum paſcet invidiam, qui de nullo magis, quàm de mutuis Epiſcoporum ac Regularium jurgiis ſibi congratulantur. Æquiſſimam igitur S. V. Prudentiam eâ, quâ par eſt, reverentiâ devotiſſimè implorare, Apoſtolicúmque Chriſti in terris Vicarii Oraculum profundiſſimè rogare præſumo, ut demiſſiſſimas præfatorum Epiſcoporum inſtantias benigno oculo intueri, & S. Congregationi Concilii Tridentini interpretum reſolutionem hujus Articuli „An poſt dictum Concilium Tridentinum Prælato inferiori quadragenaria Præſcriptio cum titulo putativo ſufficiat ad „acquirendam totalem jurisdictionem quaſi Epiſcopalem cum territorio ſeparato & qualitate Nullius„ imponere non dedignetur. S. V. hoc medio quieti Epiſcoporum optimè conſulet, cui ego à ſupremo Numine longævam eâ, quâ par eſt, ſubmiſſione exopto ſoſpitatem. Aſchaffenburgi 10. Decembris 1709.

Conqueritur Archi-Epiſcopus Mog. contra judicata Rotæ pro præſcriptione quadragenaria Fuldanâ.

Et quòd deciſum ſit, hanc cucurriſſe durante bello Suecico contra Leges Imperii Publicas.

Sibi & ſuæ Provinciæ Epiſcopis præjudicia averti rogat.

Damna ex ambitu Abbatum Nullius cum territorio ſeparato enarrat.

XVIII.

XVIII.

Atteſtatum olim Romæ productum ab Epiſcopo Herbipolenſi, quòd Suffraganei Erfurdienſes ſemper exercuerint Pontificalia in ditione Fuldenſi.

Per præſentes fidem facio, & per verba Veritatis atteſtor, in regiſtro ſive Matricula, in qua deſcripti habentur actus Pontificales à duobus D. D. meis Anteceſſoribus Suffraganeis Erfordienſibus peracti, contineri, quæ ſequuntur.

Sub Reverendiſſimo D. Joanne Jacobo Epiſcopo Verenſi Suffraganeo Erfordienſi.

Anno 1696. die 7. Januarii, cùm Aſchaffenburgo Erfordiam versùs proficiſceretur, Fuldæ in Seminario Pontificio Clericali Tonſura initiavit Clericos Alumnos ibidem, & Sacramentum Chriſmatis adminiſtravit.

Anno 1701. 2. Februarii D. Adelbertum à Schleiffras Electum & confirmatum Abbatem & Principem Fuldenſem in Baſilica Salvatoris Fuldæ Auctoritate Apoſtolica ſolenniter benedixit, & eo tempore alios Pontificales actus peregit.

Eodem Anno die 17. Julii Erfordiâ Aſchaffenburgum proficiſcens, iterum in Territorio Fuldenſi in acceſſu & reditu Sacramentum Confirmationis, & alias Pontificales functiones adminiſtravit.

Anno 1712. 8. Januarii Francofurto Erfordiam tendens, Fuldæ in Baſilica Salvatoris ad Ordines minores, & ad Subdiaconatum duodecim Perſonas promovit, quarum nomina expreſſa ſunt in dicta Matricula.

Anno 1715. die 26. May Iterum Fuldæ in Baſilica Salvatoris Authoritate Apoſtolica ſolenniter benedixit R. D. Conſtantinum à Buttler in Abbatem & Principem Fuldenſem, nuper electum

& confirmatum; quâ occaſione præſentatos ordinavit, & in Territorio Fuldenſi ſacro Chrismate populum confirmavit.

Sub D. Joanne Joachimo Epiſcopo Metellopolitano Suffraganeo Erfordienſi.

Anno 1719. die 29. May Feria II. Pentecoſtes, cùm Moguntiâ Erfordiam proficiſceretur, Fuldæ in Seminarii Pontificii ſacello ordinavit in Subdiaconos novem, in Diaconos duos, & in Presbyteros duos.

Eodem Anno die 30. Julii cùm Erfordiâ Moguntiam rediret, die 6. Auguſti conſecravit Eccleſiam S. Michaelis cum quinque Altaribus.

Anno 1721. die 24. Junii & ſequentibus iterum Fuldæ varios Pontificales actus peregit.

Et ego Anno 1726. die 8. Septembris Fuldæ fui, ibidémque Celſiſſimum & Reverendiſſimum D. Adolphum de Dalberg auctoritate Apoſtolica Benedixi in Abbatem & Principem Fuldenſem, nuper electum & confirmatum. Et ita eſſe propriæ manûs ſubſcriptione ac Sigilli impreſſione profiteor & atteſtor. Erfordiæ 9. Decembris 1727.

Chriſtophorus Ignatius Epiſcopus Anemor. Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi Principis Electoris Moguntini in Pontificalibus per Thuringiam, Haſſiam & Eichsfeldiam Vicarius generalis, & in ſpiritualibus Sigillifer Erfordienſis mpp.

XIX.

XIX.

Epiſtola Joannis Abbatis Fuldenſis ad Capitulum Metropolitanum Moguntinum ſuper conſenſu exurgendi novi Epiſcopatûs Fuldenſis, de dato Moguntiæ anno 1532. Dominicâ poſt feſtum omnium Sanctorum.

PRæviis &c. Procul dubio D. V. & vos non ita pridem intellexeritis, quâ ratione Monaſterium Fuldenſe jam ab aliquo tempore multis ſumptibus, damnis & præjudiciis per bella inteſtina, irruptiones hoſtiles & alia hujusmodi moleſtatum fuerit, quæ brevitatis ſtudio omnia hîc enarrare ſuperfluum foret. Secuti dein ſunt tumultus ruſticorum, qui Monaſterium noſtrum exactionibus, depopulationibus, exuſtionibus quàm vehementiſſimè afflixerunt. Ad hæc nullâ habitâ damni jam perpeſſi ratione octodecim florenorum millia exſolvere coacti ſumus, quæ tamen omnia per divinam providentiam & gratiam & provido conſilio, quo res Eccleſiæ meliorarentur, compenſari potuiſſent; quo ipſo ſecta Lutherana nobis noſtróque Monaſterio gravis nimiùm accidit, quæ aliquorum noſtrorum vicinorum, Parochorum, & vaſallorum forſan hortatu plebem adeo occupavit, & in ea radices egit, ut odia omnino interna adversùs Clericos, potiſſimùm verò monachos apud ipſos orirentur, ita ut cum Noſtro Capitulo (vix non

Unſer freundlich Dienſt ꝛc. Ew. Lbd. und Ir ſeit unzweiffelt für langſt in grontlich Erfahrung komen, wie und welcher maſſen der Stifft Fulda nun ettweher ein lange Zeit in vielfeltig Uncoſten ſcheden und Nachteil, durch innerliche, inheimiſche Krieg, verſchafft, unnd anders, bracht und gefurt worden, welches itzo von Kortz wegen nach der lenge zu erzehlen von unnoten, uff ſolichs die bewriſch aufrhur ervolget, da dan unſer Stifft mit brennen, blundern und Brantſchatzungen uffs heffetigſt angegriffen, über das haben wir (unangeſehen erlittnen ſchadens) noch acht zehen dauſent gulden rauſer geben, und bezalen müſſen, aber dieſes alles mogt der Almechtig durch ſein Gotliche Genadt, und durch zeitlichen rath und gute Fürſehung mit der Zeit zu Beſſerung, domit der Stifft widder hett in gedeyhen und aufkommen erwachſen mogen, geſchickt haben, ſo tregt ſich erſt die Lutteriſch Sect und Handelung uns und unſerem Stifft zu vill beſchwerlich zu, welche durch anreitzung villeicht

Narrat. Abbatiam bellis afflictam.

Odio haberi potiſſimùm monachos.

non dicere licet) in ipſa Eccleſiâ ſecuri eſſe poſſemus; Inſuper multiplici ex ratione neque decentem Tonſuram, neque habitum vel in Choro vel aliàs portare licet; & ſi noſtrûm aliquis vel plures negotiorum causâ rus petere Equis intendant, depoſito habitu conſueto more aliorum ſæcularium incedere coguntur, niſi ludibria & irriſiones pati, & anſam dare velint, ut in eos manus injiciantur. Ex quibus omnibus conſequitur, quod hæ perſonæ minùs, ac aliàs ſe obedientes exhibeant; ſi enim debita in aliquem pœna ſtatuatur, timendum eſt, ne derelicto Ordine ducendo uxorem tonſuram abjiciat, ad quod attentandum à vicinis noſtris quà conſiliis quà protectione facilè adjuvantur, atque ita poſteriora fiunt deteriora prioribus. Quod ſi hic enarrare liceret, quæ perſecutiones & ludibria nobis noſtróque Capitulo ratione habitûs monaſtici perferenda ſint, quomodo ex iisdem rationibus quibusdam in locis, ubi ſe vocant Evangelicos, cenſus & reditus retineantur, & quo pacto nobiſcum agatur, D. V. & vobis hâc noſtrâ Epiſtolâ moleſtiam crearemus, & plùs juſto longiores eſſemus; Verbo: habitus Monaſticus hocce tempore odioſus adeo & contemptibilis eſt, ut non ſolùm perſonæ illuſtres, ſed etiam inferioris conditionis, quid quòd ipſi etiam Monaſterii vaſalli illud premere geſtiant, quod ſi non immutetur, ab Evangelicis, ùt ſe vocant, notabiliter adjuvantur. Ad hæc omnia illud maximè eſt difficile, quod Monaſterium hoc pro Nobilibus fundatum, eorúmque ſit hoſpitale, & pro antiqua conſvetu-

Ait, ob contemptum monachorum nullum ex Nobilibus monaſterium ingredi velle.

leicht etlicher unſerer Nachbaurn, Prediger, unnd verwanten dermaſſen den gemeinen man durchkrochen unnd in ſi gewurtzelt, daß ſo gantz innerliche Feintſchafft wieder die geiſtlichen und ſonderlich Ordens-Perſonen bey innen erwachſen, daß wir ſambt unſerem Capittel nit zum ſicherſten (es heiſt woll ſchir) in der Kirchen ſitzen mogen, zu dem dorffen wir vilfaltiger ſorg halben weder geborliche tonſurn noch Habith weder in Chor noch ſunſt tragen, und ſo unſer einer oder mehr uber Landt Reiten oder wabern wellen, müſſen dieſelbigen Jr gewonlich Kleidt daheimen laſſen, und wie ander weltlich ſich uffs Land begeben, ſie wolten dan hon, Spot und anders von den Leüten leyden, und dardurch anreitzung, daß man die Hendt an ſy legen mogt, geben, aus dieſem allen erwechſt, daß ſich die Perſonen etwe weniger gehorſamer erzeigen, dan ſy ſunſt gethan, dan ſo man einen geborlicher weis ſtraffen will, mus man beſorgen, daß er ſich aus dem Orden thu, und gar in dy weltlichkeit mit Weib nemen und anderem begeb, zu welichem anzufahen ſy mit geringem Troſt Hülff und Vorſchueb bey unſeren Nachbauern finden mogten, und wirt alſo Ubell erger gemacht, ſolten wir nun hy erzelen, was Vervolgung Hon und Spot wir und unſer Capittel iderzeit des Ordens-Kleides halber verdulden unnd leyden müſſen, wie man unß auch aus derſelbigen Urſach an etlichen Orten und enden, da man ſich Evangeliſch nendt, unſer Gelt, Zinß und Gult fürhelt, und wie man

tudine viginti & plures ſubinde Nobiles in eo ſunt ſuſtentati, quibus defunctis, periculoſis his rerum temporibus & circumſtantiis, Nobilium nullus Ordinem ingredi cupit, ita ut de facto in præpoſituris & Monaſterio ultra quatuordecim non numerentur, quos inter tamen multi ſenio confecti, qui, uti prævidere eſt, ſi decederent, numerus adhuc magis decreſcet. Cùm igitur Nobilium nullus hoc tempore ingredi Monaſterium, vel ſub diſciplinâ vivere Monaſtica velit, omninò impoſſibile erit, Monaſterium, niſi medela quæratur, apud Nobilitatem conſervare. Quod ſi enim à Superioribus, utpote ſua Sanctitate & Cæſareâ Majeſtate perſonas in numero fundato ſuſcipere cogeremur, & Nobilium nullus recipere habitum vellet, ruſticos admittere neceſſe eſſet. Quamprimùm hi Nobiles reliquos eſſent eliminaturi, Dilectioni veſtræ & vobis facilè erit judicare. Nobis item vel maximo dolori eſſet, ſi noſtris temporibus Monaſterium tam antiquum à Nobilitate in ruſticos transferri contingeret; mortem præoptaremus, aut monaſterium non vidiſſe unquam, quàm probroſâ ejuſmodi famâ nos etiam poſt mortem notari, qui tamen non minùs ac prædeceſſores noſtri, quod ſinè laude dictum volumus, nobilitatis prærogativam tueri intendimus. Accedit, quòd Monaſterium diu ſubſiſtere nequeat, quòd plures ſibi perſonas equeſtres ſubjectas habet, quæ excutere jugum poſſent, atque ita Monaſterium interire neceſſe eſſet; His malis omnibus ut quæ-

man allenthalben mit uns handelt, wurden wir E. L. und Euch mit dieſem unſerem ſchreiben zu vill bemühen und zulang aufhalten, dan in Summa, ſo iſt das Ordens-Kleidt layder dieſerzeit dermaſſen verhaſt und gruntlich durchechtet, daß nit alleinß dy weliche Hohes, ſonder auch dy Niderichs Standts, ja auch dy Stiffts-vertrauten zum dail ſelbſt das ſelbig uffs hochſt geren vervolgten, und on Zweifel wirt es nit geendert, ſo werden ſy des von den Evangeliſchen, als ſy ſich nennen, mercklich beylegung finden, zu dieſem allen iſt das am beſchwehrlichſten, daß dieſer Stifft uff den Adel Fundirt, deſſelbigen Spital iſt, unnd allweg darbey eherlich herkommen alda zu zeiten Zwantzig und mher von Adell ſein erhalten worden, weliche hinweg Sterben, und ſich keiner von Adell in dieſen itzigen ferlichen und geſchwinden Zeiten und leiſſeten in Stifft unnd Orden begeben will, alſo daß unſer itzo vom Adell uff den Probſtien und im Stifft nit über virzehen ſein, darunter dannoch vill Alter, ſo dy (wy woll zu beſorgen) verfallen ſolten, wurt dy Zall noch geringer werden, dyweil ſich nun keiner von Adell dieſer zeit in Stifft begeben, oder ſub diſciplinâ monaſticâ ſein will, wy iſt uns dan moglich den Stifft, wo nit andere Weg gefunden, bey dem Adell zu erhalten, dan ſolt durch dy Oberkeit, als Bebſtliche Heylikeit und Kayſerliche Majtet uff uns gedrungen werden, die Perſonen in der ſumm, wy der Stifft darauff fundirt, zu halten, und ſich dann keiner von Adell darein begeben will, muſten wir

Debere interire monaſterium pro Nobilibus fundatum, ſi de Abbaziali dignitate non transferatur in Epiſcopalem.

 Bau-

quæratur remedium, cum noſtro capitulo, ſinè cujus præſcitu & conſilio hoc in negotio nihil agimus nec aggredimur, & cum aliis etiam dominis & amicis, quos nobis propenſos novimus, antea communicavimus, atque ut Cultus divinus in Monaſterio & apud nobilitatem conſervetur, aliud nobis non occurrit, quàm ut Monaſterium transferatur, & ùt in aliis jam Monaſteriis exempla ſunt, ex Religioſis Canonici crearentur.

Renuit erigi in Præpoſituram.

Cùm autem Monaſterii Dignitas hucusque Abbatialis fuerit, minimè convenit hunc ſtatum minui, ut in Præpoſituram deprimatur, in quod nec volumus nec poſſumus conſentire; Monaſterium námque ſi noſtro tempore ſuâ in conditione elevari nequeat, Dei omnipotentis auxilio eam deprimi non patiemur. Accedit quòd Principes complures, Comites primi ordinis, & Nobiles, qui feuda â Monaſterio recognoſcunt, conſenſum ſuum minimè ſint præſtituri, neque qui feuda ſua ab Abbate antea receperunt, à minore ſcil. Præpoſito recipere renuent; ſi verò Monaſterium in ſuo ſtatu non minuatur, ſed elevetur, minus eſſet, quòd conquerantur; ſiquidem ideo totum coeptum eſt negotium, ut Monaſterium apud cultum divinum,

Sed in Epiſcopalem.

quem cæteroquin ex defectu perſonarum tandem decreſcere neceſſe eſſet, & apud Nobilitatem conſervaretur, unde æqui boníque viſum eſt, Monaſterium transferre de Abbatiali dignitate in Epiſcopalem, & ſupplicas duas ad Sedem Apoſtolicam unam, alteram ad ſacram Majeſtatem ſuam dirigere, in quibus omnes cx-

Super translatione dicit, jam impetratum eſſe conſenſum S. Sedis.

Bauern auffnehmen, wy balt dieſelbigen dy übrichen vom Adell ausbeiſen oder dringen wurden, haben E. L. und Ir als dy hochverſtendigen leichtlich zu ermeſſen, zu dem wer es uns zum hochſten und uffs äuſſerſt beſchwerlich, daß bey unſeren Zeiten ein ſolicher alter eherlicher und loblicher Stifft ſolt vom Adell genomen, und den Bauern zugeeignet werden, darfür wolten wir lieber Thot ſein, oder den Stifft nye geſehen häben, dan ein ſolche arg und boſe nachred mit uns unther dy Erden zu bringen, ſo wir doch on rhum zu ſagen nit weniger begirig den Stifft bey dem Adell zu erhalten, als unſere vorfahren gethan haben, zu dem kont es auch dy leng mit den Bauern nit beſtehn, dan der Stifft ein groſſe Ritterſchafft unther ſich, dy ſich darnach gar darvon wenden mogten, als dan muſt der Stifft vallen, und gar zu ſcheittern und zu Boden ghen, ſolichs aber alles zu verkommen, haben wir mit unſerem Capittel on derſelbigen vorwiſſen und willen, wir in dieſen Handel nichts thun, noch fürnemen, auch andern unſern Herren unnd freimden darzu wir uns guts verſehen, gereth und entlichen keinen andern Weg, domit der Gots-Dienſt im Stifft ganghafftig blib, und bey dem Adell erhalten werden mogt, finden konnen, dan das dy Weg geſucht, daß der Stift transferrirt und ex religioſis Canonici gemacht wurden, wie dan uff andern Stifften mhe geſchehen, wan aber dy dignitet des Stiffts bisher ein abtliche Dignitet geweſen, will ſich mit nichten geboren, ſolchen Standt zu geringern, und verkleinern, daß man ein

exponerentur difficultates, uti & factum, & per Legatum noſtrum, idcirco Romam miſſum mediante Cardinale Dertuſienſi Sanctiſſimo Domino & Cœtui Cardinalium propoſitio facta eſt, qui ejusmodi difficultates memoratas in ſupplicâ procul dubio accuratiſſimè perpenderint, & multiplici examine ſuum tandem conſenſum nobis præſtiterunt. Cùm verò per Decanum noſtrum in comitiis Imperii Ratisbonæ ſupplicam alteram Majeſtati Cæſareæ, indicantes, quâ ratione Sedes Apoſtolica ſuum jam conſenſum præſtiterit, porrigere voluimus, Fautor quidam nobis benevolus inventus eſt, qui conſuluit nobis, Monaſterio Fuldenſi, ſi ad Epiſcopatum aſpiraret, opus eſſe juriſdictione Epiſcopali, unde *conſenſum Ordinariorum ad hoc prævié requiri*, ſine quo, licèt â Sede Apoſt. & Majeſtate cæſareâ conceſſa eſſent omnia, clauſulam tamen inſerendam eſſe: citra tamen *Ordinariorum* præjudicium; ubi niſi conſentirent *Ordinarii*, non niſi expenſæ inutiles ſequerentur, adeóque ante omnia neceſſum eſſe, ut ratione *Juriſdictionis cum Ordinariis conveniremus*. Hâc ex cauſâ cum Reverendiſſimo in Chriſto Patre Illuſtriſſimo Principe & Domino Domino Alberto Cardinale & Archi-Epiſcopo Moguntino D. & Avunculo 1mò per literas, deinde cùm Dilectio ſua apud nos Fuldæ fuit, oretenus locuti ſumus, & tantum effecimus, ut Dilectio ſua conſideratâ Abbatiæ Fuldenſis convenientiâ *ſuam Epiſcopalem Juriſdictionem, quæ tamen in ditione Fuldenſi modica eſt, relinquere*, ac, ſi translatio progreſ-

ein Probſtey daraus machen wolt, darbey wir auch nit ſein wollen, noch vill weniger darein bewilligen, dan ſo der Stifft bey unſeren zeiten nit kan in ſeinen Stant erhohet, ſoll er mit verlyhung des Allmechtigen auch nit geringert werden, zu dem etlich vil Fürſten, Fürſtmeſigen Graven und vom Adell, ſo lehen von dem Stifft Fulda haben, das billich widerreden wurden, dan ſy zuhevor ire Lehen von einem Abbt entpfangen, unnd nun von einem geringern als einem Probſt nit gern entpfaen mogten, ſo aber der Stifft in ſeinem Stant erhocht, und nit ernidert wurt konten ſy deſter weniger einreth haben, angeſehen, daß es darumb angefangen, domit der Stifft bey dem Gots-Dinſt (der doch ſunſt aus Mangel der Perſonen zu letzt fallen muſt) und bey dem Adell erhalten werden mogt, derhalben für gut angeſehen worden, den Stifft de Abbaciali dignitate in Epiſcopalem zu transferiren, und zwe ſupplicationen eine an Bebſtliche Heiligkeit, dy ander an Kayſerliche Majtet zu ſtellen, darinnen dann alle Beſchwerung angezeigt werden ſolten, wy dan alſo geſchehen, und durch unſere geſchickte Botſchafft derwegen nach Rom durch den Cardinal Dertuſienſem Bebſtlicher Heiligkeit und Cetui Cardinalium fortgetragen worden, welche ſoliche anligete beſchwert in der Supplication on zweiffel zum hochſten ermeſſen bewegen, und zu Hertzen gefurt, unnd nach vilfaltiger erforſung entlich iren Conſens unnd Bewilligung darein gegeben, als wir aber durch unſeren Dechant uff dem gehaltnen Reichs-Tag zu

Solummodò neceſſarium eſſe Conſenſum Ordinariorum.

Unde petit, ut ſibi cedatur juriſdictio, quam Moguntia habet in ditione Fuldenſi.

greſſum habitura ſit, eam *cedere nobis velit*, ita tamen, ut hoc cum Dilectionis veſtræ, & veſtro conſenſu tanquam Dilectionis ſuæ Capitulo Metropolitano contingat; nos autem cum ſuffraganeatu, ſicut alii Suffraganei, qui etiam Principes Imperii ſunt, & non aliter cum ditione noſtrâ Dil. Vræ & Archi-Diœceſi Moguntinæ ſubjiceremur. . . . Quare D. V. & vos peramanter rogamus, amicè requirimus & petimus, ut D. V. conſiderare & perpendere velit, primò Monaſterii Fuldenſis difficultates, quòd illud ſinè dictâ translatione in religione & ſtatu monaſtico diutiùs conſervare impoſſibile ſit. 2dò quòd in hoc Sacro Romano Imperio aut laudabili Archi-Epiſcopatui Moguntino nihil decedat; Imperium enim retinet in Fuldenſi Principem, quem antea habuit, & nihil aliud quàm dignitas elevatur, Et Moguntia *pro modica juriſdictione unum Suffraganeum amplius accipit, quàm antea habuit*; è diverſo Fulda etiam nihil amittit, quia in ſua dignitate elevatur, omnia jura & prærogativas retinet, quas antea habuit, & Monaſterium conſervatur apud Nobilitatem, quod an apud Nobilitatem conſervandum, utrùm verò ad ruſticos transferendum ſit, ex eventu incerto dependet. 3tiò innegabile eſt, Eccleſias Moguntinam & Fuldenſem multipliciter unitas eſſe & conjunctas: Si igitur hæc translatio effectum ſortiretur, D. V. & vos ſuo tempore canonicatus Fuldæ, nos ex parte, prout fortuna faveret, ſimiliter hic Moguntiæ præbendas obtineremus, ex quo pax perpetua, Con-

Fuldâ manente Suffraganeâ.

zu Regenſpurg dy ander Supplication Kayſerlicher Majtet (mit anzeig welcher maſſen Bebſtliche Heiligkeit in dieſes thun bewilligt) haben wollen behendizen laſſen, iſt in Rathetlicher guter Gonner funden worden, nachdem der Stifft Fulda zu einem Biſchtum gemacht werden ſolt, muſt er auch Jurisdictionem epiſcopalem haben, derhalben Conſenſus ordinariorum hy zu vonnoten, on daß eb wir ſchon bey Babſtlicher Heiligkeit und Kayſerl. Majtet alles erlangt hetten, wurdt doch dy Clauſel darein geſetzt werden; citra tamen ordinariorum præjuditio, wodan dy Ordinarii darein nit bewilligten, ervoligeten daraus nichts anders dan inutiles expenſe, darumb ſo wer von allen dingen vonnoten, ſich der Jurisdiction halber mit den Ordinariis zu vergleichen, darauff wir mit dem Erwirdigſten in Gott Vatter hochgebornnen Fürſten und Herren Herrn Albrechten Cardinal und Ertzbiſchove zu Mentzs unſerem lieben Herren und Ohaimen erſtlich ſchrifftlich volgendts, als ſein liebd itzo bey uns zu Fulda geweſen, montlich geredt, und ſo vill gehandelt, daß ſein Liebd angeſehen des Stiffts-Fulde gelegenheit, Jr Biſchevliche Jurisdiction, dy doch im Stifft Fulda gering iſt, will faren laſſen, und uns, ſo dy translation Jren fürgang gewun, dy zu ſtellen, (doch das ſolches mit E. L. unnd euwer verwilligung als ſeiner Liebd Thum-Capittel geſche, und zughe, dargegen wir uns mit dem Suffraganiat, wy andere Suffraganii ſo auch Fürſten des Reichs ſein, und nit anders mit unſe-

rem

Concordia & bona vicinitas duas inter Eccleſias procul dubio oritura eſſet. 4tò Hæc intentio ſi à D. V. & vobis obtineatur, & non impediatur, conſiderare oportet, quam laudem, gloriam & bonam famam exinde reportaturi ſitis, attento, quòd per veſtrum aſſenſum hanc Eccleſiam apud Nobilitatem conſervaveritis; Contrà verò, ſi hoc impediatis, & aſſenſum denegetis, quid aliud de D. V. & vobis dicetur, quàm vos, eorum omnium, quæcunque etiam expòſt Fuldæ occurrent, malorum cauſam eſſe; Si enim precibus locum dediſſetis, ea, quæ Eccleſiæ Fuldenſi adverſa accidere poſſent, non eveniſſent. 5to Conſiderandum eſt, ſi Archi-Epiſcopatui Moguntino aut Fuldæ non eſſet utilitati, ſed præjudicio, Dominus noſter & Avunculus Cardinalis & Archi-Epiſcopus Moguntinus ante D. V. & vos non conſenſiſſet; Unde & D. V. & vos aſſenſum præſtare placeat. Pro quo D. V. & veſtro conſenſu, ſi petitio veſtra in ſcriptis nobis innoteſcat, nos & Capitulum noſtrum, prout oportet, gratos nos exhibebimus. D. V. & vos pro ſummâ rei neceſſitate in eo ſe pronos & propenſos præſtabitis, ad quod de D. V. & vobis pro viribus peramanter demerendum, in amicitia compenſandum, & in omni bono agnoſcendum prompti & parati ſumus, & quamvis diſſenſum nullo modo ſperemus, de

D. V.

rem Stifft ſeiner Liebd und dem Ertz-Stifft Meintz untherwerffen ſolten, (doch in alle Weg dem Stifft-Fulda an ſeinen privilegien, Herligkeiten, Gerechtigkeiten, und altem herkomen, wie das namen haben mogt, auch dem Ertz-Stifft Mentz an den vertregen burgkfrieden und anders, ſo zwiſchen Mentz und Fulda aufgericht, gantz unſchedlich, oder abbruchig, dan ſo wir wiſſen ſolten, daß ichts abgethan werden ſolt, das der Stifft hybevor herbracht, wolten wir dieſem unſerem Vorhaben abſtehen, dan unſer Meynung nit anders iſt, dan daß unſer Stifft in dem jenigen bleib, ſo er vorgehabt, und nichts geendert dan in der dignitet und Wirde (wie der translation halber oben verlaut) erhohet wert, derwegen wir von hochgedachtem unſerem lieben Heren und Ohaimen dem Cardinal und Ertzbiſchove zu Mentz ein furderinus Schrifft an den Erwirdigen Herren Hanſen von Erenberg Thum-Dechant dieſes loblichen Ertz-Stiffts zu Mentz gebeten, dy uns ſein Lieb mitgedeilt, dy on Zweiffel ſein wird, E. L. und euch auch unangezeigt nit verhalten wirt, wan aber nun dieſes unſer Vorhaben (das wis Gott) umb keiner Leichtfertigkeit willen, oder daß wir und unſer Capittel gern aus dem Ordens-Kleidt entlediget ſein wolten, ſonder hochſter und letzter Notturfft nach uff das der Stifft bey dem Gots-Dinſt und Adel erhalten wert, angefangen und furgenomen, ſo gelangt an E. L. und Euch unſer gantz freuntlich Bitt, gutlichs geſinnen, und begeren E. L. wollen bedrachten,

n erwe-

D.V. tamen & vobis deſuper reſponſum exſpectamus.

Inſcriptio.

Reverendis Illuſtriſſimis Nobilibus & Doctiſſimis Dominis Decano & Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ noſtris dilectis Dominis cognatis, avunculis & amicis.

erwegen, und bedencken, erſtlich des Stiffts Fulda beſchwerligkeit, daß auch nit moglich denſelbigen in der Religion unnd Geiſtlikeit an obgemelte translation dy leng zu erhalten, zum andern, daß in dieſem dem heyligen Romiſchen-Reich oder dem Loblichen Ertz-Stifft zu Mentz nichts nit abget, dan das Reich behelt den Fürſten an Fulda, den es vorgehabt, und wirt nichts anders dan dy dignitet erhohet, ſo überkombt Mentz für ein gar geringe Jurisdiction eins Suffraganien mhe dan der Stifft vorgehabt. dargegen der Stifft Fulda auch nichts verleuert, dan er wirt im Stant erhohet, behelt alle dy Herlikeit und gerechtigkeit, ſo er bisher gehabt, und bringt den Stifft wider zum Adell, der doch itzo in der Wag hengt, ob der bey dem Adell zu erhalten oder den Bauern zu geben ſey, zum dritten iſt es unlaucbar, daß bede Stifft Mentz und Fulda villfeltig miteinander unirt, und vereinigt, wo nun dieſe translation iren fürgang bekem, werden E. L. und Ir mit der Zeit Thum Herrn zu Fulda wir zum dails darnach das Glück fill, dergleichen wider hie zu Mentz, dardurch dan ein ewiger Frid, einikeit und gute Nachbaurſchafft on zweiffel zwiſchen beden Stifften ſich ereignen und begeben wurden; zum virten, ſo dieſes fürnemen von E. L. und Euch bewilligt und nit gehinnert wirt, ſo wollet betrachten, was erlichs Rums, Lobs und guter Nachſag E. L. und Euch daraus entſtehen wirt, in Anſehung, daß ir durch ewer Bewilligung dieſen Stifft Fulda bey dem Adell erhalten habt, hinwiederumb auch, wo Ir das hindert, und nit bewilligt, was E. L. und Euch wirt anders nachgeſagt werden, dan was hinach dem Stifft Fulda begegnet, es ſey, wy es woll, daß Ir des Urſach ſeit, dan wo Ir dem gebettenem hett ſtatt geben, mogt ſich das unnd das ꝛc. ſo hinach dem Stifft Fulda zu vil beſchwerlich ſich zutragen mogt, nit ereignet haben; zum Funfften mogt Ir bedencken, ſo es dem Ertz-Stifft Mentz oder Fulda nit nutz, ſonder nachdeilig ſein ſolt, unſer Her und Ohaim der Cardinal und Ertzbiſchove zu Mentz wurt hyrein bis an E. L. und euch nit gewilligt haben, und wollen E. L. und Ir hierein auch bewilligen, dargegen ſein wir geneigt E. L. und euch für dy Bewilligung, ſo wir derſelbigen anforderung ſchrifftlich verſtendigt werden, uns ſambt unſerem Capittel gantz geborlicher weis vernemen laſſen, und zuhalten, in dieſem wollen E. L. und Ir freuntlich und gutwillig ſich erheiſchener hochſter Noturfft nach erzeigen und beweiſen, daß ſein wir umb E. L. und euch unſers Vermogen freüntlich zu verdienen, in Freuntſchafft zu vergleichen, und in allem guten zu erkennen ur-

bottig unnd geneigt, unnd wie wol wir uns des keins Abſchlags verſehen, begeren wir doch hy von E. L. und euwer beſchriebne Antwort.

XX.

Epiſtola ejusdem Joannis Abbatis Fuldenſis ad Decanum Metropolitanum Mog. ab Ehrenbergk ſuper eodem negotio de A. 1532. Sabbatho poſt omnium Sanctorum.

POſtquam ad Dominos & amicos noſtros Capitulum Metropolitanum in cauſa nos & Monaſterium noſtrum concernente ſcriptum transmiſimus, nos autem prævidemus, propter aliquos articulos in diſcurſu apparentes objectiones formari poſſe, intermittere noluimus, ſed articulos ejusmodi, quantum quidem recordamur, & obmoveri poſſent, vobis exponere, & noſtras deſuper reſponſiones ſuppeditare, ut talibus argumentis eò majori cum fundamento & veritate in noſtra abſentia obviare poſſitis. Et

Nachdem Wir ein Schrifft an unſer Herren und Freünd des Thum Capituls allhir unſer u. unſers Stiffts anliegeten Sachen halber gethan, und aber Wir unß wohl vermuthen, etlicher articul halber vermeinte Beſchwerung oder diſputirung in unterreden eingeführt werden mögten, haben Wir nit wollen unterlaſſen, ſondern ſolche artickel, ſo viel uns itzo eingefallen, und herfür an grund gezohen werden mögten, Euch zu berichten, und unſer antwort darauff zu geben, damit ihr unſers abweſens denſelbigen argumenten beſſer ſtattlicher mit gutem grunde und Wahrheit begegnen mögt.

Primò ſinè dubio opponetur, quòd Monaſterium Fuldenſe ſit Primatus, qui Ordini annexus ſit, adeóque monaſterium transferri non conveniat.

Und erſtlich wird ohnzweiffel fürgewant werden, wie der ſtifft Fulda ein primat ſey, welchs dem Orden anhängig, derhalben der Stifft übel transferirt werden mögen.

Reſponſio.

Quòd Primatus ſit, verum eſt. Si autem monaſterium de Abbatiali dignitate in Epiſcopalem

Antwort darauff.

Daß es ein primat ſey, iſt wahr, ſo aber der Stifft de Abbatiali dignitate in epiſcopalem trans-

lem transferretur, Primatus redit ad Ordinem, cui jus eſt alium eligendi Primatem; ſiquidem Fulda præter ſolum titulum aliam exinde utilitatem non percipit; & quamvis Primatum dimittat, in ſuis tamen prærogativis & reditibus nec obulo diminueretur. Adeóque hìc non nudus titulus, ſed Eccleſiæ duntaxat circumſtantiæ, quomodo Status Eccleſiaſticus & Nobilitas in ea conſervari poſſet, attendendæ veniunt.

Secundò Objici poſſet, Fuldam habere Vaſallos Principes, Comites & Nobiles, ſinè quorum uti & Statuum Provincialium præſcitu nihil efficiendum.

Reſponſio.

Vaſallos in hoc non attendendos eſſe; dependet enim à Sede Apoſtolica & Cæſarea Majeſtate, qualem cum Monaſterio in cauſa Eccleſiaſtica & politica mutationem facere placuerit; neque etiam Vaſalli cauſam habent conquerendi, ſiquidem in eorum feudis, privilegiis & juribus nihil ipſis adimitur, ſed quòd antea habuerunt, ipſis ſalvum relinquitur; conſequenter ipſorum Dominus directus non minuitur, ſed exaltatur: Si enim antea feudum ſuum ab Abbate tanquam minore recognoverunt, cur non ab Epiſcopo ceu majore recognoſcerent, præſertim ſi jurium ſuórum præhabitorum nihil ipſis decederet? Præterea Sedis Apoſtolicæ & Imperatoris conſenſus aliter nec peti nec emanare debet, quàm ut Eccleſiæ antiquæ conſue-

ſue-

transferirt wird, fällt das primat dem Orden heim, die einen anderen primaten zu machen haben, dann es doch dem Stifft Fulda keinen anderen Nutz bringt, dan alleinß den bloſen Tittel, und ob der Stifft ſchon das primat verläſt, iſt er doch in deſſelbigen Herrlichkeiten, einkommens oder auffhebens nicht umb einen Pfenning geringert worden, darumb hie nit nudus titulus ſondern mhe des ſtiffts gelegenheit, wie der bey der Geiſtlichkeit, und dem Adel erhalten werden mögt zu bedencken.

Zum andern mögt vorgezogen werden, der Stifft hätt Fürſten, Graffen und von Adel zu Lehenleuthen ohn der und der Landſchafft vorwiſſen nichts zu thun ꝛc.

Antwort.

Daß die Verwanten des Stiffts hierinnen nichts zu thun, dann es ſtehet bey Päbſtlicher Heiligkeit und Kayſerl. Majeſtät, wie die den Stifft in der Geiſtlichkeit auch Weltlichkeit wollen verändert haben, ſo haben auch ſich die Lehenleuth keiner Beſchwerung zu beklagen, angeſehen daß ihnen an ihren Lehen, Freyheiten und gerechtigkeiten nichts entzohen wird, ſondern eben bey dem bleiben, das ſie vorgehabt, folgents wird ihr Lehen Herr nit geringert, ſondern erhöhet, dan haben ſie es vor von einem Abbt als dem geringern entpfangen, warumb wolten ſie es nit von einem Biſchoffe als dem hoheren entpfahen, ſonderlich ſo keinem nichts nit an ſeiner vorigen gerechtigkeit abgehet, zu den muß auch Päbſtlicher Heiligkeit und Kayſ.

Ma-

ſuetudines, privilegia & prærogativæ, additâ in contravenientes pœnâ, perpetuò conſerventur, prout caſu eveniente id impetrandi media non deficient, de quo neminem angi neceſſe eſt, eoquòd per nos & Capitulum noſtrum deſuper forſan proſpicietur. Licèt etiam Vaſallorum conſenſus fortè neceſſarius foret, quod tamen nunc minimè putamus, tempus adhuc eſſet, ſi omnia jam antea eſſent applanata, & ſciretur certò, rem ſucceſſum habituram, nec ne: quid enim opus eſſet, vaſallis multa indicare, & clamores ciere, ſi dein res effectu careret, meliùs omiſſum eſſet; ſi verò adſit fundamentum, eorum conſenſus, ſi tamen neceſſarius ſit, faciliùs poterit impetrari.

Maieſtät bewilligung in dieſem nit anderſt ausgehn, oder impetriret werden, dan daß der ſtifft in alle Weeg, bey ſeinem alten herkommen privilegien und freyheiten bleib, und wer ſich des wiederſetz bey einer pœn fürgenommen werd, wie dann dieſe Weeg, ſo es zum fall kombt, wohl und beſtändiger weis zu finden, dan man ſich deßhalben nit zu bekommeren; es wird verſehentlich durch uns und unſer Capitel vielleicht vorkommen werden, und ob man je darzu der Lehenleût bewilligung bedorfftig (das wir uns doch itzo nit vermuthen) ſo wär es allereſt zeit, ſo man zuvor den Weeg hött ſchlecht gemacht, und gründlichs Wiſſens da wär, ob die ſach ihren Fürgang hätt oder nit, dan was wär vonnöthen viel den Lehenleûthen anzuzeigen, und viel weſens zu machen, ſo es ſich ergents darnach ſtoſſen ſolt, wer beſſer nit geſchehen, ſo man aber weiß, daß man einen grund hat, deſter leichter iſt mit ihnen (wo es ihr vonnöthen) hindurch zu kommen.

Tertiò poſſet obmoveri, timendum eſſe, ne privilegia Eccleſiæ diminuerentur, utpote quæ ad Abbatem non Epiſcopum ſe extendunt.

Zum dritten mögt fürgezogen werden, des Stiffts privilegien mögten dardurch fallen, daß ſie zu bevor uff einen Abbt und nit Biſchoffe ſich erſtrecketen.

Reſponſio.

Inferiora meritò ſequuntur altiora. Si Abbas illa antea habuit, cur non & habere poterit Epiſcopus, cùm Eccleſiæ nihil adimatur, ſed omnia privilegia antea habita à Sede apoſtolicâ & Imperatoria Majeſtate unico verbulo CONFIRMAMUS in priſtinum vigorem reduci poſſint.

Quar-

Antwort.

Das niederſt folgt billig dem Höchſten, hat es vor ein Abbt gehabt, worumb ſolt es nun auch nit ein Biſchoffe haben, alldieweil dem Stifft gar nichts entzohen wird, und alle privilegien, wie ſie vorgeweſt, von Päbſtlicher Heyligkeit und Kayſ. Majeſtät durch das einig wörtlein

Con-

Quartò. Si cavillationes non deſint, objici poſſet, quare cùm habitum jam ſuſceperimus, Ordinem ingreſſi ſimus, ſic opus non eſſet, quæ modò meditamur.

Reſponſio.

Quòd Ordinem ſuſceperimus, ex multis prægnantibus cauſis, quas modò enarrare neceſſe non eſt, aliter eſſe non potuit, ſi tamen opus foret, cauſas fundamentales afferre novimus, & ita quidem, ut aliter eſſe non potuerit; etſi alia cauſa non ſuppeteret, tota tamen provincia cum ſubditis vilipendenda non fuit, aliter etiam conjecturare non potuiſſemus. Quia verò Cultum Divinum & Eccleſiam Nobilitati diutiùs ſervare non poſſumus, illi etiam remedio intenti eſſe debemus, per quod id obtineri poſſe credimus. Nec id, DEUM teſtamur, ex animi provenit levitate, aut quòd nos vel Capitulum noſtrum ordinem pertæſi eſſemus, ſed exigit illud ſumma neceſſitas, prout effectu non ſecuturo, prò dolor! eventus dabit.

Quintò dici poſſet, ſi rerum viciſſitudines attendantur, tam facilè Eccleſias in Epiſcopatus translatas, quàm Monaſteria inpoſterum affligi poſſe.

Reſponſio.

Si præconceptum univerſale odium adversùs monachos ulterius,

Confirmamus, beſtettiget, und in ihr vorige Creſit bracht werden mogen.

Zum vierten ſo kont (wan es yhe als fehlet) herfür bracht werden, dieweil wir nun den Orden angenommen, warum wir nit vor darauſen blieben, het man des itzigen fürhabens nit bedorfft ꝛc.

Antwort.

Das wir den Orden angenommen, hat nit anderſt ſeyn megen, aus viel und mangerley beweglichen Urſachen die itzo von unnothen zu erzelen, ſo es aber die Notturfft erforderen wird, weſſen wir grundweſig urſach wohl anzuzeigen, und dergeſtalt, daß es nit anderſt hat können ſeyn, und ob keine andere urſach da, ſo wer doch land und leuth umb ein ſolches nit zu begeben, hetten es auch in Rath nit finden mögen. Dweil wir aber den Gots-Dienſt und den Stifft bey dem Adel die leng anderſt zu erhalten nit wiſſen, ſo müſſen wir auch das ſuchen domit wir ſolichs erhalten mogen, und geſchicht wis Gott aus keiner Leichtfertigkeit, oder daß wir oder unſer Capittel des Ordens ſo gern ledig werden, ſondern dy hohe und groſſe Notturfft ſolichs erfordert, wie ſich dann daſſelbig, wo es nit verkommen leyder eigentſcheinlich befinden wird.

Zum fünfften wird villeicht geſagt werden, ſo man der Welt Laufft bedencken will, megt es konfftiglich ſowohl über die Stifft, da Biſtumb ſein, als über die Cloſter ghen.

Antwort.

So die gemeine und gefaſte Feindſchafft des gemeinen Manns

riùs, quàm hucusque factum, quod DEUS avertat, ſe extendere contingeret, roboris alicujus eſſet argumentum; ſi tamen penſetur, nullum hucusque Epiſcopatum eſſe ſuppreſſum, ſed in ſua adhucdum eſſe ſubſiſtentia, plures contrà Abbatias interiiſſe, ubi Cultus Divinus de facto nullus amplius habeatur, facilè ruit argumentum, cùm majori odio ſint monachi quàm Clerici. Præterea trito fertur adagio: malo citò medendum eſt; ſic quilibet proximam, ſi aliter nequeat, quærit opem; ita etiam nobis malam in partem accipi non poſſe autumamus, quòd gloriam in eo & laudem quæramus, noſtro tempore & regimine monaſterium & monachos defeciſſe, & vix non excluſam eſſe nobilitatem, ſi non maturo & provido Conſilio medela facta eſſet.

Sexto. Ultima eſſe objectio poſſet, licèt conſentiret Moguntia, deeſſe tamen adhuc Herbipolim.

Reſponſio.

Si habeamus Archi-Epiſcopum, cum quo RATIONE JURISDICTIONIS CONVENIMUS, ſperamus etiam fore, ut cum Suffraganeo rem conficiamus, R. Capitulum Metropolitanum ſoſolummodò hìc ſuum præſtet, cum Herbipoli etiam ſinè dubio viæ reperiendæ ſunt.

Quare vos amicè & inſtanter rogamus, ut ex momentis hiſce prægnantibus vigore aſſensûs à Domino & Avunculo noſtro Car-

Manns wieder die geiſtlichen ſich ferner dann bisher geſchehen (da doch Gott für ſey) erſtrecken ſolt, mogt dieſes argument wohl ſeinen fürgang haben, aber ſo man dargegen betracht, daß dannoch in dieſen leüfften kein Biſtumb bis noch abgeſtelt, ſondern in irem weſen bliebem, aber dargegen viel Ebbtey zu Boden gangen, da itzo nit einiger gots Dienſt daſelbſt gehalten wird, ſo mag dieſes argument leichtlich abgelent werden, da man yhe den Ordens perſonen gehaßter dan andern geiſtlichen, zu dem (iſt ein gemein ſprichwort) wen das Fewer brent, der leſcht es gern, ſo ſucht auch itlicher der nit weiter kan, gern die nechſt hilff, ob nun Wir das Lob und Rhum, daß bey unſern Zeiten und Regierung der Stifft mit der geiſtlichkeit in Abfall und bey nahe vom Adel kommen were, wo ſolichs durch fürſichtigkeit nit geendert worden, yhe gern hetten, achten wir ſolichs nit zu verdencken ſeyn.

Zum ſechſten megt eigents die letzt ausflucht herfür kommen, obgleich Mentz bewilliget, ſo felt es doch noch an Würtzpurgk.

Antwort.

Wan wir den Ertzbiſchove haben, mit dem Wir uns der Jurisdiction halben verglichen, verhoffen Wir mit dem Suffraganeo auch auszukommen, es thu neren hy ein Erwürdig Thum Capittel das ihr darzu, mit Würtzburg ſein verhoffentlich die Weeg auch woll zu finden. ꝛc. ꝛc.

Darauff an Euch unſer gantz freundlichs und gütlichs bitten, die ſachen der hohen und Nothdringeten urſach zum beſten unſers

Cardinale & Archi - Epiſcopo Moguntino cauſam hanc noſtram promoveatis, & in caſu obmovendorum talium & aliorum argumentorum, in favorem noſtrum ea, pro noſtrâ in vos collocata fiduciâ, refutetis, ad quod erga vos in omni bono & amicitia recognoſcendum parati & prompti ſumus. Si verò ex vobis quæreretur, quale ſit reciprocum, quod pro conſenſu Capituli dare velimus, nos propoſitionem, quam Dominus noſter Archi-Epiſcopus Mog. & Cardinalis fecit, & onus portabimus, nempe ut feſtum vel præſentia in Eccleſia Metropolitana Moguntina ad perpetuam rei memoriam à Nobis largiatur, media ad id difficilia non erunt, licèt centum vel ducentos florenos offerre neceſſe eſſet. Quodſi R. Capitulum nobis dare reſponſionem velit, eam conſignare placeat Decano S. Mauritii, qui ſumptibus noſtris eam nobis transmittendi mandatum habet.

Inſcriptio.

Reverendo noſtro ſpeciali Amico Domino Joanni ab Ehrenbergk Capituli Metrop. Mog. Decano & Præpoſito Spirenſi.

ſers Herrn und Oheims des Cardinals und Ertzbiſchoves zu Mentz ſchrifft nach helffen zu Forderen, und wo ſoliche oder dergleichen argument fürbracht wurden, zum beſten verantworten, wie Wir dan unſern Vertrawen in dem in Eüch geſetzt, daß ſein Wir umb Eüch in freündtſchafft und allem guten zu vergleichen, und zu erkennen urbotig und geneigt. wo ihr auch wurd gefragt, was die Verehrung ſeyn ſolt, ſo wir pro Conſenſu Capituli geben wolten, wollen Wir des fürſchlags ſo unſer herr und Oheim Cardinal und Ertzbiſchove zu Mentze gethan nit beſchwerung tragen, als daß neimblich ein Feſt oder Preſentz im Stifft Mentz zu einem ewigen gedechtnus durch uns verehrt werd, und ob Wir darzue ein gulden hundert oder zwey geben ſolten, wolten Wir beſehen den Weeg zu finden, desgleichen ſo ein Erwirdig Thum Capittel uns ſchrifftliche antwort geben will, ſolche ſchrifft wollet dem Dechant Sancti Mauritii zuſtellen, der hat Befelch uns ſolche fortan uff unſern Coſten zu zuſchicken.

XXI.

XXI.

Reſponſoriæ Decani & Capituli Metropolitani Moguntini ad Abbatem Fuldenſem Joannem ſuper eâdem cauſa translationis. de dato Veneris poſt Leonardi Anno 1532.

PRæviis &c. Literas R. G. V. ad nos, unà cum accluſis ab Em. Illmo. Principe & Domino Cardinale & Archi-Epiſcopo Mog. Electore, noſtro gratioſo dilecto Domino ratione mutationis & translationis R. G. V. dignitatis ad me Decanum metropolitanum directis, omni ex parte accepimus, legi audivimus, & pluribus intelleximus. Et quia hoc negotium bene perpendere utriusque Eccleſiæ Moguntinæ & Fuldenſis non parum intereſt, primò maximè neceſſarium eſt, tractatus & pacta inter utramque Eccleſiam inita ad manum conquirere, & inveſtigare, qualiter Eccleſia Fuldenſis Archi-Epiſcopatui Moguntino, vel una alteri ratione jurisdictionis Eccleſiaſticæ, & aliorum jurium ſecundùm conſuetudinem affecta & obligata ſit, & inſpecto ac neceſſariâ conſideratione ponderato hoc negotio cum altefato noſtro Gratioſo Dilecto Domino colloqui, & *ratione jurisdictionis ſpiritualis*, & aliarum rerum, quarum R. G. V. noſtrâ, & Archi-Epiſcopatûs Moguntini non parum intereſt, ejusdem animum, voluntatem & opinionem percipere, & demum cum Electorali ſua gratia concordare, & finaliter concludere. Et ubi id, quod ante omnia requiritur, factum eſt, dein R. G. V. voluntatem & reſponſionem noſtram aperiemus; Reverendæ enim Gratiæ Veſtræ ad ſtudioſam voluntatem & placitum, & ad omne id, quod nobis factu poſſibile eſt, propenſi & parati ſumus.

Inſcriptio.

Reverendo Illuſtriſſimo Principi & Domino Domino Joanni electo Abbati Fuldenſi Rom. Imperatricis Archi-Cancellario per Germ. & Galliam Primati, noſtro gratioſo dilecto Domino.

XXII.

Literæ Capituli Metropolitani Mog. ad Albertum Cardinalem ſuum Archi-Epiſcopum, ſuper petita translatione, ùt priùs fundatio S. Bonifacii, & alia ratione Jurisdictionis connexa inquirantur in Archivio. De dato Sabbatho poſt Cinerum Anno 1532.

E. V. absque dubio ignotum non eſt, R. & Illuſtriſſimum Principem, gratioſum dilectum Dominum electum Abbatem Monaſterii Fuldenſis, Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarium, ad nos ratione conſensûs & ſubſidii Abbatialem dignitatem in Epiſcopalem transferendi & elevandi ſcripſiſſe & rogâſſe. Reſpondimus deſuper R. G. Suæ, & expoſuimus, cùm hæc res ſit magni momenti, & utriusque Eccleſiæ Moguntinæ & Fuldenſis non parum interſit, ante omnia neceſſe eſſe, pacta & Tractatus utriusque Eccleſiæ, quibus ſibi mutuò obligantur, ad manum habere, & diligenter inquirere, quatenus Fulda Archi-Epiſcopatui Moguntino, vel una alteri ratione jurisdictionis Eccleſiaſticæ in ſuperioritate, privilegiis & juribus addicta & affecta ſit, & inſpectis & bene perpenſis omnibus tum demum cum E. V. conferre, ejusdem mentem & ſenſa percipere, unanimi conſilio capere reſolutionem, & dein R. Abbati debitam transmittere reſponſionem. Omnem equidem in inquirendo operam impendimus, ſed nihil, quod ad rem faceret, adhucdum invenimus; nihilominus ulteriorem dare reſponſionem indies urgemur, quam tamen ſinè præſcitu, & aſſenſu E. V. & absque pactorum & tractatuum inſpectione ſpeciali, ex motivis ſequentibus & impedimentis R. Abbati non potuimus impertiri. Licèt igitur altefato noſtro gratioſo dilecto Domino Fuldenſi omnia faveamus, quæ in ejus bonum, non tamen in Archi-Epiſcopatûs præjudicium cedunt, in hoc tamen negotio Summi Pontificis, Romanorum Imperatoris, Imperatricis, E. V. *Electoralis* QUA ARCHI-EPISCOPI & ORDINARII, nec non Epiſcopi Herbipolenſis, ſub quo ditio Fuldenſis EX PARTE SITA EST, & aliorum diſpoſitio, diſpenſatio & conſenſus ante omnia peti & impetrari debent. His omnibus à R. Abbate obtentis neceſſe eſſet, ut tum demum ab E. V. & ejus Archi-

chi-Epiſcopatu Moguntino prædicta pacta & tractatus diligentiſſimè inſpicerentur; his namque bene perpenſis fundatio S. Bonifacii, aliorumque ſucceſſorum Archi-Epiſcoporum Moguntinorum dotationes, & plurima ratione jurisdictionis & connexorum, de quibus modò nobis non conſtat, procul dubio invenientur. Quare humiliter rogamus E. V. ut omnia, quæ ad rem pertinent, in Cancellaria perquirantur, inſpiciantur, & maturo conſilio perpendantur, & ſic inventa & perpenſa nobis transmittantur, ut pro rei exigentia noſtrum etiam conſilium, & Domino gratioſo dilecto noſtro Fuldenſi ad requiſitionem ulteriorem condignam dare reſponſionem valeamus. Ad quod erga E. V. humiliter demerendum benevoli & parati inveniemur.

Inſcriptio.

Eminentiſſimo Celſiſſimo Principi & Domino, Domino Alberto S. R. E. tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali, Legato nato, Archi-Epiſcopo Moguntino & Magdeburgenſi, Electori, Primati, Adminiſtratori Halberſtadienſi, Marchioni Brandenburgenſi, Dilecto & gratioſo Domino noſtro.

XXIII.

Literæ Capituli Metropolitani Moguntini ad Joannem Abbatem Fuldenſem de Anno 1539. Sabbatho 6. Septembris.

Literas ultimas R. G. V. cum allegatione præcedentium noſtrarum, quæ non nihil prolixæ & non concludentes eſſe dicuntur, rectè accepimus, legi audivimus & intelleximus, in quibus inter alia perhibetur, ac ſi nobis ex quibusdam prætenſis, non tamen indicatis aut ſpecificatis rationibus in minori numero & extra Capitulum generale ita obſcurè absque præcedente deliberatione procedere, & conſenſum præſtare non liceat nec deceat, & cum ulteriori Reverendæ Gratiæ Veſtræ petito & additamento, quia etiam R. G. V. & ſui Monaſterii cultum amplificari, Monaſterii privilegia & jura conſervari, & illud apud Nobilitatem manuteneri non parùm interſit, quòd iteratò R. G. V. peramanter nos roget, & gratioſè requirat, ut in hoc Generali Capitulo

pitulo R. G. Vræ reſponſionem in ſcriptis finalem tranſmittamus; quid facere vel omittere mentiſſimus; Ad quod R. G. Vræ. iteratò, prout antea ſæpius factum, omnino promptam & ſtudioſam voluntatem declaramus, quod nos in honorem & bonum R. G. Vræ. & ſui Monaſterii, ubi hoc *ſinè Archi-Epiſcopatûs Moguntini damno & præjudicio* excuſari poſſit, ſummè propenſi & parati fuerimus, & adhuc ſimus; Speràſſemus tamen, quòd R. G. Vra. interea temporis propoſitiones & media idonea ob oculos poſuiſſet & ſuppeditaſſet, ut exinde etiam concludendi & conſentiendi nunc nobis occaſio data eſſet; Quia verò id factum non eſt, & tamen R. G. Vra. non niſi noſtras difficultates & dubia hac in re in ſcriptis aperire poſtulat, ut competente ratione poſſint refutari; Rogamus R. G. Vram. ut præviè à ſua Sanctitate & Cæſarea Majeſtate obtentas, & vidimatas indultorum & Conceſſionum copias ad inſpiciendum tranſmittere, *& quid Archi-Epiſcopatus Moguntinus in locum juriſdictionis ſuæ & jurium exſpectandum habeat*, ſe declarare non gravetur, ut pro rerum circumſtantiis deliberare, & firmiter concludere poſſimus. Id quod R. G. Vræ. reſponſionis loco iteratò ſignificare volumus, hoc enim obſequium promptiſſimum R. G. Vræ. exhibere maximis deſideriis ſemper propenſi ſumus.

XXIV.

Literæ Joannis Abbatis Fuldenſis ad Capitulum Metropolitanum Moguntinum. de dato Fuldæ Veneris poſt Pentecoſten Anno 1540.

PRæviis &c. Non dubitamus, quin D. V. & vos etiamnum memineritis, quâ ratione antea ſæpius D. V. & vobis expoſuerimus, quàm graves cauſæ, ſcilicet in conſervationem & amplificationem cultûs Divini, noſtrorum & Monaſterii noſtri privilegiorum, libertatum & jurium, & in bonum Nobilitatis nos adegerint, ut exulceratis hiſce tem-

WIr ſein alles zweivels ohn, E. L. und Ihr haben noch im friſchem und unentſunckenem Gedächtnus, wilcher was wir hiebevor offtermals E. L. und Euch zu erkennen geben haben, aus was Nodtringenden Urſachen, nemblich zu erhaltung und mehrung Gottes-Dienſts unſer und unſers Stiffts Privilegien, Freyheiten und Gerechtig-

temporibus Eccleſiam Fuldenſem apud Sanctitatem ſuam non minùs, quàm Majeſtatem Cæſaream ab ordine monaſtico ad Epiſcopatum & Eccleſiam Cathedralem transferendi remedium quæreremus, cum addito, id non fieri ex animi levitate, ac ſi nos noſtrúmque Capitulum abſque motivis prægnantiſſimis ex ſola morum diſſolutione habitum & regulam monaſticam deſerere optaremus, adjuncto petito, nobis in hoc propoſito auxiliatrices manus porrigendi, ita ut ſuperfluum judicemus, preces noſtras & propoſiti noſtri rationes cum tædio repetere. Cùm verò usque huc à D. V. & vobis ad repetitas ſæpiùs inſtantias reſponſione finali in ſcriptis non dignaremur, ſed varia moveri velle dubia cauſam remorantia opinemur, adeóque nos noſtrúmque Capitulum divinare non poſſimus, quænam illa ſint, in quibus rei cardo verſetur, nos jam pridem ſub dato Moguntiæ Sabbatho poſt feſtum omnium Sanctorum elapſi anni Trigeſimi ſecundi, cùm dubia oboriri timeremus, vobis amico noſtro Domino Decano Eccleſiæ Metropolitanæ aliqua dubia, adjunctis ad illa reſponſionibus, porrigenda duximus, quorum iteratò D. V. & vobis copiam tranſmittimus, ſperantes, exinde dubiis omnibus, quæ D. V. conſenſum huc uſque impediverunt, abunde ſatisfieri, præcipuè cùm Archi-Epiſcopatui Moguntino, prout in articulis noſtris oſtendimus, *plus accreſcat, quàm decreſcat, & JURISDICTIO IN EO ſatis COMPENSETUR, quia Moguntia Suffraganeum amplius habe-ret,*

tigkeiten, auch gemeinem Adell zu gutem wir verurſacht ſein worden, in dieſen ſchwinden leüfften und Zeiten den Stifft Fulda bey Bebſtlicher Hailigkeit und Kayſerl. Majeſtat vom Orden in ein Biſthumb und Thumb-Stifft laſſen zu transferiren und zu verendern, mit deren Anzeig, das ſolchs aus gar keiner Leichtfertigkait, als ob wir und unſer Capittel ohn hoch bewegliche Urſachen, oder aus Leichtfertigkait, uns des Ordens wöllten entſchlahen, geſchehe, und angehefter Bitt in dem rethlich und behülfflich zu ſein ꝛc. alſo daß wir von unnothen, auch überflüſſig zu ſein erachten, daſſelbig unſer Anſuchen und Urſachen unſers Vorhabens weiters zu erholen, oder ohne Verdries zu erneweren, dieweil aber bis anher von E. L. und Euch auf unſer vielfaltig anſuchen entliche Antwort nit gevallen, ſondern mannicherlai bedencken vorgenomenn, damit der ſachen weder zu oder aber abgeholffen, und wir ſambt unſerm Capittel nit wiſſen mogen, warauff die ſach beruhen, und endlich beſtehen wöllen, und wir hiebevor Euch unſerm Freundt Herrn Dhumb-Dechant unter dem dato Maintz Sambſtags nach omnium Sanctorum des verloſſenen zwai und dreiſſigſten Jahrs, als wir beſorgten mancherlei Bedencken mogten einfallen, deren wir etzlich ſambt deren Bericht und Antwort haben zuſtellen laſſen, deren wir E. L. und Euch hiemit wiederumb Copien zuſchicken, des verhofſens E. L. werden daraus ir vorgefallen bedencken Irrung und Verhinderung ſich allenthalben wiſ-

ret, ac antea habuit. Porro ſi nobis notum non eſſet, quòd menſa Abbatialis, ad quam Prælati, Canonici & Vicarii, qui Eccleſiæ cantando, celebrando, miſſas legendo, & aliis, ùt in Eccleſia Cathedrali moris eſt, Officiis deſerviunt, Deo opitulante ſubſiſtere non poſſet, manus nunquam operi admoviſſemus; inveniri etiam remedium non difficile erit, per quod *Primatus ordinis, qui Monaſterio hucusque annexus fuit, & non per Sanctum Bonifacium, ſed diu poſt ejus obitum acquiſitus eſt, ad aliam Abbatiam Ordinis in provincia Moguntina transferri poſſet.* Quapropter & ex omnibus antea in ſcriptis multoties indicatis rationibus noſtra amica petitio & gratioſa requiſitio eſt, ut D. V. & vos animum ſuum & voluntatem absque ulteriori mora nobis tandem aperire, & noſtram noſtrique Monaſterii cauſam cordi habere, & in ea vos eatenus faciles & benignos exhibere velitis, quatenus de vobis omnino ſperamus & optamus; id quod de D. V. & vobis ſigillatim amicè & ſpecialiter demereri parati ſumus, D. V. & veſtram reſponſionem in ſcriptis per hunc nuncium exſpectantes.

Inſcriptio.

Reverendis Perilluſtribus Nobilibus Honorabilibus venerabilibus & Doctiſſimis noſtris Dominis Avunculis, cognatis bonis amicis & ſpecialibus Decano & communi Capitulo Metropolitano Moguntino.

wiſſen zu berichten, und iren Beſchwerungen mas geben, und daß dem Ertz-Stifft Maintz mehr zu dan abgehe muß, in unſern angezeigten Artickeln vermelt, auch die Jurisdiction in dem reichlich erſtattet, ſo Maintz ain Biſthumb mehr würde haben dan vor, zu dem ſo wir nit wuſten, daß Menſa abatialis, darzu Prælati, Canonici, und Vicarii, die dem Stifft mit Meß halten, Singen, Leſen, und anderm, das einer Cathedral Kirchen gehort, mit verleihung des Allmechtigen gebührlicher weis vorſein mogten erhalten werden, wolten wir dieſe ſach nicht vornehmen. Es findt auch die Weg wol zu finden, daß das Primat des Ordens (ſoder Stifft bis anher gehabt, und nicht durch Sanctum Bonifacium, ſondern lang nach ſeinem Abſterben erlangt) wol zu einer Abtey des Ordens in Maintzer Provinz bracht und erhalten konnt werden. Derhalben und aus allen hiebevor in Schrifften vielfältiglich angezaigten urſachen iſt unſer freundlich Bitt gnädiges geſinnen und begeren, E. L. und ihr wollen uns ir Gemuth und Meynung ohn weitern aufhalt endlich entdecken, und unſer und unſers Stiffts Notturfft nach weiter haben zu halten, und ſich hierin dermaſſen freindlich und gutwillig ertzaigen, und befinden laſſen, wie wir uns gentzlich verſehen, und vertroſten. Daß wollen wir umb E. L. und Euch ſambtlich und ſonderlich freundlich und günſtiglich zu verdienen und zu beſchulden willig ſein, des E. L. und Ewer ſchrifftl. und richtige Antwort bey dieſem Bothenn wartende. Datum in unſer Statt Fulda Freytags nach dem heiligen Pfingſtage Anno XL.

XXV.

XXV.

Literæ Capituli Metropolitani Moguntini ad Albertum Cardinalem & Archi-Epiſcopum Mog. in cauſa translationis Fuldenſis ad Epiſcopatum. de Anno 1540. Lunæ poſt Corporis Chriſti.

QUid Rev. & Illmus. Princeps & Dominus D. Joannes Electus & Confirmatus Abbas Fuldenſis Rom. Imperatricis Archi - Cancellarius, gratioſus & dilectus D. noſter in cauſa translationis ad nos iteratò ſcripſerit, & quid eidem R. D. reſponderimus, R. Celſitudo Vra. ex adjacentibus copiis intelligere dignabitur. Cùm verò Rev. Abbas Fuldenſis oppidum Salmünſter reluere intendat, ne alienas in manus deveniat, utile arbitramur, Celſitudinis veſtræ tamen judicio, ut altefatus Abbas Fuldenſis vel per literas vel oretenus requiratur, ne hæc reluitio alteri Principi aut Domino, quàm C. Vræ. & Archi-Epiſcopatui Moguntino concedatur, uti & olim factum, non ſecutâ tamen finali reſponſione.

Quantum autem ad translationem attinet, conſultum duceremus, ut, ſicut R. Princeps cum Celſitudine ſua concordare promiſit, etiam nobiſcum conveniret, & C. Vra. R. Principi & ejus Capitulo ad amicè tractandum ſuper his omnibus diem certum conſtitueret, ubi demum ra-

WEs der Hochwirdig Hochgeborn Fürſt und Her, Herr Johanns erwelter und beſtettigter Abt des Stiffts Fulda Romiſcher Kayſerin Ertz-Cantzler rc. uns Gnediger lieber Herr uns abermals in der translacion ſach geſchrieben, und wes wir ſeinen Fürſtl. Gnad. widerumb geantwortet, haben Ewer. Fürſtl. Gnad. ab innligenden Copeien gnediglich zu vernemen, diweyl nu Sein Fürſtl. Gnad. die wiederloſung an Salmünſter zu thun, oder die in frembde Hand komen mogten laſſen, ſo achten wir erſtlich für nutz, doch auff ewer Fürſtl. Gnad. verpeſſerung, daß Sye Hochgedachten von Fuld ſchrifftlich oder müntlich beſuchen und geſinnen laſſen, daß Sein Fürſtl. Gnad. ſolche wiederloſung keinem anderen Fürſten noch Herrn dan Seiner Fürſtl. Gnad. und irem Ertz-Stifft Meintz geſtatten noch vergünſtigen, wie dan Ewer Fürſtl. Gnad. vormals auch gethan, aber noch kein endlich Antwort darüber entpfangen. Als vill dan die translacion betreff, wolten Ewer Fürſtl. Gnad. ſich mit üns, wie mit

ratione *præſtandi conſenſûs* difficultas non erit, ſi Abbatialem dignitatem in tolerabiliorem, quàm Epiſcopalis eſt, transferretur, ſalvâ tamen in omnibus dignitate Principis, & *ſalvis C. Vræ. nec non ejusdem Archi-Epiſcopatûs Moguntini juribus*; ſuper quo tamen articulo Celſitudinem veſtram humiliter rogatam voluimus, quatenus mentem ſuam & ſententiam in eo nobis interea temporis aperire dignetur, ut etiam rem perpendere valeamus. Id quod C. Vræ. humillimè ſignificandum duximus.

mit Ewer Fürſtl. Gnad. uns derhalb auch zu vergleichen erpoten hetten, mit beger denſelben beſprechen, und vereinigen, und darauff Seinen Fürſtl. Gnad. und iren Capitel einen Tag von mitteln und wegen dieſer Sachen freuntlich zu Handeln ꝛc. benennen und anſetzen, hielten wirs darfür, wo alsdan Eptliche auff ein leidlichere dan Biſchoffliche Wirde mocht transferirt werden, doch in alle Weg mit erhaltung Fürſtlichs Standts und weſens, auch Ewer Fürſtl. Gnad. und irem Ertz-Stifft Meintz on Schaden, ſolt nit hoch bewilligen beſchwerlich ſein, aber doch über dieſen Articul wollen wir Ewer Fürſtl. Gnad. undertheniglich gepeten haben, uns ires Gemüts, und wollmeynung herinn mitler Zeit zu verſtendigen, der ſach auch darauff zu bedencken, ſolchs haben Ewer Fürſtl. Gnad. wir undertheniglich nit wollen onangezeigt laſſen.

XXVI.

Extractus Inſtructionis vel Mandati Ferdinandi II. Imperatoris pro Legato Cæſareo ad Capitulum Fuldenſe, Sede vacante, de dato Ratisbonæ 26. Decembris 1622.

FERDINANDUS &c.

INſtructio & Mandatum pro noſtro & Imperii Dilecto fideli Joanni Jacobo Kurtzen de Senfftenau noſtro Conſiliario Imperiali Aulico & Camerario, quid vice noſtrâ apud noſtros honorabiles dilectos devotos Decanum & Capitulum Eccleſiæ Fuldenſis proponere, agere & exequi debeat. &c. &c.

in

in fine. Et poſtquam Reverendus Ioannes Schweickardus Archi-Epiſcopus Moguntinus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius dilectus Nepos noſter & Elector, *utpote prædictæ Eccleſiæ Fuldenſis Metropolitanus*, Dilectionis ſuæ Legatum Fuldam pariter ablegavit, hinc Legatus noſter in omnibus amicè cum eo communicabit, & iis, ùt præfertur, ad finem deductis, ad aulam noſtram Cæſaream ſe denuo recipiet, humillimam deſuper relationem facturus. In quo clementiſſimam noſtram exequetur voluntatem.

XXVII.

Literæ Capituli Fuldenſis ad Archi-Epiſcopum & Electorem Mog. Anſelmum Caſimirum, ſuper attentatâ à ſuo Abbate Ordinis unione cum ignobilibus de 26. May 1630.

QUantumvis Celſitudinem veſtram Electoralem, utpote quæ multò gravioribus S. R. J. negotiis detenta eſt, literis noſtris ulteriùs moleſtare non decuiſſet, ſumma tamen nos adigit neceſſitas; Siquidem R. noſter gratioſus Princeps & Dominus Fuldenſis quò longiùs, eò magis nos affligit, nuper etiam adhuc Sabbatho SS. Trinitatis per Confeſſarium ex S. Gallo adſcitum P. Robertum (cujus operâ etiam hoc in negotio nuper Viennæ uſus eſt) & Dominum Andream Koch Amœnoburgo rogatum, Celſitudinis veſtræ Vicarium in ſpiritualibus, ejuſmodi puncta nobis propoſuit, in quæ pro nobis & nobili poſteritate conſentire non poſſumus. Nihilominus tamen ad conſenſum noſtrum

ſtrum

OB zwar E. Chr. Gn. als welche mit viel höherern des heiligenn Römiſchenn Reichs obliegendtenn Geſchafften beladenn ſeindh, wir mit unſeren Schreiben ferners zu moleſtiren, billig hetten verſchonen ſollen, ſo thut iedoch unß die höchſte Nothwendigkeit hierzue antreiben, ſintemahlen der Hochwürdigh unſer gnediger Fürſt undt Herr zue Fulda als ie lenger ie mehr in uns tringet, auch allererſt Sabbatho SS. Trinitatis durch deroſelben von ſanct Gallo abgeholtenn Confeſſarium P. Roberti (welcher in neulichkeith auch in dieſem weſen zue Wien ſich gebrauchen laſſen) undt dero vonn Amöneburgk abgeforderten Vicarium in ſpiritualibus Hn. Andream Koch, ſolche puncta vor-

r

hal-

noſtrum vi & ſpecialibus comminationibus extorquendum ad ſex horas nos detinuit. Quodſi nunc nos non aliter, quàm propediem factum eſt, declarare potuimus aut debuimus, ſed ad S. Sedis & Cæſareæ Majeſtatis clementiſſimorum Dominorum noſtrorum deciſiones provocavimus, Reverendus Dominus noſter Dominicâ ſequente iteratò coràm nobis expoſuit, duodecim denuò Clericos in Novitiatum admittere & inveſtire, pro 2do Ordinis inire unionem, & 3tio Præpoſituram S. Joannis in monte cum omnibus reditibus & proventibus (quæ antea ſemper de nobili proviſione Capituli erat) novis his religioſis concedere non minùs, quàm omnes reditus, cenſus & proventus ad Principatum & Abbatiam pertinentes abdicare, & cum his religioſis conjungere, firmiter ſecum tandem ſtatuiſſe. Quamvis autem R. Domino noſtro mentem noſtram, quòd hæc intenta inverſio Eccleſiæ perantiquæ, & obſervatis per multa ſæcula ſtatutis, uti & ſententiæ Pontificiæ Separationis bonorum Abbatis & Capituli in anno 1294. latæ non minùs, quàm Caroli IV. protectorio, Decano & Capitulo conceſſo, è diametro adverſetur, pluribus ſubmiſſiſſimè aperire, & inſuper contra inſperatam Monaſterio tam probroſam quàm præjudicialem novitatem oretenus proteſtari voluerimus, nos audire tamen noluit, ſed expreſsè nobis expoſuit, ſe hæc non conſilii gratiâ (uti formalia erant) ſed tantùm ad noſtram ſcientiam nobis indicâſſe; Unde ſingulis momentis timendum nobis eſt, ne præviis actibus modò in-

halten laſſen, darinnen wir zumahlen vor uns und der Adelichenn poſteritet halber nicht geheelen können, nichts deſtoweniger aber, vff die ſechs Stunde vnſern Conſenſum mit Gewaldt vndt ſonderbahren Cominationibus aus zuepreſſenn vfgehalten, wann wir ſich nuhn in nichts anders als allbereith beſchehen geweſen, erkleren können noch ſollen, ſondern ſowohl auff Jhre Päpſtl. Hayligk. als auch ihrer Kayſ. Maj. ꝛc. vnſerer allergnedigſter Herr ꝛc. deciſiones berufſen haben Jhre Frl. Gnad. nach folgendtem Sontaghs vns abermahls ſelbſten mündtlich zuuerſtehen geben, daß ſie wiederumb zwölff Clericos in Nouitiatum anzunehmen vnndt zu Inueſtiren gemeinth wehren, wie dann pro 2do ſich in eine Vnionem ordinis zue begeben; drittens, auch die Probſtey St. Joannis Bergk, mit allen vnd iedenn ihrenn Renttenn vnndt gefellenn (welche vor dieſem iederzeith ein Adeliche Capitulariſche Prouiſion geweſen vndt dem Capitulo zuegeſtanden) denn newen Religioſis einzuraumen, wie nicht weniger ſo gar alle vndt jede zum Fürſten-Thumb oder der Abbtey gehörige Einkommen, Zinns, undt Renthenn, abzutrettenn, vndt mit den geiſtlichen zue Conjungiren endtlichenn beſchloſſenn ſeyen. Ob wir nuhn Jhro Fr. Gnad. vnſere meynungen hieujegen wiederumb/ das dieſe vorhabendte Inuerſio ſowohl dem vhralten Stiefft, vndt vor vielen 100. Jahren obſervirten ſtatutis als auch in Anno 1294. latæ ſententiæ pontificiæ ſeparationis bonorum Abbatis & Capituli wie nicht

indicatis (cùm inſuper addiderit, verrere ſcalam volenti, non ab infimo, ſed ſupremo gradu incipiendum eſſe) occupatis, quas modò poſſidemus, Præpoſituris, per indirectum illud, quod directè conſequi non licet, obtinere attentet. Quia verò, quid apud vim hanc majorem nobis agendum ſit, ancipites hæremus, & poſt Deum extremum & unicum noſtrum refugium in gratia veſtra Electorali *tanquam Clementiſſimo noſtro Domino METROPOLITANO* ponimus, & implorandum ducimus, veſtram Celſitudinem humillimè precamur, ut ad R. Principem noſtrum & Abbatem dehortatorias, quatenus usque ad Sedis Apoſtolicæ & Cæſareæ Majeſtatis deciſionem à conceptis novitatibus deſiſtat, uti & ad Sanctitatem ſuam, quatenus contra nos non auditos non procedatur, interceſſionales dare clementiſſimè dignetur. Id quod erga Celſitudinem veſtram Electoralem humillimis obſeqiis, & fervidis pro diuturna ſanitate & pacifico regimine ad Deum precibus exorare, tam obligati quàm prompti ſemper ſumus.

Inſcriptio.

Celſiſſimo in Chriſto Principi & Domino Anſelmo Caſimiro, S. Sedis Moguntinæ Archi-Epiſcopo, S. R. J. per Germaniam Archi-Cancellario & Electori, noſtro Clementiſſimo Electori & Domino.

nicht weniger Caroli quarti damahlichen Dechant vndt Capitul ertheiltem protectorio è diametro zuwieder lauffen undt ꝛc. zu Gemüth führen vndt dabenebens wieder ſolche vnuerhoffte auch dem Stiefft ſo ſchimpff-als gefehrliche newrungen mündtlich proteſtiren wollen, ſo haben ſie eben vnß nicht hören wollen, ſondern austrücklich zuuerſtehen gebenn, ſie hetten es uns alleiniglich zue unſerem mitwiſſen, vndt nicht Conſilii gratia (wie dero formalia verlauthet) angedeüthet, dannenhero wir nuhr ſtündtlich in höchſter Geſahr ſtehen müſſen, ſie möchten nach dieſen vorangezeigten actibus (gleichſam dieſelbe ſobaldten darbey vermeldet, das wehr ſal. hon. die Stiegen Köhren woltte, nicht an vnderſt, ſondern Oberſten Staffellen anfangenn müſte) denn nechſten vnß naher itzo innhabendtenn vnſerenn Probſteyen greiffen, vndt alſo per indirectum dasjenige vieleicht, zue welchem ſie directo nicht gelangenn können, zue effectuiren vnderſtehen; Weillen wir nuhnn, was bey ſolchem gewaltſamen procedere zuthun höchlichen anſtehen vnndt dann nechſt Gott in vnderthenigkeith unſere äüſſerſte vndt höchſte Zueflucht zue Ew. Churfürſtl. Gnad. als unſern Gnedigſten Herrn *METROPOLITANUM* haben, vndt zue imploriren wiſſen; So gelanget ahn E. Churfürſtl. Gnaden vnſere vnderthenigſte hochvleiſſigſte Bitte, ob Ew. Churfürſtl. Gnaden an unſern gnedigen Fürſten und Herrn ein dehortation-Schreiben, bis zue Jhro Päpſtliche Hayl. vndt Kayſ. Majeſtät deciſion vorerzehlte neurungen einzuſtellen abgehen zu laſſen, wie auch an höchſtgedachte Päbſtl. Hayl. daß jegen uns diesfals un-

ſere vngehört nicht procedirt werde, gnedigſte Interceſſionales vns zuertheilen, gnedigſt geruhen wollten; Solches vmb E. Churfürſtl. Gnaden mit vnſeren vnderthenigſte Dienſten vnndt innigen Gebett zue Gott dem allmächtigen vor E. Churfürſtl. Gnaden beſtendige Leibs Geſundtheit, langwührige Friedfertige Churfürſtl. Regierung zuuerbitten, ſeinth wir wie ſchuldig alſo auch iederzeit willigh.

XXVIII.

Literæ Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Abbatem Fuldenſem Joannem Bernardum, ut deſiſtat à novitatibus usque ad declarationem Cæſaream. de dato Mog. 1. Junii 1630.

Dilectionem veſtram celare nolumus, quâ ratione concreditæ D. V. Fuldenſis Monaſterii Capitulum apud nos humiliter conqueſtum ſit, quòd D. V. vigore propoſitionis ipſis Capitularibus nuper coràm factæ, Ordinis inire unionem, & Præpoſituram S. Joannis in monte, quæ olim ſemper de proviſione nobilis capituli fuerat, cum omnibus ſuis reditibus religioſis S. Galli ex Helvetia adſcitis attribuere, imò proventus omnes ad Principatum & Abbatiam ſpectantes eis cedere firmiter intendat, additâ humili ſupplicatione, quatenus nos tanquam METROPOLITANUS apud D. V. eatenus intercederemus, ut propoſitum ejusmodi novum, in monaſterii ruinam tendens, ſuo fruſtretur effectu, nec Capitulares contra conſuetudinem multorum ſæculorum, contra antiquiſſima Statuta & compactata injuſtè graventur.

Nos equidem, quidquid Dilectio ſua in dicto Monaſterio *ratione diſciplinæ regularis* ſtatuendum duxerit, in medio omnino relinquimus; illud tamen prætterire non poſſumus, quòd ſua Majeſtas Cæſarea, dum D. V. admiſſionem tam nobilium quàm ignobilium religioſorum in conſortium Capitulare ſupplicavit, noſtrum & reliquorum Coëlectorum ſententiam deſuper expetierit, prout etiam ſidem unanime votum ſuum humiliter mox transmittere non intermittent. Quoniam verò, ùt equidem arbitramur, juſtum eſt, & authoritati Cæſareæ Majeſtatis omnino conforme, antequam procedatur ad propoſiti executionem, Cæſaream exſpectare reſolutionem,

nem, & D. V. facilè judicabit, ſi non exſpectatâ declaratione Cæſarea à D. V. procederetur, Majeſtatem ſuam eapropter vel maximè offendi, & periculoſas non minùs ſequelas inde orituras potiſſimùm, quòd apud attentatam redituum menſæ Principalis in conventum translationem, Cæſareæ Majeſtatis & Imperii intereſſe eatenus verſetur, ut ſuperſedere neutiquam, ſed alia arripere media neceſſum foret, quæ omnia præcaveri optarèmus. Unde dicto D. V. Capitulo petitas interceſſionales denegare non potuimus, D. V. benevolè requirentes, ne præcipiti conſilio hoc in negotio aliquid ſtatuat, ſed clementiſſimam reſolutionem Cæſaream, & quidquid ſecuto Electorali voto à ſua Majeſtate decerni contingeret, obedienter exſpectet, interim autem priſtino in ſtatu omnia relinquat. Quemadmodum autem hiſce D. V. incommoda quàm plurima certò aliàs ſecutura anteverteret, ita confidenter ſperamus, has noſtras interceſſionales benignè accipiendas; Qui cæteroquin ad oſtendendam noſtram amicitiam prompti & parati ſumus.

XXIX.

Reſponſoriæ Anſelmi Caſimiri ad Seniorem & Capitulum Fuldenſe ſuper eâdem causâ de dato Moguntiæ 1. Junii 1630.

PRæviâ ſalute noſtrâ Honorabiles, devoti nobis dilecti, Literas veſtras de 26. menſis May proximè elapſi ritè accepimus, atque ex iis non libenter intelleximus, Dilectionem ſuam Abbatem inter, & vos odioſas ejusmodi differentias obortas eſſe. Cùm igitur noſtram *ceu* METROPOLITANI VESTRI interceſſionem ſuppliciter imploràſtis, nobis etiam absque eo tædio foret, ſi nocivæ ejusmodi differentiæ, & ſecutura exinde ſeparatio Caput inter & membra eveniret, petitas interceſſionales ejus tenoris, quem accluſa copia, cujus Originale debito loco porrigere noveritis, vobis pluribus indicabit, ad Dilectionem ſuam Abbatem dirigendas duximus. Pariter, prout ſupplicàſtis, literas dedimus ad SANCTISSIMUM Dominum noſtrum, confidenter ſperantes, Dilectionem ſuam propoſitum mutaturam, & reſolutionem Cæſaream ante omnia exſpectaturam; quod reſponſionis loco vobis clementer indicare voluimus, quibus gratiis & omni bono propenſi ſumus.

XXX.

Literæ Interceſſionales Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Summum Pontificem in eadem cauſa. de dato Moguntiæ 2. Junii 1630.

AB Eccleſiaſtici Ordinis dignitate jam à ſæculis pluribus Imperatores Romani Imperio Majeſtatem quæſiverunt, unde factum, ut aliquarum Eccleſiarum etiam religioſarum Præſules in Imp. Principatûs & officiorum præcipuorum honore inſigniti fuerint. Ex harum numero Fuldenſis Eccleſia ſub Ordinis S. Bened. inſtituto olim erecta, Imperatorum liberalitate non modò Principatûs juribus & regalibus eſt dotata, ſed etiam, qui eidem Eccleſiæ præeſt, Abbas Auguſtæ Imperatricis ex Imperii more Archi-Cancellarii munus exhibet. Cùm verò è dignitate Eccleſiæ, & bono Imperii ſit, ea, quæ ſummorum Pontificum & Imperatorum auctoritate pro utriusque decore ſunt ſalubriter conſtituta, in ſuo conſervari vigore; & cùm occaſione reformationis Eccleſiæ Fuldenſis à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe Joanne Bernardo ejusdem Eccleſiæ Abbate ſingulari Zelo inchoatæ, videmus graviſſimas controverſias inter ipſum & alios ejus Eccleſiæ Prælatos exoriri, & eò usque utrinque res progrediatur, ne non modò ipſius Eccleſiæ Fuldenſis bonus progreſſus & ſtatus periclitari poſſit, ſed etiam hac occaſione Imperii quieti & dignitati derogari, adeóque nihil dubitem, quin Sacra Cæſarea Majeſtas, & Imperii Principes huic negotio pro conſervando illo Principatu tam inſigni intercedere debeant; omninò officii mei, quod Sanctitati veſtræ debeo, ET METROPOLITANI MUNERIS eſſe duxi, Sanctitati Veſtræ ſuggerere, eámque humillimè rogare, ut cùm Clementiſſimo etiam ejus arbitrio hæc cauſa dilata fuerit, eam tanti momenti dignetur ſtatuere, ut non antequam intimè examinentur utriusque partis Jura, Sacri etiam Imperii intereſſe, aliquid ſit ſtatuendum. Pro meâ verò parte Sanctitatem veſtram aſſecuro, me & amici Præſulis ac Principis pio Zelo libenter ſuffragaturum, diſciplinæ etiam religioſæ in eâ Eccleſiâ ſtabiliendæ ſtudio, omni operâ adfuturum, dummodò ejus Principatûs privilegia, & nobilitatis, cui hactenus ſoli ad eam Eccleſiam jus fuit, prærogativa, quod ſalvâ etiam reformatione facillimè fieri poteſt, non convellantur, quod ipſum, ùt Sanctitatem veſtram ſcio ſponte ſua pa-

ternéque proviſuram, ita humillimè rogo, & ſacra ejusdem veſtigia Venerari, me ejus benignitati unicè commendo, & plurimorum annorum felicitatem ex animo Voveo.

XXXI.

Literæ Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Cardinalem Barberini in eadem cauſa, de dato Moguntiæ die 2. Junii 1630.

QUæ apud Nos de Illuſtriſſima Dominatione Veſtra in rem noſtram collatis officiis prolixè diſſeruit poſt reditum ſuum Confeſſarius noſter, eadem literis poſtmodum Illuſtriſſimæ D. V. pleniùs aſſerta ita animum noſtrum affecerunt, ut planè omne ſtudium noſtrum cupiamus viciſſim in Illuſtriſſimæ D. V. arbitrio ſemper eſſe. Et quoniam etiam provocare nos dignatur ad ejus impendendam operam, eam quàm opportuniſſimè nobis præſtabit, ſi dignabitur Agentem noſtrum R. D. Theobaldum Wilhelmum Mottmannum benignè audire, exponentem ſtatum controverſiæ, quæ exorta eſt inter R.& Illmum D. Joannem Bernardum Abbatem Fuldenſem, & ejus nobile capitulum, & ſuo ſapientiſſimo conſilio & prudenti operâ id efficere, ut ne quid facilè ſtatuatur in hac re, niſi auditis priùs illis, qui ſe gravatos queruntur. Seribimus eâ de causâ ad S. D. N. & Ill. D. V. rogamus enixè, ut negotium hoc ſtatuat tanti momenti, unde etiam ipſius Imperii res de novo turbari poſſint. Nos certò, ut Ill. & R. Principi Fuldenſi ſumus amici, & reformandæ diſciplinæ ſtudium omnino probamus, ita libenter omnem ei noſtram operam impendemus, dummodò, quod in tanto Principatu odioſiſſimum foret & periculoſum, antiquis reformati Principatus privilegiis, & Nobilitatis Juri nihil derogetur. Ill. D. V. nos amicabiliter offerimus, eíque omnia felicitatis munera affluere, ſemper ex animo deſideramus.

XXXII.

Literæ ejuſdem ad eundem de 30. Novembris A. 1630.

PRævia obſequiorum noſtrorum, & omnis boni oblatione Eminentiæ Veſtræ peramanter hiſce communicamus, quidnam ad S. D. N. Univerſalis Eccleſiæ Pontificem Optimum Maximum ſcripſerimus ratione Controverſiæ, quæ inter Abbatis Fuldenſis Dilectionem, & ejusdem Eccleſiæ Capitulum ea de cauſa vertitur, quòd jam dicti Abbatis Dilectio tam Nobiles quàm ignobiles religioſos indiſtinctè ad Capitulum admittere, nobiles verò Capitulares vigore antiquiſſimorum Eccleſiæ ſtatutorum, & à multis retro ſæculis continuatæ obſervantiæ, id ipſum nullatenùs concedere velint, licèt neutiquam dubitemus, Sanctitatem ſuam re jam ad curiam devolutâ, non modò quod juſtum, ſed & ad conſervationem religionis quietisque publicæ neceſſarium eſt, Clementiſſimè ſtatuturam. Quandoquidem tamen officii noſtri ratio â nobis, utpote *Fuldenſis Eccleſiæ* METROPOLITANO exigit, in hac tanti momenti cauſa ſedulò, & quantum in nobis eſt, curare, ne ob novitates iſtas jam dicta Eccleſia detrimentum capiat, ſuperſedere nequaquam potuimus, quin E. V. negotium hoc peramanter & amicè commendaremus, cùm probè noverimus, quòd non modò ſingulari ſuâ prudentiâ & dexteritate, verùm etiam authoritate, quâ pollet maximâ, bonæ Capitularium Fuldenſium cauſæ ſummoperè patrocinari queat, quod E. V. eò libentiùs facturam eſſe exiſtimamus, cùm certò ſciamus, eam ad conſervationem Germanicæ Nobilitatis, quæ tot illuſtres tam Metropolitanas, quàm Cathedrales aliásque Eccleſias tam longa annorum, imò ſæculorum ſerie graviſſimis etiam reipublicæ Chriſtianæ temporibus conſervavit, iisque laudabiliter præfuit, propenſiſſimam eſſe, nec quidquam intermittere velle, quod ad ſtatuendam inter Catholicos, & quidem Eccleſiaſticos Electores & Principes firmam pacem & Concordiam ullâ ratione conveniens eſſe Judicaverit. Cùm itaque præſens cauſa conſideratis omnibus circumſtantiis talis ſit, quæ propter rei, quam Abbatis Fuldenſis Dilectio prætendit, novitatem facilè graviſſima diſſidia ſcandaláque ideo ſuſcitare poſſit, quòd omnibus aliis Germaniæ Eccleſiis, in quibus ſoli Nobiles ab antiquo recepti ſunt, præjudicium inde non vulgare generetur, prætereáque Nobilitas univerſa, quæ maxima ex parte Catholicæ religioni addicta non eſt, minimè paſſura ſit, talem in Eccleſia Fuldenſi novationem fieri, non opus eſt E. V. quæ pro ſingulari ſua prudentia facilè cuncta perſpiciet,

ciet, longiùs demonſtrare, quantum ſcintilla iſthæc incendium generare, & quibus difficultatibus Eccleſias Germaniæ implicare poſſet; ſi enim vel minima etiam novitas periculoſa eſt, quid boni ex tali innovatione ſperandum erit, per quam omnium aliarum Eccleſiarum Capitula, & univerſus Imperii Romano-Germanici Equeſtris Ordo non vulgariter offenditur. Quæ omnia etiam Sanctiſſimo Domino noſtro humillimè expoſuimus, nequaquam dubitantes, quin Sanctitas ſua omnium harum difficultatum accuratam rationem ſit habitura, & eò quidem magìs, cùm E. V. maturiſſimum conſilium & Summa Authoritas acceſſerit, quam ſcimus ægerrimè laturam, ſi in Germanicæ Nobilitatis, & tot illuſtrium Eccleſiarum præjudicium quidquam ſtatueretur, quod Eminentia Veſtra impedire, & tot pernicioſiſſimas conſequentias præcavere potuiſſet. Habeat itaque, Rogo, E. V. cauſam hanc in Capitularium Fuldenſium favorem ſibi commendatam, & certò ſibi perſuadeat, quòd non de Fuldenſi ſolùm Eccleſia, ſed de reliquis omnibus optimè merebitur, plurimáque diſſidia & ſcandala anteverret. Id quod de E. V. certò nobis pollicemur, cui ſumus viciſſim ad quodvis amicitiæ benevolentiæque genus peramanter parati.

XXXIII.

Extractus Literarum Commendatitiarum Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad S. Pontificem, de non innovando in Capitulo Fuldenſi ſtatu Nobilitatis, de dato Moguntiæ 5. Decembris 1630.

QUin Sanctitati Veſtræ ſatis compertum ſit, minimè dubito, quâ ratione inter Eccleſiæ Fuldenſis Abbatem, ejusdémque Capitulum ab aliquo jam tempore non exigui ponderis & momenti controverſia eâ præcipuè de causâ extiterit, quòd prædicti Abbatis Dilectio contra inveteratam aliquot ſæculorum obſervantiam tam Nobiles quàm ignobiles Religioſos Capitularis dignitatis, & in futuris electionibus activi ſuffragii indiſtinctè capaces eſſe, è contrà verò Decanus proximè defunctus cæterique Capitulares, unà cum prædictâ Capitulari dignitate utriusque voti, tam activi quàm paſſivi jus ſolis Nobilibus religio-

ſis Capitularibus, tam vigore laudabilium Eccleſiæ Fuldenſis ſtatutorum, quàm conſuetudinis, cujus initii memoria non extat, competere contenderint, & quâ ratione ſuprà memorati Abbatis Dilectio, ut voti ſui compos fieret, Sacræ Cæſareæ Majeſtati Domino meo Clementiſſimo eum in finem humillimè ſupplicârit, quatenus Majeſtas ſua Clementiſſimè permitteret, ut prout jam antè relatum eſt, Religioſi ignobiles Nobilibus Capitularibus permixti, activæ vocis ſuffragio in Capitulo Fuldenſis Eccleſiæ abſque ullo diſcrimine, à ſola Principali dignitate excluſi potirentur. Verùm cùm Majeſtas ſua petitionem hanc receptæ non ſolùm in hac, verùm etiam aliis Illuſtribus Germaniæ Eccleſiis conſuetudini adverſari, imò etiam propter conſequentiam periculoſam fore animadverteret, requiſitis Catholicorum Electorum ſententiis, iisdémque conſervationem Nobilitatis ſuadentibus quidquam in hac cauſa ſtatuere ſuperſedit; donec tandem emergente ratione electionis Decani novâ controverſiâ totum negotium ad S. V. curiam devoluta fuerit, indéque citatio unà cum inhibitione emanârit.

Et licèt ego nullatenus dubitem, S. V. Juſtitiæ & æquitatis fontem nil niſi, quod Juſtum, & tam ſuprà memoratæ Fuldenſi, quàm cæteris Metropolitanis & Cathedralibus Germaniæ Eccleſiis ſalutare erit, in hac magni momenti cauſa Clementiſſimè ſtatuturam; cùm tamen à Capitularibus jam dictæ Fuldenſis Eccleſiæ, ut negotium hoc S. V. humillimè commendarem, *tanquam* METROPOLITANUS inſtantiſſimè fuerim requiſitus, Officii mei eſſe exiſtimo, id quod res eſt, & neceſſitas exigit, S. V. humillimè exponere. . . . .

XXXIV.

Extractus Literarum Senioris & Capituli Fuldenſis ad Anſelmum Caſimirum Archi-Epiſcopum Mog. ſuper electione novi Decani, de dato Fuldæ 30. Decembris 1630.

REverendiſſimæ veſtræ Celſitudini humillimè, licèt inviti, propter extremam tamen, quâ premimur, neceſſitatem noſtram queribundi ſignificare

EW. Churfürſtl. Gnaden können Wir unterthenigſt, wiewol Ungern, Jdoch äuſſerſt Unſer Hochdringenter Noth halben Clagent zu be-

care cogimur, quâ ratione Plurimùm Reverendus noſter Princeps & Dominus ad multiplices nomine Capituli tam in ſcriptis, quàm oretenus ratione electionis Decani Nobilis factas humillimas inſtantias usque huc ne ullâ quidem reſponſione dignatus nos fuerit. . . . . . .

Reverendiſſimæ Veſtræ Electorali Celſitudini tanquam *noſtro* METROPOLITANO ET PROTECTORI, in quâ absque eo omne noſtrum poſt DEUM extremum ponimus refugium, deplorandas noſtras circumſtantias humillimè exponere, & inſuper, utrùm dein, ſi in dicta Decani electione de jure nobis competente pergeremus, *novo Decano gratioſiſſimam confirmationem impertiri*, & pariter, ut à Sancta Sede obtineatur & manuteneatur, ſuo patrocinio & auxilio nobis non deeſſe dignaretur, humillimè rogare voluimus; maximam ejusmodi Electoralem gratiam noſtris licèt exiguis, humillimis tamen obſequiis omni modo poſſibili demereri tam obligati quàm prompti ſumus. . . .

Inſcriptio.

Reverendiſſimo in Chriſto Principi & Domino, Domino Anſelmo Caſimiro, S. Sedis Mog. Archi-Epiſcopo S. R. J. per Germaniam Archi-Cancellario & Electori &c. noſtro gratioſiſſimo Electori & Domino.

berichten, gantz keinen Umgang‘ haben, wie nehmlich der Hochwürdig Unſer gnädiger Fürſt und Herr uff die nomine Capituli ein vielmals ſowol ſchrifft- als mündlich wegen der Wahl eines Adelichen Dechants underthenig beſchehene Nachſuchung uns bis dato keiner Antwort würdigen wollen. . . .

So haben Wir E. Churfürſtl. Gnaden als Unſern METROPOLITANUM und Protectorem, zue deren Wir ohne daß, nechſt Gott, Unſer eüſſerſte Zueflucht haben, ſolchen Unſern abermaln betrübten Zueſtand unterthenigſt zue erkennen geben, und dabey, ob ſie nachmahls, wenn wir mit offtersehnter wolbefügter dechanei Wahl vortfahren ſolten, ſie dem neuen *Decano* gnedigſte *Confirmation* ertheilen, und nicht weniger, damit ſolche gleichmeſſig bei Ihrer Päbſtlichen Heiligkeit erhalten, und dabey manutenirt werden mögte, Uns Jre Churf. Gnaden erſprieslich erſcheinen mögte, unterthenigſt bitten wollen, ſeint Wir ſo ſchuldig als willig, ein ſolche hocherwieſene Churfürſtl. Gnadt umb dieſelben mit Unſern, wiewol geringfügig, Jdoch unterthenigſten Dienſten euſſerſt vermögen nach zu verdienen. . . . . .

XXXV.

Reſponſoriæ Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Capitulum Fuldenſe, de dato Moguntiæ ex arce S. Martini die 4. Januarii 1631.

LIteras veſtras de dato Fuldæ die trigeſimâ elapſi menſis Decembris rectè accepimus, & ex iis pleniùs intelleximus, quid à nobis in electione Decani à Dilectione ſua Abbate Fuldenſi vobis usque huc denegatâ, & an electo, ſi in electione prædicta ſecundùm antiquam conſuetudinem procederetis, confirmationem *uti* METROPOLITANUS gratioſiſſimè impertiri dignaremur, humiliter ſupplicaveritis. Vos eàpropter celare nolumus, ſi ex allegatis Decanum Eccleſiæ Fuldenſis in caſibus vacaturæ eligendi poſſeſſio vel quaſi pro vobis militet, nos ad debitam ſupplicationem, ubi Subjectum debitis qualitatibus præditum ex veſtro Nobilium Capitularium gremio eligetis, Confirmationem *ceu* METROPOLITANUS ejusmodi electo minimè denegaturos. Quòd ſi etiam apud ſuam Sanctitatem vel aliàs in veſtrum commodum præſtare aliquid poterimus, ſimiliter noſtram vobis operam clementiſſimè pollicemur.

XXXVI.

Extractus Literarum Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Nuncium Apoſtolicum, tunc Leodii exiſtentem, ſuper novâ Decani Fuldenſis electione, de dato Moguntiæ 4. Januarii 1631.

NOn ab annis centum ſolùm, ſed à ſæculis integris Fuldenſis Eccleſiæ Capitulum in poſſeſſione fuit, inter

inter alia etiam eligendi Decanum ex gremio Capituli, ad quod ſolis Nobilibus eſſet acceſſus. . . . . .

Et quidem poſtquam intelleximus, ſuam Dilectionem hujuſcemodi conſiliis perſuaſam, ut etiam apud S. Cæſaream Majeſtatem propoſiti hujus, & in particulari nobilium cum plebejis in capitulo permixtionem ſolicitare, etſi ad nos METROPOLITANI *Jure*, & *antiquæ Fuldenſis Eccleſiæ cum Moguntina conſenſione ſpectaret hæc res ſpecialiter*, unà tamen Nobiſcum co-Electores noſtri Catholici rem duxerunt ejus momenti, ut ad Sacram Cæſaream Majeſtatem rem retulerimus communi conſenſu, & rogaverimus, ut ne pateretur quicquam in hoc negotio externorum monachorum ambitioni concedi, ſed potiùs firma vellet & rata nobilitati imperiali, & Capitulo legitimo Abbatiæ Fuldenſis antiqua privilegia & jura, proteſtando nihilominus, nullatenus id agi noſtro patrocinio (quod videntur calumnioſè ſuæ ambitioni prætexere) ut religioſæ diſciplinæ & regularis obſervantiæ reſtituendæ, cujus potiùs adjutores nos obtulimus ſemper, ullum impedimentum adferretur. . . . .

XXXVII.

Literæ ſupplices Capituli Fuldenſis ad Archi-Epiſcopum Mog. Anſelmum Caſimirum de dato Fuldæ 5. Febr. 1632.

EMinentiam Veſtram Electoralem humiliter celare non poſſumus, quatenus cum gaudio nuper intellexerimus, per potentiſſimam interpoſitionem Regiæ Majeſtatis Franciæ & Navarræ, potentiſſimum Principem & Dominum D. Guſtavum Adolphum, Suecorum & Vandalorum Regem inter, & quatuor Electores ad Rhenum, noſtros reſpectivè Clementiſſimos Regem, Electores & Dominos pacis tranſactionem ad manus eſſe; Cùm nunc R. noſter Prin-

EW. Churf. Gnad. konnen Wir unterthänigſt nicht verhalten, wie daß Wir unlengſthin erfrewentlich berichtet worden, welcher Geſtallt durch hochanſehentlichſte Interpoſition Ihrer Königl. Maj. in Franckreich und Navarra, ꝛc. zwiſchen dem Allerdurchläuchtigſten und grosmächtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Guſtapho Adolpho, der Schwedenn, Gotten und Wendenn König und dann denen vier Catholiſchen Churfürſten am Rein ꝛc. Unſe-

Princeps & Dominus Fuldenſis ab initio modernorum tumultuum à ſua Reſidentia ſe abſentaverit, quin ſciatur, quo ſe contulerit, nos etiam, ubi modò commoretur, certam habere notitiam usque in diem hodiernum non poſſimus. Noſtra verò utpote Monaſterii Fuldenſis Dominorum hæreditariorum non minùs illius authoritatem, Nobilitatis prærogativas, privilegia, & acquiſita ultra hominum memoriam jura conſervari, quàm altèfati ipſiusmet Reverendi Domini noſtri plurimùm intereſt, poſt Deum noſtrum in Eminentia veſtra Electorali *tanquam noſtro* METROPOLITANO refugium collocemus. Quaprôpter E. V. Electoralem humillimè & enixè rogamus, quatenus apud præfatam Majeſtatem Regiam Monaſterium noſtrum non recommendare modò, ſed etiam in dictos pacis tractatus includere clementiſſimè dignetur. Id quod &c.

Unſerer reſpectivè allerſeits allergnedigſt und gnedigſten Königs, Churf. und Herren, ꝛc. eine Friedens Tractation veranlaſt ſeyn ſollte; Wann nun der Hochwürdigh Unſer gnediger Fürſt und Herr zue Fulda ꝛc. gleich von Anfangs Itzigen beſchwehrlichen unweſens von Dero Fürſtlichen Stifft, ohne verlaſſung, wohien, ſich abſentiret, wir auch heütiges Tags zumahlen keine eigentliche Nachrichtungh haben können, wo ſich dieſelbe Itzunder uffhalten mögen, unns aber als Erbbherren des Stiffts-Fulda, nicht weniger daran, daß ſelbiges bey ſeiner Hoheit, Adelichem Herkommen, Privilegiis und über Menſchen Gedencken wohlhergebrachten Juribus conſervirt werde, dann Hochgedachter Ih. Fürſtl. Gn. ſelbſten, ſehr hoch und viel gelegen, nechſt Gott aber, zue Ew. Churf. Gnad. als unſerem METROPOLITANO unſere Zueflucht ſetzen. Demnach ſo gelanget ahnn Ew. Churf. Gnad. Unſer gantz unterthänigſte hochvleiſigſte Bitte, nicht allein bey allerhöchſtgedachter Ihrer Königl. Maj. allhieſiges Stiffts in beſtenn ingedenck zu ſein, ſondern auch in berührte Friedens-Tractaten mit einzuſchlieſſen gnedigſt zu geruhen.

XXXVIII.

Reſcriptum Ferdinandi II. Imperatoris ad Abbatem S. Pantaleonis Coloniæ, de dato Viennæ 7. Febr. 1633.

QUod ſuis ad nos literis, pariterque ſuæ Dilectionis Electoris Moguntini ſub dato trigeſimi decembris anni elapſi relatum eſt, de procurandâ electione novi Ab-

Abbatis Fuldenſis, libenter intelleximus; Et quoniam res ipſa, ejúſque per vos allata momenta ejus ſunt conditionis, ut omnino deſideremus, & negotium hoc expediri quantocius, & verò hac in re per omnia accuratè obſervari antiquas ejus Eccleſiæ fundationes & ſtatuta; eâ de causâ ſuam Dilectionem Electorem Moguntinum requiſivimus, ut huic inſtituendæ novæ Electioni noſtro nomine & loco, *etiam tanquam* METROPOLITANUS in perſonâ præſit, eóque negotium totum præcipuè dirigat, ut ejusmodi ſubjectum eligatur, quod laudabiliter inchoatam à defuncto p. m. Abbate diſciplinæ regularis reformationem promoturum videatur, prout minimè dubitamus, inter eos, qui electioni interventuri ſunt, non defuturos, qui hanc de ſe ſpem præbeant. Atque hoc eſt, quod ad tuas literas tibi gratioſè propenſi reſpondendum duximus.

XXXIX.

Literæ Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Nuncium Apoſtolicum Leodii tum exiſtentem, de dato Coloniæ 1. Martii 1633.

EX quo luctuoſo caſu humanis rebus ereptus eſt Reverendiſſimus & illuſtriſſimus Princeps Joannes Bernardus felicis memoriæ Abbas Fuldenſis, non ſinè admiratione intelligimus, Patrês Gallenſis monaſterii ab eodem aliàs Principe reformationis causâ Fuldam adſcitos, ea moliri circa diſpoſitionem vacantis Abbatiæ, quæ illis nullo jure competunt. Et quoniam ad Nos tanquam METROPOLITANUM ejus Abbatiæ, ob multas etiam cauſas Moguntinæ Eccleſiæ intercedentes cura non minima ſpectat, & verò videmus periculum eſſe, ne per hujusmodi attentata magni excitentur motus, vicinis etiam hæreticis Principibus occaſio ſubminiſtretur, eum Principatum ſibi vendicandi, ſi maximè videant, contra Imperialia jura & privilegia eidem Abbatiæ competentia, & Statutorum tenorem, eos, qui nec de Capituli gremio ſunt, nec ullo ſuffragii jure putentur, negotia hæc ſuæ diſpoſitioni arrogare, neceſſarium duximus Illuſtriſſimàm Dominationem veſtram requirere, ut (quoniam ad ipſam etiam ſuorum conſiliorum rationem per literas retuliſſe cognovimus) eos Patres jubeat eſſe quietos, & hoc negotium illis permittere, ad quos omni jure ſpectat, certóque ſibi perſuadeat, quantum per ho-

horum temporum motus licebit, interveniente Sacræ Cæſareæ Majeſtatis authoritate, noſtrâ & curâ, & eorum, qui de Capitulo ſunt, ſtudio, ita eidem Abbatiæ proviſum iri, ut tum Sanctiſſimo Domino noſtro ſatisfiat, tum Abbatiæ deſolatæ & ejus profectui quàm optimè conſulatur, reformationiſque per defunctum p. m. Abbatem inchoatæ, quàm maxima ratio habeatur. Id quod ab Illuſt. Dom. Veſtra, cui nos benevolo affectu offerimus, omnes nobis pollicemur, & felicia omnia ex animo precamur.

XL.

Mandatum Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad P. Alexium Ord. S. Franciſci ſuper pretioſis Monaſterii Fuldenſis non extradendis, de dato Coloniæ 3. Martii 1633.

POſteaquam Reverendiſſimus Princeps & Dominus Anſelmus Caſimirus S. Sedis Mog. Archi-Epiſcopus S. R. J. per Germaniam Archi-Cancellarius & Elector Dominus noſter clementiſſimus in notitiam devenit, quâ ratione per aliquos ordinis S. Benedicti Prælatos religioſos Fuldenſes hìc inſtudiis conſtitutos, quorum tamen nullus Capitularis eſt, adeóque in electione vel poſtulatione nec voce activâ nec paſſivâ gaudere poteſt, Prælatum monaſterii Siebergenſis in Abbatem Fuldenſem putativè poſtulare præſumpſerint, & prævià hac, de ſe omninò nullâ poſtulatione, ciſtas P. Alexii Baderi Ord. S. Franc. regularis Obſervantiæ, cuſtodiæ traditas, ad Monaſterium Fuldenſe pertinentes, & mobilia iis incluſa obſignare aliqui eorum attentaverint, id quod altefatus Clementiſſimus Elector *quà* METROPOLITANUS *dicti Monaſterii* pro rerum circumſtantiis ex gravibus momentis permittere nequit. Eapropter dictum P. Alexium ſeriò & clementer adhortatur, ut illud non modò non permittat, ſed etiam, quia clementiſſimus Elector ſeriem rei ſuæ Majeſtati Cæſareæ jamdum notificavit, in id intentus ſit, ut usque ad ſecuturam reſolutionem clementiſſimam de dictis rebus nemini, quisquis ille ſit, vel minimum extradatur, ſed in eo, quo nunc ſunt, ſtatu omnia permaneant. Altefatus clementiſſimus Elector ſæpius memoratum P. Alexium non modò apud ſuam Majeſtatem Cæſaream, ſed etiam ubivis, quantum ad hoc negotium attinet, in caſu eventuro, & ſi neceſſi-

ceſſitas exigit, debitè ſe tuiturum pollicetur. In fidem ſigillum ſuum intimum Electorale apprimi juſſit, & inſuper propriâ manu ſubſcripſit.

XLI.

Literæ Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Imperatorem Ferdinandum II. ſuper attentata à nonnullis religioſis Fuldenſibus poſtulatione, de dato Coloniæ 3. Martii 1633.

MAjeſtatem veſtram Cæſaream in humillima obedientia celare non poſſum, quâ ratione mox hac horâ in certam devenerim notitiam, acſi quidam hujates Prælati Ord. S. Benedicti intervenientibus nonnullis, qui in ſtudiis hic conſtituti ſunt, religioſis Fuldenſibus, poſt obitum Dilectionis ſuæ Joannis Bernardi Abbatis Fuldenſis felicis recordationis, non ſolùm ad novam procedere electionem, ſed etiam in locum Dilectionis ſuæ Abbatem monaſterii Siegbergenſis in Principem & Dominum antiquiſſimi hujus monaſterii Fuldenſis prætensè poſtulare attentâſſent.

Quanquam hic agendi modus de ſe ita conſtitutus ſit, ut neque in jure Eccleſiaſtico nec civili ſubſiſtere, multò minùs ſecundùm præſcripta Sacrorum Canonum, & laudabilia Metropolitanarum & Principalium Eccleſiarum in ſacro Romano Imperio antiqua ſtatuta & obſervantias nullo modo defendi queat, atque ita nullatenus dubitem, quin Majeſtas veſtra Cæſarea nullam hanc poſtulationem non approbandam, minùs ratam habendam ſe ipsâ exiſtimet, ſiquidem illi religioſi, qui omnes Capitulares non ſunt, in iis ſunt circumſtantiis, ut in tali poſtulatione nec activè nec paſſivè votum dare poſſint; nihilominus quia timendum eſt, ne putativè Poſtulatus vitioſæ ejusmodi electionis confirmationem, aut etiam inveſtituram & Regalium perceptionem ſolicitare attentaret, prò parte meâ etiam QUA METROPOLITANUS, & propter ſingulare intereſſe omnium Eccleſiarum Metropolitanarum & Principalium in Imperio deeſſe non potui, quin Majeſtatem veſtram Cæſaream eum in finem de rei contingentia certiorem redderem, ut petendam in

omnem eventum confirmationem & inveſtituram denegare clementiſſimè dignetur, ídque eò magis, quia dicti monaſterii Fuldenſis Prælati & Capitulares modò in procinctu ſunt, in locum defuncti Principis & Domini ſui tale ſubjectum ex gremio Capituli Canonicè eligere, qui deinde laudabiles Prædeceſſoris ſui intentiones in beneplacitum & ſatisfactionem clementiſſimam Majeſtatis veſtræ majori fervore & ſtudio exequi poterit; quæ pro maxima rei neceſſitate obſequioſiſſimè exponenda duxi, veſtræ Cæſareæ Majeſtatis idcirco &c.

XLII.

Mandatum ab Anſelmo Caſimiro Archi-Epiſcopo & Electore Mog. ad P. Guardianum Ord. S. Franciſci emanatum, puncto reſtitutionis depoſiti Abbatiæ Fuldenſis, de dato Coloniæ 2. Aprilis 1633.

POſteaquam Dilectio ſua Joannes Adolphus in Abbatem & Principem Fuldenſem Canonicè electus eſt, atque adeo neceſſitas exigit, ut mobilia, cleynodia, Argenteria, ſigilla, documenta, & alia omnia hìc apud P. Alexium Baderum Ord. S. Franc. Reg. obſerv. depoſita Dilectioni ſuæ quantocius extradantur; hiſce mandamus, ut P. Commiſſarius, uti & P. Alexius vigore præſentium altèſatæ ſuæ Dilectioni memorata mobilia, & quidquid P. Alexius in ſua habuit cuſtodia, ſinè mora fideliter extradant. Nos eapropter non tantùm quà deputatus Commiſſarius Cæſareus, ſed etiam QUA METROPOLITANUS ECCLESIÆ FULDENSIS promittimus, dictos Patres, quantum quidem ad hunc caſum attinet, præprimis apud ſuam Majeſtatem Cæſaream, uti etiam ubivis, ſi neceſſitas exigit, debitè tuituros. In fidem has manûs propriæ ſubſcriptione ſignavimus; & Cancellariæ noſtræ intimæ ſigillum apprimi juſſimus.

XLIII.

XLIII.

Literæ Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad Imperatorem Ferdinandum II. ſuper electione novi Abbatis Fuldenſis, de dato Coloniæ 26. Januarii 1634.

Majeſtas Veſtra Cæſarea absque dubio etiamnum recordari Clementiſſimè dignabitur, aut adhuc exponi poterit, quid ratione nuperæ electionis Fuldenſis ſub dato 31. Martii anni 1633. proximè elapſi in ſequelam Commiſſionis Clementiſſimè mihi demandatæ Majeſtati Veſtræ Cæſareæ humillimè referendo expoſuerim, & qualiter Neo-electum ſubmiſſiſſimè recommendaverim.

Quantumvis autem nunquam nequidem dubitaverim, Confirmationem Apoſtolicam in his rerum circumſtantiis absque ulla difficultate non ſecuturam, præſertim cùm à Commiſſariis à Sanctitate ſua ad negotii hujus deciſionem denominatis decretum confirmationis in favorem Neo-Electi jam emanatum ſit; mihi tamen non improbabiliter relatum eſt, non Romæ duntaxat, ſed etiam apud Majeſtatem Veſtram Cæſaream homines inveniri, qui, licèt immeritò, perſuadere non vereantur, ac ſi reformatio à prædefuncto Abbate laudabiliter coepta per modernum Dominum electum, prout oportet, proſequenda non eſſet. Ex ſuprà mentionata relatione mea humillima Majeſtas Veſtra Clementiſſimè perſpexerit, eundem ad proſequendam reformationem ſe ipſo non tantùm eſſe propenſiſſimum, ſed in ipſo etiam actu electionis mediante corporali juramento ad id ſe obſtrinxiſſe. Et Majeſtas veſtra in me confidere dignabitur, me ubi aliter ſciviſſem, aut de eo præſumere potuiſſem, neque ùt Commiſſarium à Majeſtate Veſtra deputatum, neque ùt rogatum Compromiſſarium ad ejusdem ſublimationem in Abbatem ullo modo cooperaturum fuiſſe. Inſuper etiam *quà* METROPOLITANUS ECCLESIÆ FULDENSIS omnem adhibebo operam, ne aliquis in eo defectus appareat. Quod autem ad Poſtulatum attinet, licèt ejus qualitates ab uno vel altero Majeſtati Veſtræ vel maximè extollerentur, certum tamen eſt, & bonâ aſſeverare conſcientiâ poſſum, eum in ſtudiis non modò nihil verſatum eſſe, ſed etiam usque huc neque ſe ipſum, neque monaſterium Siegbergenſe ipſi Commiſſum vel in minimo reformâſſe; & præterea ibi locorum no-

 torium

torium eſt, illum ipſum fuiſſe, qui proximum ſuum Anteceſſorem, dum reformationi manum admovere vellet, vix non violentâ manu impediverit. Et quemadmodum hæc relatio mea ex nullo partium ſtudio vel paſſione oritur, ita & de Majeſtate Veſtra mihi polliceor fore, ut mihi & Compromiſſariis meis potior, aut ſaltem eadem, quæ aliquibus nullius diſciplinæ religioſis, qui ob privatam utilitatem & commodum ſuum tam acriter reſiſtunt, fides adhibeatur, prout etiam idem teſtimonium, quod electo hiſce tribuo, à laudabili Unione Bursfeldenſi, ſi necdum factum ſit, imò ab ipſo Nuncio Apoſtolico Leodienſi, qui non ſolùm antea ex Commiſſione Apoſtolica monaſterium Fuldenſe viſitavit, ſed etiam anno elapſo ſuper Vita & moribus tam Electi, quàm nulliter Poſtulati hìc in perſona inquiſivit, dari poteſt.

Quapropter Cæſaream Majeſtatem veſtram ſubmiſſiſſimè rogo, ut cùm dictus Electus ab omnibus Catholicis Electoribus & Imperii Principibus per gratulatorias ceu legitimus Abbas agnitus ſit, hìc locorum etiam in publicis conſeſſibus, & unanimibus conſultationibus quà talis habeatur, deſuper etiam, ùt dictum, deciſio Pontificia jamdum emanaverit, ad evitanda ſcandala plurima per interpoſitionem Clementiſſimam in Curia Romana eò rem dirigere dignetur, ut tandem res finiatur, decretum juſtiſſimè datum manuteneatur, & demum confirmatio Apoſtolica ſequatur. Majeſtatis Veſtræ Cæſareæ hiſce &c.

XLIV.

Extractus literarum Archi-Epiſcopi Mog. Anſelmi Caſimiri ad Abbatem in Cremsmünſter de 27. Aprilis 1634.

Dilectionem Veſtram peramanter celare non poſſumus, quâ ratione certam Româ notitiam habeamus, quòd negotium Fuldenſe, & in ſpecie Confirmatio Domino Electo jam decreta, usque huc unicè ea de cauſa impedita ſit, eoquòd Dilectio Veſtra apud Sedem Apoſtolicam & aliàs diverſimodè ſolicitaverit, ne dicta Confirmatio antè concederetur, quàm altefactus D. Electus ſe obligaverit, reformationem in eodem Monaſterio eatenus proſequi, ut inpoſterum tam Nobiles quàm igno-

ignobiles Religioſi inveſtiantur. . . . Quare Dilectionem Veſtram amicè requirimus, ut ex his aliisque pluribus graviſſimis cauſis & momentis, prout antea neutri partium patrocinari, ſed cauſam juris deciſioni relinquere velle, laudabiliter promiſit, hanc ſuam propter Religioſorum commixtionem habitam antea ſententiam nec Romæ, nec alibi ulteriùs urgere, ſed poſtquam dictus D. Electus non ſolùm ad proſequendam reformationem, ſalvo Eccleſiæ & Nobilitatis ſtatu, omnino paratus eſt, ſed etiam ex ſuperabundanti mediante corporali juramento in noſtra & aliquorum ex unione Burſfeldendi Prælatorum præſentia, præſtito juramento, ad id ſe obligavit, ſed potiùs adjumento eſſe velit, ut Confirmatio absque ulteriore difficultate expediatur, & D. Electo transmittatur; quod quidem de Dilectione Veſtra eò magis præſtolamur, quia hoc in negotio noſter, tanquam ad hunc Electionis Actum deputati Commiſſarii Cæſarei, *& tanquam Metropolitani & Ordinarii*, honor & Authoritas verſatur; id quod etiam de D. V. omni occaſione reciprocè demereri non intermittemus.

XLV.

Mandatum Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi Mog. ad PP. Franciſcanos ſuper extradendis adhuc nonnullis pretioſis, ad Monaſterium Fuldenſe pertinentibus, de dato Coloniæ 26. Februarii 1635.

POſteaquam Reverendiſſimo in Chriſto Principi & Domino, Domino Anſelmo Caſimiro S. Sedis Mog. Archi-Epiſcopo & Electori, maximo cum dolore & triſtitia relatum eſt, quatenus R. Princeps & D. Joannes Adolphus Abbas Fuldenſis ex hac vita temporali, procul dubio ad æternam incommutabili Dei omnipotentis decreto evocatus ſit, & altefato R. Electori prætereà innotuit, hìc Coloniæ apud P. P. regulæ S. Franciſci de Obſervantia adhuc nonnulla Eccleſiæ paramenta, reliquias, documenta, literas, ſigilla aliáque mobilia ad monaſterium Fuldenſe pertinentia depoſita, & à defuncto Abbate relicta eſſe; Nihilominus altefato Celſiſſimo Electori quà S. R. J. per Germaniam Archi-Cancellario, & ſimul *quà* DICTÆ ECCLESIÆ FULDENSIS

SIS METROPOLITANO incumbit, & etiam præoptaret, ut antiqui hujus S. R. J. Principatûs reliquiæ, ornamenta, jura, documenta & mobilia in ipſius Commodum conſervarentur, ne alienas in manus devenirent; ſua Celſitudo Electoralis eapropter dictos P. P. Franciſcanos clementiſſimè commonet, ut ea omnia ad dictum Monaſterium ſpectantia, & ibi depoſita, altefato Principi Electori in majorem ſecuritatem, & in commodum memorati monaſterii Fuldenſis quantocius & ſinè tergiverſatione extradant; id quod gratioſè præſtolatur, & ſimul pollicetur, dictos Patres ubique ſe tuiturum, & indemnes ſervaturum. In fidem ſub propriæ manûs ſubſcriptione, & ſigilli Cancellariæ intimæ appreſſione.

XLVI.

Literæ Decani & Capituli Fuldenſis excuſatoriæ, quòd ante novam electionem contra obſervantiam debitè non communicaverint, ad Anſelmum Caſimirum Archi-Epiſcopum Mog. de dato Fuldæ 5. Martii 1644.

PRincipali huic Eccleſiæ, cujus membra ſumus, tot adverſitates hucusque obvenerunt, ut nos & quilibet in maximas ſimus adducti anguſtias, prout fatalis obitus Reverendi Principis Hermanni Georgii, dum viveret, hujus Principalis monaſterii Abbatis, noſtri nunc piè defuncti gratioſiſſimi Principis & Domini, cui Deus propitius eſſe velit, in augmentum eiusmodi adverſitatum contigit, & eo quidem tempore, cùm Principatus ab Haſſiacâ integrâ Legione equeſtri ſub Colonello Grotten, & nonnullis copiis pedeſtribus; Cæſareis contrà duabus Centuriis equeſtribus de

ES ſeindt eine Zeithero dieſem Fürſtl. Stifft, deſſen Glieder wir ſeindt, ſo viele wiederwertigkeiten und beſchwehrten zugeſtanden, daß wir und menniglich darüber in groſe Verwirr- und eüſſerſte Beſtürtzung geſetzt worden, wie dan zu vermehrung ſolchen unglücks der leydtmutige todtsfall weylandt des hochwürdigen Fürſten Herrn Herman Georgens geweſenen Abbtens dieſes Fürſtl. Stiffts unſers nunmehr in GOtt ruhenden gnedigſten Fürſten und Herrns (deſſen abgelebten Selen der allmechtige in der ewigkeit pflegen wölle) mit eingefallen, und zwar eben zu der

de Königseck, & duabus pedeſtribus ſub Colonello de Mandelslo eatenus prematur, ſubditique ultra vires tantopere aggraventur, ut absque dolore maximo enarrare omnia, vel recenſere non valeamus. Quemadmodum autem in his rerum circumſtantiis ob oculos vidimus, in quod evidens totius Statûs periculum Eccleſia hæc, & nos omnes incidere poſſemus, ſi eidem non quàm primùm de Capite & Regente mediante Capitulari & uſitatâ electione provideremus, eapropter nos eò citiùs convenimus, & DEO indubiè ita providente, ex gremio noſtrum nuper Concapitularem & Præpoſitum in Holzkirchen, Dominum Joachimum Liberum Baronem de Graveneck, Dominum in Burgberg, atque ita tale ſubjectum in Abbatem & monaſterii Regentem elegimus, ut Apoſtolica Sedes Romana zelàtorem Religionis Catholicæ, Sacrum Romanum Imperium ConStatum devotiſſimum, laudabilis Ordo Sancti Patris noſtri Benedicti membrum pro ejus incremento vigilantiſſimum, & tandem hoc monaſterium, & omnia ejus membra fidelem Patrem, Caput & Præſidem ſemper habitura ſint. Præter hæc omnia illud magìs nos afflixit, Eminentiſſimam Celſitudinem veſtram, ſicut relatum nobis eſt, nobis ſuboffenſam eſſe, quòd ante modò dictam electionem triſtem illum obitum notificare, priùs etiam ad poſtulationem infelicem Liberi Baronis de Sintzig *absque prævià Celſitudints Veſtræ approbatione Clementiſſimâ* nos permoveri paſſi ſimus.

Celſi-

der Zeit, als der Stifft von den Niederheßiſchen mit des Obriſten Grotten Regiment zu Roß und etlichem Fusvolck, und hingegen von den Keyſerl. mit einer Königseckiſchen Compagni zu Roß und 2. zu Fuß unterm Commando Herrn Obriſten Mandelslo dergeſtalt belegt, und die unterthanen alſo hart und über vermögen beſchwert und betrangt geweſen, daß wir es ohne hertzbrechende bekümmernus nit alles erzehlen oder Anrühren können: Gleichwie wir nun bey ſolchem Zuſtandt vor augen geſehen in was euſſerſte gefahr ſeines gantzen Statûs dieſer Stifft und wir ſambtlich gerathen dörfften, wan wir demſelben nit wiederumb uffs ehiſte ein ordentliches Haubt und Vorſteher vermittels herbrachter Capitulariſcher Wahl darſtellen ſolten, alſo haben wir uns deſto eilfertiger zuſammen gefunden, und aus ohngezweiffelter göttlicher Schickung aus unſerem mittel unſern geweſenen mitCapitularen und probſten zu Holtzkirchen Herrn Joachimen Freyherrn von Graveneck Herrn zu Burgbergh, und alſo ein ſolch Subjectum zu unſerem Abbten und Regenten des Stiffts erwehlt, daß hoffentlich darbey der Heylige Stuhl zu Rohm einen ſonderbahren eifferer unſerer allein ſeligmachender Catholiſcher Religion, das Heylige Römiſche Reich einen gantz devovirten gehorſamen Mitſtandt, der löbliche Orden unſers Heyligen Vatters Benedicti ein zu deſſelben uffnahm und fortpflantzung gantz reſolvirtes membrum, und endlich dis Stifft und alle deſſen Glieder

einen

Celſitudo Veſtra Electoralis ſibi clementiſſimè perſuadeat, nos ſubmiſſiſſimi reſpectûs, quò in eam in conſideratione ſummæ Eminentiæ, & beneficiorum magnorum huic Capitulo ſæpiſſimè præſtitorum jure ferimur, nunquam obliviſci, ſed eadem omni modo poſſibili humillimè denuo demerendi ſtudioſos fore. Quòd autem in caſu hoc ſingulari *noſtra devotio non in tempore per humillimam notificationem obſervata fuerit*, cauſa erat evidens periculum, quod moram pati noluit, cùm non tantùm propter Haſſiacas copias, & rumorem periculoſum inter milites ſparſum timendum fuerit, ne Sede Vacante Principatum denuo occuparent, ſed etiam propter conſilia periculoſa Liberi Baronis de Sintzig cum nonnullis Cæſareanis belli Officialibus, potiſſimùm autem cum dicto Colonello de Mandelslo fabricata, & partim in opus redacta (quia auxilio & ope militum in Urbem Hammelburgum, ejúsque Dynaſtiam ſe intromittere novit) novam hanc electionem maturare neceſſe fuerit. Quod enim ad nuperam poſtulationem Liberi Baronis de Sintzig attinet, fateri cogimur, nos equidem, poſtquam proximè defunctus noſter Princeps & Dominus ſuaſu Celſiſſimi Principis Franciſci Epiſcopi Bambergenſis & Herbipolenſis, noſtri etiam gratioſiſſimi Principis & Domini p. m. ſe ſolo & abſque præſcitu noſtro promiſerit, ſe Baronem de Sintzig ſuum & Monaſterii Coadjutorem admiſſurum, ad dictam poſtulationem, præcipuè ne Reverendiſſimum Dominum noſtrum offenderemus,

einen getreuen Vatter, Haubt und Vorſteher jederzeit zu verſpüren haben werden. Es iſt uns aber bey dieſem allem noch bekümmerlicher zu gemüth gangen, daß, wie wir berichtet, Ew. Churf. Gnaden in etwas alteration gegen uns ſtehen ſollen, weil wir vor itzt angedeüter newen Wahl Ew. Churfürſtl. Gnaden des obverſtandenen leydigen Todtsfalls unterthänigſt zu berichten, uns auch hievor zu der übel ausgeſchlagenen poſtulation des Freyherrns von Sinzig ohne Deroſelben vorgehabtes gnedigſtes gutachten bewegen laſſen.

Ew. Churf. Gnaden haben ſich gnedigſt zu verſicheren, daß wir den unterthenigſten reſpect, welchen zu Deroſelben wir in erwegung ihren hohen Eminentz, und dieſem Capitul in viele weeg erwieſener gantz erſprieslicher gutthaten billig tragen nimmer in vergeß ſtellen, ſondern dieſelbe nach aller möglichkeit unterthenigſt wiederumb zu bedienen uns befleißigen werden: Daß aber bey obverſtandenem particular ſolche unſere *devotion* nit bey Zeiten durch unterthenigſte *notification* beobachtet worden / das hat obverſtandene Gefahr, welche keinen verzug leyden wöllen, verurſacht, indeme ſo wohl wegen der Heßiſchen uff deswegen albereit unter den Soldaten herumbgangene weit ausſehende reden zu befahren geweſen, daß ſich des ſtiffs ſede vacante gar annehmen, und wiederumb impatronirn dörfften. Alß auch des Freyherrns von Sinzig mit etlichen Keyſ. Kriegs-Officirern, ſonderlich aber vorerwehn-

mus, perſuaſos eſſe. Cùm verò poſtea ex ipſius Baronis de Sintzig modo agendi & vivendi eluceret, quàm turpiter Reverendiſſimus Dominus noſter & nos decepti, eapropter etiam coacti ſimus, poſtulationem talem revocare, & rationes ponderoſiſſimas ad id impellentes S. Sedi humiliter exponere, quas quoque pro ſufficientibus eatenus jam agnovit, ut ad inquirendum admiſſæ, & Nuncio Apoſtolico deſuper Commiſſio demandata ſit; prout abſque eo notum eſt Celſitudini Veſtræ Electorali. Idcirco ſperamus confidenter, & humillimè rogamus, ut conceptam forſan contra nos indignationem gratioſè deponere, potiùs verò propenſiſſimum erga hoc Monaſterium & nos, opere etiam ipſo in ejus incolumitatem exhibitum animum, & gratioſiſſimam voluntatem, quam iteratò cum maxima gratitudine recognoſcimus, denuo reaſſumere, & demum potiſſimam ſuam authoritatem apud S. Sedem, & Dominum Nuncium Apoſtolicum, uti & apud Principes exercitûs Cæſarei eatenus interponere dignetur, ut Neo-Electus Reverendiſſimus noſter Princeps & Dominus eò citiùs confirmationem obtineat, omnes adverſæ machinationes in hujus vix non funditùs everſæ Eccleſiæ ruinam Vergentes præcaveantur, milites huic negotio, militiam non concernenti, in favorem Baronis de Sintzig ſe non immiſcere, & nos noſtrúmque Reverendiſſimum Principem & Dominum in poſſeſſione & juribus ulteriùs non turbare ſeriò jubeantur.

Id quod &c.

In-

erwehntem Herrn Obriſten von Mandelslo gemachte, und ſeithero theils zu werck gerichte gefehrliche Anſchlege (weil Er ſich dergeſtalt mit Hülff und manutenentz der ſoldateſca in die ſtatt Hammelburg und des ſtiffts Kellnerey daſelbſten de facto practiciret) die von uns mit der newen election gebrauchte Eihl erforderet; dan was die hievorige poſtulation des Freyherrns von Sinzig belangt, müſſen wir bekennen, daß zwar nach dem nechſt-abgelebter unſer gn. Fürſt und Herr uff weylandt Jhro Fürſtl. Gnaden Herrn Franciſci Biſchovens zu Bamberg und Würtzburg unſers auch gnedigen Fürſten und Herrns perſuaſion à part und unſer onwiſſendt die Zuſag von ſich geben, ihne Freyherrn von Sintzig zu ihrem und des ſtiffts Coadjutoren ꝛc. anzunehmen, wir uns endlich auch der poſtulation mehrentheils ſeine Fürſtl. Gnaden nit zu beleydigen perſuadiren laſſen. Weil ſich aber hernach aus ſein des Freyherrns von Sinzig geführten modo agendi & vivendi befunden wie ſchendtlich Jhre Hochſel. Fürſtl. Gnaden und Uns derſelbe hinder das licht geführt, darüber ſo wol Jhre Fürſtl. Gnaden, als auch wir ohnumbgenglich gemüßiget worden, ſolche poſtulation hinwiederumb zu revociren, und die darzu antreibende hochwichtigſte urſachen Jhrer Bäpſtlichen Heylichkeit demütigſt vorzutragen, welche auch dieſelbe albereit ſo weit vor erheblich erkent, daß Sie angeregte urſachen ad inquirendum zugelaſſen, und darüber dem Herrn Nuncio Apoſto-

 lico

lico commiſſion ertheilt, wie Ew. Churf. Gnaden vorhin gnedigſt bewuſt, ſo leben wir der tröſtlichen Zuverſicht, Bitten auch dieſelbe unterthenigſt, ſie wöllen den etwa wieder uns gefaſten unwillen gnädigſt ſincken und fallen laſſen, vielmehr aber dero gegen dieſes Stifft und uns jederzeit getragene, und öffters zu deſſen Wolfahrt in dem Werck erwieſene gnädigſte Affection und wolmeinung, darfür wir nochmahls uffs höchſte danckbar ſein, reaſſumiren, und darauff Ihro belieben laſſen Ihre hochſt anſehentliche Authoritet bey Ihro Päpſtlichen Heyligkeit und vorwolgedachtem Herrn Nuncio Apoſtolico, wie auch bey der Keyſerlichen hochlöblichen Generalitet dergeſtalt zu interponiren, damit unſer newerwehlter Gn. Fürſt und Herr deſto ehender zu ſeiner confirmation gelangen, alle wiederige machinationes zu Nachtheil dieſes ohne das faſt zu Grundt gerichten Stiffts verhütet, auch die ſoldateſca ſich in dieſe die militiam nit concernirende ſach zu Favor des Frey Herrns von Sintzig weiter nit einzumiſchen, und uns und unſerm Gn. Fürſten und Herrn an unſerm Beſitz und rechten weiter nit zu behindern alles ernſts commandirt und befelcht werden möge. Ein ſolches ꝛc.

Inſcriptio.

Reverendiſſimo Principi & Domino, D. Anſelmo Caſimiro S. Sedis Mog. Archi-Epiſcopo, S. R. J. per Germaniam Archi-Cancellario & Electori, noſtro clementiſſimo Principi & Domino.

Moguntiæ.

XLVII.

Reſponſoriæ Anſelmi Caſimiri Archi-Epiſcopi & Electoris Mog. ad Literas præcedentes excuſatorias Decani & Capituli Fuldenſis. de dato Moguntiæ ex arce S. Martini 14. Martii 1644.

EX relatione veſtra nobis bene tradita, & requiſitorialibus de 5. hujus deplorandam Monaſterii Fuldenſis hucusque, & adhuc indies durantem miſeram conditionem illibenter & cum mœrore, inſuper etiam pluribus intelleximus, quid poſt obitum Reverendi in Chriſto noſtri in primis di-

lecti amici Hermanni Georgii Abbatis p. m. apud initam à vobis aliam electionem in uno vel altero ulteriùs contigerit, & propterea à nobis humillimè flagitetis. Quemadmodum autem nos antiquiſſimæ laudabilis hujus Monaſterii fundationis, jurium & privilegiorum, & noſtri idcirco tam ratione dictæ fundationis, quàm *noſtri longiſſimo uſu firmati juris Metropolitici*, verſantis proprii intereſſe, abundè recordamur; ita à vobis in eo optimè, & *conformiter obſervantiæ* factum fuiſſet, *ſi antea, quàm ad novam electionem proceſſiſſetis, nobiſcum debitè communicaſſetis.* Cùm verò hæc facti ſint, & revocari amplius non poſſint, nos etiam, qualiter cum putativa Coadjutoria & poſtulatione Baronis de Sintzig actum fuerit, plenariè nunquam informati fuerimus, ita negotium hoc non tantùm apud S. Sedem, ſed etiam Cæſaream Majeſtatem inſinuare & dirigere noveritis, ne vobis & Monaſterio veſtro noviter in præjudicium aliquid ſtatuatur vel admittatur; Siquidem non dubitandum eſt, nec ſuam Sanctitatem, nec Auguſtiſſimum Imperatorem ad decentes veſtras humillimas preces de ſe ipſis nihil, quod antiquis ſtatutis & conſuetudinibus adverſetur, ſtatuturum, neque etiam ſuis belli Ducibus vel exercitui id permiſſurum. Id quod ad literas veſtras vobis ſignificandum duximus, & gratiis noſtris omníque bono Vobis propenſi permanemus.

XLVIII.

Extractus rationum & argumentorum, Emin. Electori Moguntino Anſelmo Franciſco propoſitorum, à Legato Herbipolenſi Doctore & Conſiliario Demmerath, pro impugnanda Concordia de Anno 1662.

OCtavò Archi-Epiſcopatui Moguntino ejúsque Eminentiſſimo Electori *jus metropoliticum reſervatum* (cujus potiſſimi effectus in ſolis appellationibus, & querelis ſuper protractâ aut denegata juſtitia conſiſtunt) parùm proderit, nec illi jus ſuum diœceſanum & Epiſcopale, quod ante tranſactionem Moguntiæ pariter ac Herbipoli competebat, reſtituet; cùm nota ſit differentia inter jus metropoliticum, & Ordinariatûs ſeu

 Epi-

Epiſcopale, & qualiter hoc (juxta C. Conquerente 16. X. de Offic. jud. Ord.) multò pinguius altero ſit, abſtrahendo, quantum authoritatis, reputationis, emolumenti, commodi, juris & poteſtatis per dictum Receſſum eidem, & Celſiſſimo Herbipolenſi ex juribus Epiſcopalibus deceſſerit, quorum jurium effectus in obedientia, ſubjectione & reverentia ab Eccleſiis & Capellis, Clericis, Plebanis & ſubditis Diœceſano Epiſcopo debita, item in inſtitutione, deſtitutione, viſitatione, correctione, pœnæ indictione, reformatione, cenſurarum Eccleſiaſticarum impoſitione & abſolutione, diſpenſatione, cognitione & jurisdictione cauſarum ad forum Eccleſiaſticum ſpectantium, in inquirendi & puniendi poteſtate, Ordinum collatione, Cathedratici impoſitione, ſubſidii charitativi, atque portionis Canonicæ exactione, in indulgentiarum conceſſione, Eccleſiarum & Altarium conſecratione, nec non reſervatione penſionum in caſu neceſſitatis &c. conſiſtunt. Salvis ulterioribus &c.

XLIX.

Epiſtola Celſiſſimi Epiſcopi Herbipolenſis Joannis Philippi à Greiffenclau ad Eminentiſſimum Archi-Epiſcopum & Electorem Moguntinum Lotharium Franciſcum de dato 26. Oct. 1707.

Dilectioni veſtræ absque eò notum eſt, quàm gravi & ſumptuoſæ liti Eccleſia Herbipolenſis mihi Commiſſa cum Principali Abbatia Fuldenſi puncto jurisdictionis Epiſcopalis ab anno 1688. tempore Domini Prædeceſſoris mei p. m. implicata fuerit, à qua quidem ſecuto anno 1698. ejus obitu, Capitulum Cathedrale ad Abbatis tum temporis requiſitionem ſponte deſtitiſſet, & apud Concordiam inter Dilectionem ſuam D. Electorem Joannem Philippum p. m. & D. Abbatem Joachimum anno 1662. initam res relicta fuiſſet, niſi jam anno 1695. dicta concordia in curia Romana per tres conformes annullata, atque ita, ſi ſuperſediſſem, Eccleſia mea omnibus juribus & prætenſionibus exuta fuiſſet. Quare cœpto regimine talem litem, ad avertenda præjudicia apud poſteros, proſequi coactus ſum, fato tamen meo, quod ſententia, me cum certis declarationibus condemnato, in favorem

vorem D. Abbatis ex nunquam audito, & in curiâ inſolito principio, quòd juriſdictio Epiſcopalis etiam cum territorio ſeparato & qualitate Nullius, per præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato acquiri poſſit, licèt hæc etiam legitimè probata non ſit, & illi obſtet bellum Suecicum, lata, à me autem ad ſignaturam provocatum, & per unanimia alteri Ponenti ad ulteriorem inquiſitionem commiſſio demandata fuerit. Quemadmodum autem ex hujusmodi, & quidem poſt Concilium Trid. nullatenus ſubſiſtente principio, non meæ duntaxat, ſed omnibus etiam Eccleſiis in imperio, & aliis regnis præjudicia irreparabilia, & ſequelæ peſſimæ timendæ, cùm religioſi modò hunc, modò illum actum Inſciis Ordinariis, præcipuè temporibus turbidis exercere, & dein apparentibus titulis colorare ſatagant, & tandem tot quaſi Epiſcopi Nullius Diœceſis, & territoria ſeparata, quàm ſunt Prælaturæ divites, exoriantur, conſequenter diviſio Diœceſium nunquam interrupta confunderetur, omnia in confuſionem redigerentur, Ordinariatus perpetuis litigiis involverentur, imò Archi-& Epiſcopatus deterioris fierent conditionis, quàm minimus Ordo religioſus, utpote qui ſua privilegia eò extendunt, ut contra eos non alia præſcriptio, quàm Centenaria locum habere poſſit. Unde meo judicio Singulorum Archi-& Epiſcopatuum vel maximè intereſt, periculoſo huic molimini omnibus viribus & citò obviare, prout ad meam requiſitionem varii Principes Imperii ad Sanctitatem ſuam occaſione cauſæ hujus particularis recommendando ſcripſerunt.

Quandoquidem nunc D. V. tanquam Imperii & Germaniæ, imò totius orbis primus Archi-Epiſcopus, omnium Germaniæ, præſertim vinculo juris Metropolitici conjunctorum Epiſcopatuum, conſervationem apud prærogativas, poteſtatem & competentem juriſdictionem laudabiliſſimè ſemper cordi habuit.

Eapropter D. V. plurimùm valiturum præſidium vi præjudicii omnes Archi-& Epiſcopatus concernentis implorare præſumo, ut ad Sanctitatem ſuam dare recommendatitias dignetur, ut Eccleſiæ meæ fundamenta, documenta & rationes in alia propoſitione ab Auditoribus Rotæ accuratiùs perpendantur, & Epiſcopatus ab ejusmodi præjudiciis præſerventur. Ubi ad obtinendum commune intentum non parum conduceret, ſi D. V. in recommendatitiis commemorare placeret, *ante bellum Suecicum in Provincia Moguntina nullam Abbatiam, aut territorium Nullius cognitum fuiſſe, ſed Principem & Abbatem Fuldenſem, qui ita ſe ſcriberet, primum fuiſſe, quia hoc ipſi per Concordiam inter Moguntiam, Herbipolim & Fuldam anno* 1662. *initam concedebatur*. . . .

L.

Alia Epiſtola Joannis Philippi Epiſcopi Herbipolenſis ad Lotharium Franciſcum Electorem Mog. de 5. Nov. 1707.

QUòd D. V. in lite præſenti Eccleſiæ meæ cum Abbatia Fuldenſi, puncto jurisdictionis Epiſcopalis, rogatis ad ſuam Sanctitatem recommendatitiis mihi adeſſe, in dilectis reſponſoriis ſub prima currentis tam propenſam ſe declarare placuerit, id maximo mihi ſolatio eſt, & propenſæ in me benevolentiæ argumento. Cùm etiam D. V. ſuper cauſalibus, recommendatitiis ejusmodi inſerendis, dare notitiam mihi ulteriùs largiatur, meam in multùm valituro D. V. præſidio poſitam fiduciam ratione hujus omnes Dominos Archi-& Epiſcopos concernentis negotii continuò, & in adjuncto ſub Lit. A. periculoſas communico ſequelas, quæ ex novo Rotæ principio omnibus Dominis Archi-& Epiſcopis, iis potiſſimùm, qui D. V. juris metropolitici vinculo conjuncti ſunt, ratione jurisdictionis ſuæ, prærogativarum jurium diœceſanorum &c. in notabilem ſui diminutionem timendæ ſunt; Et in adjuncto ſub Lit. B. illam poteſtatem, quam ſtatim poſt deciſionem in præjudicium characteris Epiſcopalis modernus D. Abbas & Princeps Fuldenſis ſibi arrogare præſumpſerit, minimè dubitans, quin D. V. hæc penitiùs expendere, & tanquam primus Metropolitanus eas ab Archi-& Epiſcopatibus tempeſtivè avertere, & ad ſubvertendum ejusmodi principium apud Sedem Apoſtolicam conjunctim cum aliis Dominis Epiſcopis allaborare eò magìs dignetur, cùm *nequidem in Germania aliquis Abbas Nullius cum territorio ſeparato unquam antea cognitus fuerit*, niſi quòd cum conſenſu D. Joannis Philippi Electoris Mog. p. m. tum temporis Dominus Abbas Fuldenſis poſt initam Concordiam de anno 1662. & vi hujus duntaxat ſibi attribuere primò attentavit. Dilectio etiam veſtra ex adjuncto ſub Lit. C. perſpicere placeat, quantâ ſolicitùdine altèfatus D. Elector Joannes Philippus Eccleſiæ meæ jura tueri conatus fuerit; quàm parum quadragenaria ab anno 1621. uſque ad annum 1662. ſi triſtiſſima belli Suecici tempora deducantur, locum habere poſſit.

LI.

LI.

Literæ Adalberti Abbatis Fuldenſis ad Elector. Mogunt. Lotharium Franciſcum poſt reſciſſam in Rota Concordiam de A. 1662. de dato Fuldæ 2. Junii 1700.

PRæviâ &c. Dilectionem Veſtram Electoralem pro vetere propenſæ vicinitatis confidentiâ officiosè celare non debemus, quatenus nos poſt obitum Reverendiſſimi Principis & Domini, Domini Placidi Abbatis Eccleſiæ Fuldenſis, S. R. I. Principis, Divæ Auguſtæ Archi-Cancellarii, per Germaniam & Galliam Primatis, venerabilis noſtri Prædeceſſoris p. m. unanimi voto & ſuffragio Nobilis noſtri Capituli hîc in Abbatem & Principem Fuldenſem heſternâ die, primâ labentis, electi fuerimus, ſimúsque actu in tranquilla noſtræ Abbatiæ & Principatûs Fuldenſis poſſeſſione conſtituti. Cùm itaque attenti recolamus, quali Concordiâ Venerabilis noſter prædeceſſor Abbas Joachim Anno 1662. die 23. Martii cum Dilectionis veſtræ Electoralis Domino Prædeceſſore utpote Mediatore, uti etiam cum ſua Dilectione Epiſcopo Herbipolenſi celebratâ, eatenus ſe obligaverit, ut quivis Princeps & Abbas Fuldenſis mox ab electione confirmationem jurisdictionis Eccleſiaſticæ noſtræ Eccleſiæ in illo Receſſu conceſſæ, uti etiam manutenentiam, ubi neceſſitas flagitaverit, per literas petat, & viciſſim Veſtra Dilectio Electoralis nobis ſimiliter ad hujusmodi per reſponſorias ſinè recuſatione impertiendam, ſecuritatémque reſpectivè præſtandam obſtricta eſſe debeat & velit. Eapropter à Dilectione veſtra Electorali nos officiosè flagitamus, ut ad has ſuprà memoratæ Concordiæ conſonas petitorias, animum ſuum pariter declarare dignetur, quatenus in prætacta Concordia continetur, & paciſcentium intentioni congruit.

LII.

Reſponſoriæ Lotharii Franciſci Electoris Moguntini ad Adalbertum electum Abbatem Fuldenſem. de dato in Thermis Serpentinis 8 Julii 1700.

PRæviâ &c. Traditæ ſunt nobis literæ Dilectionis veſtræ ſub die ſecunda labentis, ex quibus perlegimus, quatenus Dilectio veſtra unanimi conſenſu Nobilis Capituli

pituli in Abbatem & Principem Fuldenſem electa fuerit, ſitque de facto in actuali & pacifica poſſeſſione conſtituta, & quid vigore Concordiæ, Anno 1662. initæ nobis ſua Dilectio in animum revocare voluit. Sicut igitur nos Dilectioni Veſtræ de obtenta hac Dignitate Principali, & adminiſtratione Eccleſiæ Fuldenſis omnem benedictionem, gratias & auxilia à Deo apprecamur; ita pariter ex præſcripto præmemoratæ Concordiæ, non ſolùm juriſdictionem Eccleſiaſticam, tunc temporis Dilectionis Veſtræ Prædeceſſoribus p. m. eorum Succeſſoribus, & Eccleſiæ conceſſam, in præſens plenariè denuo confirmamus & ratihabemus, ſed etiam promptos & paratos nos declaramus, ubi Dilectionem veſtram, ejusdem Succeſſores & Eccleſiam, præter ſpem & opinionem, à quocunque demum, & ſpeciatim à Catholico aut Acatholico vicino, vel extero circa ſuprà dictum jus Eccleſiaſticum, aut alia ſua jura & juriſdictiones infeſtari, aut turbari contingeret, nos eidem omnem propinquam aſſiſtentiam, auxilium & manutenentiam (prout eo caſu à Dilectione veſtrâ requiſiti fuerimus, & reliquæ circumſtantiæ tulerint) nunquam negaturos. Permanemus &c.

LIII.

Extractus ex Libro Archi-Diaconali inſignis Eccleſiæ Collegiatæ ad Gradus B. M. Virg. Civitatis & Archi-Diœceſeos Moguntinæ.

Sub Rubricâ Fol. 1.

SEquuntur Beneficia ſita in Præpoſiturâ B. M. ad Gradus Moguntinenſes.

Fol. 4.

In Salmonſter.

Eſt Collegium, & habet Plebanum, qui viſitat Capitula.
Et habet filiales Eccleſias quoad ſynodum, videlicet in Steyna paſtoria.
Ibidem Primiſſaria.
It. Eccleſiam in Ulenbach, & habet Plebanum.
It. Capellam in Sode.
It. Eccleſiam in Ulnaw, & habet Plebanum.

Sub

Sub Rubricâ.

Regiſtrum Sanctæ Synodi celebrandæ pro tempore in terminis Præpoſituræ B. M. ad Gradus Moguntinenſes, nec non omnium beneficiorum ſub jurisdictione ejusdem Præpoſituræ.

Fol. 5.

Feria. quinta.

In Salmonſter hora Miſſæ, & dabunt pro Servitio XV. ſolidos de Decimis, quas habent illi von Hueten, & dabunt ſex Maltera avenæ.

Illac pertinet oppidum Steyna & Villa Ubenau, Wechtelsbach, Sodel & Ulnbach.

LIV.

Extractus Epiſtolæ Epiſcopi Herbipolenſis Joannis Philippi Franciſci ad S. Congreg. Concilii de dato 1. Decemb. 1723.

JUſſibus E. E. V. V. ſub 8. Septembris ad me directis obtemperando, non defui, quin illas conditiones, ac poſtulata, quæ Sacra Congregatio ratione Concordiæ cum Domino Abbate & Principe Fuldenſi Anno præterito initæ, eidem de novo proponenda cenſuit, tum per Literas, tum per Deputatos illi quantocyùs communicarem, ejusque ſenſum deſuper exquirerem. . . . .

Epiſcopus Herbipolenſis recenter concordiam cum Fulda utilem dicit, eoquòd retineat jurisdictionem Diœceſanam *habitualem* in Fuldam.

Neque tamen Eccleſiæ meæ utilitatem poſt maturam cum Capitulo ac Conſiliariis meis habitam deliberationem, omnino me neglexiſſe confido, cùm vigore prædictæ Concordiæ conſiderabilem illam prærogativam ei reſervaverim, quæ ex ejusdem Tractatûs tenore non obſcurè colligitur, quòd nempe ceſſo, ſeu relicto Abbatiæ Fuldenſi actuali exercitio; habitualis Jurisdictio Epiſcopalis penes Eccleſiam Herbipolenſem ſemper remaneat, adeo, ut ſtatu Abbatiæ contra Fundatorum mentem immutato, Epiſcopus jus ſuum

 Epi-

Epiſcopale denuo liberè exercere, ac manutenere poſſit, ac debeat; prout colligitur ex §. *Nos Abbas & Princeps Fuldenſis.* Et ex Epiſtolis poſt novam Electionem Abbatis hinc inde ſcribendis, conformiter ad ea, quæ Rota fusè allegat in Nullius ſeu Fuldenſis jurisdictionis 1. Junii 1708. §.134. Aſt quidquid, coram R. P. D. Anſaldo.

LV.

PARALLELA

Aſſertorum Fuldenſium & Doctrinæ Summi Pontificis BENEDICTI XIV.

ASSERTA *pro Abbatia Fuldenſi.*	DOCTRINÆ *S. D. N. BENEDICTI XIV. ante & in Summo Pontificatu.*
I. Fuldenſes rerum Patroni recoquunt omnia, quæ olim contra Epiſcopum Herbipolenſem allegârunt pro jurisdictione quaſi-Epiſcopali in parte Diſtrictûs Fuldenſis cis-amnenſi.	S. D. N. olim juſtiſſimam Herbipolenſis Epiſcopi Cauſam doctiſſimè, ſolidiſſimèque defendens omnia jam rejecit.
II. Ea nunc contra Metropolitanum Moguntinum allegant, ſpecim. Fuldenſ. pag. 20. ſeqq. & per totum.	S. D. N. tunc centies in plerisque Exhibitis, & in Diſcurſu coram S. Congregatione Concilii habito Anno 1721. dixit, probato vel præſcripto uno actu jurisdictionis, nondum probatam, vel præſcriptam eſſe exemptionem cum territorio ſeparato, ac jurisdictionem Ordinariam quaſi-Epiſcopalem contra Epiſcopum Herbipolenſem, multò minùs igitur jurisdictionem exemptam contra Metropolitanum, nec citatum nec auditum.
III. Fuldenſes negant, Moguntino Antiſtiti unquam in Diſtrictu Fuldenſi trans Fuldam Jus Diœ-	S. D. N. his disertis verbis olim ſubſcripſit: *Conſecrationes Eccleſiarum in ditione Fuldenſi factæ fue-*

Diœceſanum, aut in toto Diſtrictu Jus Metropoliticum competiiſſe, in quibus duobus tota res pendet,

IV. Fuldenſes Patroni narraverunt, jam à Zacharia P. à Sæculo VIII. ejúsque ſucceſſoribus datam Monaſterio Fuldenſi non tantùm exemptionem paſſivam, ſed activam etiam in Clerum & populum locorum omnium à Fuldenſi Abbate acquiſitorum, & acquirendorum,eíque ùt Principi ſubjectorum, & quidem jurisdictionem ſoli S. Sedi immediatè ſubjectam. Specim. §. 10. §. 13. §. 16. ſeq. & paſſim.

V. Fuldenſes aſſertum illud ſuum probare volunt ex privilegiorum dictorum formula: præfatum MONASTERIUM. . . . Sub jurisdictione Sanctæ noſtræ, cui Domino Authore deſervimus, Eccleſiæ conſtitutum, nullius alterius Eccleſiæ jurisdictionibus

fuerunt ab Archi-Epiſcopo Moguntino tanquam METROPOLITANO, ac DIOECESANO IN LOCIS TRANS AMNEM FULDÆ; in quibus verbis totum Jus Moguntinum continetur.

In ſcriptura exhibita S. Rotæ coram ANSALDO Anno 1707. *Num.* 46.

S. D. N. non tantùm hæc omnia rejecit tanquam Herbipolenſis olim Cauſæ Patronus, non tantùm tanquam S. Congregationi Concilii Particulari A. 1721. à Secretis, hunc Fuldenſis præſcriptionis titulum aſſertum in illis Pontificum privilegiis repoſitum, tanquam nullum, invalidum, inſubſiſtentem explodit.

In cit. Diſcurſu Num. 10. 16. *& paſſim.*

Sed etiam quà Pontifex in Bullario ſuo exactiſſimo ſapientiſſimè obſervat, *necdum tempore Alexandri III.* ſcilicet ſæculo XII. circa Annum 1159. *exempla recenſeri activæ jurisdictionis, tributæ Monachis in Clerum & Populum.*

Tom. I. BULLARII Conſtit. LXXVI. §. 11.

Multò minùs igitur tempore Zachariæ, Stephani III. ante Annum 800. Gregorii IV. & aliorum ante Annum 900. usque ad ultimum Fuldenſium privilegium Anaſtaſii IV. Alexandri III. Anteceſſoris.

S. D. N. *illationem à MONASTERIO exempto ad jurisdictionem activam in Clerum & populum à Canonicis Sanctionibus nimiùm abſonam, & repellendam eſſe*, rectiſſimè docet.

Tom. I. BULLARII Conſtit. LXXVI. §. 10. *in fine.*

„nibus ſubmittatur, . . . & . . . „cujuslibet Eccleſiæ ſacerdotem „IN PRÆFATO MONASTE-„RIO ditionem quamlibet habe-„re, aut Authoritatem præter Se-„dem Apoſtolicam prohibe-„mus &c.

VI. Fuldenſes dicunt, ex iis privilegii verbis „MONASTE-„RIUM inconcuſsè DOTA-„TUM permaneat, locis & re-„bus tam eis, quas moderno „tempore tenet, quàm quæ fu-„turis temporibus in jure ipſius „Monaſterii Divina Pietas volue-„rit augere ex donis & oblatio-„nibus, Decimíſque Fidelium, „firmitate perpetuâ perfruatur „ ſequi, quod omnia loca poſtmo-dum à Fuldenſibus Principibus acquiſita, cum Clero ac populo ejus jurisdictioni Eccleſiaſticæ, & quidem exemptæ, fuerint ſub-miſſa. §. 16. & alibi.

VII. Fuldenſes dicunt, *certi-titudini* horum privilegiorum in-nixam ſuam exemptionem §. 49.

VIII. Fuldenſes, cùm illorum aſſerta dativa exemptio exploſa ſit à S. Rota, & cùm hæc ipſa privilegia tanquam minus ha-bentia fuerint rejecta, ad præ-ſidium præſcriptionis quadragin-ta Annorum, qualem ſolam ta-liter qualiter probare potuerunt, confu-

Et verba: *immediatæ ſubjectionis S. Romanæ ſedi, ſoli congruere exemptioni paſſivæ, non autem Juri activo, & ſeparationi territorii*, addit

In eadem Conſtit. §. 16.

Sicut hæc verba ſuapte naturâ ſolum Protectorium involvunt, ita planè Summus Pontifex ait, ad ductum clari textûs *in Cap. ex parte* 18. *de privilegiis*. Clauſu-lam illam *ſub B. Petri, & S. Se-dis Protectione, nequidem inferre exemptionem paſſivam*

Tom. II. BULLAR. Conſtit. XL. pag. 316.

aliáſque plures, & multò libera-liores formulas rejicit tanquam inſufficientes ad jurisdictionem exemptam quaſi-Epiſcopalem.

Tom. I. BULLAR. Conſtit. LXXVI. §. 6. 7. 16.

Tom. II. BULLAR. Conſtit. XXXIII. eodem Tom. II. Conſtit. XL.

Summus Pontifex non tantùm non adſcribit certitudinem iis-dem privilegiis, ſed, cùm pro titulo colorato allegata eſſent, hunc fuiſſe nullum, invalidum, inſubſiſtentem, fusè tradidit

In Diſcurſu habito coram S. Con-gregatione Anno 1721. *N.* 10. *&c.*

imò alibi nequidem in forma pro-bante producta dolet.

Coram Congregatione Particu-lari Anno 1714.

Summus Pontifex non ſolùm olim hanc præſcriptionem qua-dragenariam, tanquam miſera-bilem comploravit, ſed cit. toto Diſcurſu impugnavit, evertit, ac ex Eccleſiæ Dicaſteriis elimina-vit, æternâ ſui nominis laude.

Sum-

confugiunt, quâ præſcripſiſſe ſe jurisdictionem aſſerunt, contra Epiſcopum ſaltem Herbipolenſem.

IX. Fuldenſes ajunt, ſententias Rotales in rem judicatam, medio ferme abhinc ſæculo, tranſiiſſe §. 11. & alibi.

Summus Pontifex in relatione hujus cauſæ coram S. Congregatione A. 1721. non ſolùm enarrat, ſententias Rotales à viribus rei judicatæ ſuſpenſas, ac rem in Dicaſteriis Urbis litis pendentis manſiſſe, non ſolùm in recentiſſimis Bullis, Confirmatoriâ Tranſactionis nuperæ Hammelburgenſis, Conceſſionis Pallii Herbipolenſis, Erectionis Epiſcopatûs Fuldenſis, rem usque in illum diem ligitioſam ſupponit, ſed inſuper unà cum S. Congregatione Concilii in epiſtola ad Epiſcopum Herbipolenſem de Anno 1723. Sententias Rotales per Decretum ſan. mem. Clementis XI. *labefactatas* dicit.

X. Fuldenſes, ut illud Decretum ſan. mem. Clementis XI. annullans præſcriptionem quadragenariam, eludant, ajunt, eodem Decreto corroboratam, ac fulcitam ſuam Cauſam, eoquòd adjecta fuerit clauſula de vero Apoſtolico privilegio de ſuî natura apto ad ſeparationem territorii, & conceſſionem jurisdictionis ordinariæ, & de qualibet actuum ſpecie jurisdictionis quaſi Epiſcopalis.

Summus Pontifex cum S. Congregatione Concilii in Epiſtola citata ad Epiſcopum Herbipolenſem, non obſtante illâ clauſulâ adjectâ, ait, per dictum idem Decretum labefactatam Fuldenſem præſcriptionem.

Semper verò olim, & rurſus in cit. Diſcurſu coram S. Congregatione negat cum S. Rota, Fuldenſes habuiſſe verum Apoſtolicum privilegium de ſuî natura aptum ad ſeparationem territorii, & Conceſſionem jurisdictionis Ordinariæ quaſi-Epiſcopalis in Clerum & populum cum excluſione Epiſcopi.

In eodem Diſcurſu pro titulo præſcriptionis ſolùm admittit tale privilegium verum, extrinſecam tantùm dubitationem admittens.

In eodem Diſcurſu diſtinguit variorum actuum ſpecies, &

eruditè diverſa præſcriptionum tempora, ad varias actuum ſpecies præſcribendas requirit, nunquam verò ad omnes actuum ſpecies, ad territorium cum excluſione Epiſcopi perfectè ſeparatim, ac omnimodam jurisdictionem quaſi-Epiſcopalem ordinariam, ſolam ſufficere quadragenariam aſſerit, ſed hanc ſententiam Auctoritati S. Sedis injurioſam dicit. Vid. Diſcurſus cit. per tot.

Ac rurſus idem Summus Pontifex, non obſtante eâdem Clauſulâ, contra Abbatum præſcriptiones Decretum prædictum tanquam regulam generalem perpetuam & inconcuſſam ponit.

Tom. I. BULLAR. Conſtit. LXXVI. §. 3.

Tom. II. BULLAR. Conſtit. XXXIII. pag. 276.

XI. Fuldenſes immemorabilem præſcriptionem contra Jus Moguntinum Diœceſanum & Metropoliticum ſaltem in parte trans-Fuldana jactitant, non obſtantibus innumeris actibus Moguntinis, & confeſſionibus Fuldenſibus.

Summus Pontifex *immemorabilem præſcriptionem ſolo rumore labefactari*, ait

Tom. I. BULLAR. Conſtit. LXXVI. §. 4.

de eſſentia immemorabilis eſſe, ut nihil contra eam auditum unquam, vel dictum, aut factum fuerit.

Tom. II. BULLAR. Conſtit. XXXIII. pag. 278. *col.* 2.

XII. Fuldenſes pro miſera ſua immemoriali ex omnibus retro ſæculis quatuor, vel quinque actus de ſe nullos, inſubſiſtentes, & plus quàm æquivocos allegant.

Summus Pontifex docet, vel unicum actum Archi- aut Epiſcopalem conſervare illius Jus, vel unicam ejus contradictionem.

Tom. II. BULLAR. Conſtit. XXXIII. pag. 278. *in fine.*

& in concurſu actuum pro- & contra, auctoritate & pondere præſtare actus Epiſcopales, quibus favor & aſſiſtentia Juris accedit.

Ibidem, & Conſtit. XL. eodem Tom. II. pag. 351. *col.* 1.

XIII. Sum-

XIII. Fuldenſes Cauſam ſuam propriam eſſe S. Sedis jactitant, cui immediatè ſubjectum ſit non ſolùm Monaſterium, ſed Clerus etiam & populus totius ditionis Fuldenſis.

Summus Pontifex tam parum unquam agnovit intereſſe Sedis Apoſtolicæ in ſimilibus aſſertis Abbatum licèt exemptorum, juriſdictionem in Clerum ac populum ſimiliter affectantium, & ſuis Præſulibus reſiſtentium, ut in ſuis Bullis hac ſuper re editis nec vel allegaverit unquam illam Objectionem intereſſe Sedis Apoſtolicæ; imò Sedis Apoſtolicæ vel maximè intereſſe docuit, ne per præſcriptiones Fuldenſi ſimiles proſerpant Abbates ad juriſdictionem Ordinariam quaſi-Epiſcopalem.

Vid. Diſcurſus cit.

Ac tandem conſideratis inconvenientiis, ex his Abbatum cum Epiſcopis digladiantium conatibus prono alveo fluentibus, Bonum Sedis Apoſtolicæ & totius Eccleſiæ exigere judicavit, talia Territoria, licèt verè ſeparata, *vel ad congruentes terminos reducere, vel extincta atque ſublata Epiſcoporum localium ordinariæ poteſtati, & Auctoritati adjungere.*

Tom. II. BULLAR. Conſtit. XXXII. pag. 262.

XIV. Fuldenſes, ut Eminentiſſimum ac Celſiſſimum Principem Electorem Optimo Pontifici exoſum reddant, eoquòd digniſſimus ille Princeps Jura Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ Juramento adſtrictus tueatur, ac ſomniatum exemptum Epiſcopatum Fuldenſem pati nolit, illum proſcindunt, quaſi Summum Pontificem non honoret, non colat. Specim. pag. 12.

Summus Pontifex Epiſcopos juriſdictionis ſuæ contra tales Prætenſores quaſi-Epiſcopatuum tenaces egregiè dilaudat, quò magìs ſtrenuè, & conſtanter id faciant.

Tom I. BULLAR. Conſtit. LXXVI. §. 17.

Ac ſemper pro Epiſcopis ſententiam tulit, nunquam pro illis Abbatibus. An igitur nunc à ſapientiſſimis, ſolidiſſimíſque ſuis Principiis recedet? & cùm ipſi Fuldenſes fateantur, Summum Pontificem Fuldam non exemiſſe, an eximet, vel exemptam declarabit?

LVI.

Pro memoria Emmo. Cardinali Alexandro Albani Sac: Caeſ. Majeſtatis Miniſtro Plenipotentiario Romam transmiſſum, & nomine alteſatæ Majeſtatis ab eodem Sanctitati ſuæ porrectum Menſe Decembri Anno 1752.

QUò major S. Cæſareæ Majeſtati eſt in ſumma Sanctitatis ſuæ perſpicaciâ, juſtiſſimiſque ejusdem animi ſenſibus fiduciâ, eò minùs in animum ſibi inducere poteſt, hæc, quæ in negotio Pallii Herbipolenſis Romæ nuper acta fuerunt, ex ipſa Beatitudinis ſuæ mente geſta, maturâque ſatis lance ponderata fuiſſe; nequaquam enim Majeſtas ſua ſibi perſuaſum habere poteſt, ipſum Eccleſiæ Caput exitialem diſcordiarum facem accendere, hiſque, qui aliunde Germaniæ tranquillitati, conſtitutæ ibidem Eccleſiarum Hierarchiæ, ipſique Religioni inſidiantur, expetitam ab illis omnia ſusque deque vertendi anſam præbere velle. Quid enim, cùm ipſa Beatitudo ſua levem vixque cognitam inter Epiſcopatum Herbipolenſem, Abbatiámque Fuldenſem contentionem in Religionis diſpendium, & Acatholicorum ſcandalum divergere poſſe, ideóque quàm primùm componendam cenſeat, quid, inquam, ex fomite totum Corpus Imperii incitante meritò non pertimeſcendum? Cúmque prior illa controverſia cum illa Pallii neque à longè æquiparari poſſit, annon providis ipſius Beatitudinis ſuæ conſiliis repugnaret, ſcintillam ſopiri velle, ut maximum alia ex parte incendium ſuccreſcat?

Nunquam Majeſtati ſuæ Cæſareæ in mentem venit, Epiſcopatum Fuldenſem ſuper aliena & tertii præjudicia ſuperſtruendum fore, nec alio pacto eidem manus unquam præbere voluit, quàm ut nulla omnino innovatio inde derivet; Ne minima tunc de Pallio quocunque mentio, minùs adhuc de alienis juribus convellendis indicium ullum; Et ſi cum Majeſtate ſua Cæſarea eodem, quo ipſa egit, candore, conſilia communicata fuiſſent, pernicioſis, quæ nunc ſuboriuntur, ſequelis medela facilis adferri, neque Eccleſiarum Germanicarum Hierarchia ſugillationibus, ipſi Religioni plurimùm exitioſis, laceſſiri potuiſſet.

Pro-

Profectò hæc maturiori mutuáque deliberatione omnino digna fuiſſent; nam cùm non de ſola Metropoli Moguntina, ſed de re omnium Germaniæ Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum, proindéque de negotio ipſam Imperii compaginem afficiente agatur, quinam non inde motus inter diverſa partium Religioníſque ſtudia pertimeſcenda?

An ergo in talibus rerum circumſtantiis Majeſtas ſua muneri ſuo Cæſareo, ac conclamantibus Principum Imperii querimoniis deeſſe poſſit, Sanctitas ſua ipſamet facilè dijudicabit, ſimúlque expendet, an Majeſtati ſuæ integrum eſſe poſſet, in re neque honori Divino, neque Eccleſiæ aut Religionis bono neceſſariâ, minúſque adhuc proficuâ, imò in Epiſcopatibus Germaniæ non exemptis hucusque inſolitâ, Capitulationíque Cæſareæ contrariâ tam amplæ diſſidiorum ſcaturigini copiam concedere, ut enaſcendum inde malorum cumulum neque ſat adhuc prævidere, neque emetiri liceat?

Pallia Epiſcoporum non exemptorum vix non ſemper infelicem contentionum fontem fuiſſe, neminem latet, facilíque conjecturâ aſſequendum eſt, quantopere malevolis quieti & Religioni animis Statuum Germaniæ Eccleſiaſticorum diſcordiæ profuturæ forent, exoptatámque iisdem viam panderet, votorum ſuorum complementum conſequendi.

An ſic communi, ipſiúsque Romanæ Eccleſiæ Utilitati conſultum foret, nemo ſanè dubius hærebit, Majeſtáſque ſua Cæſarea illis, quæ ſibi, quæ Sacro Romano Imperio, quæque ipſius Sanctitatis ſuæ gloriæ & Religionis ſaluti debet, deſutura foret, ſi paterna Beatitudinis ſuæ viſcera non rurſus obteſtaretur, ne Eccleſiæ Germanicæ, Imperiique juribus, nec non publicæ tranquillitati, ipſique adeo Religioni tam lethale vulnus inferatur, quemadmodum à piiſſimo Sanctitatis ſuæ zelo, ſummáque prudentia ſalutarem medelam penitus ſibi promittit.

LVII.

Reſcriptum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis ad ſuum in Imperii Comitiis Con-Commiſſarium S. R. J. Comitem de Palm ratione Impreſſi à Legato Fuldenſi Ratisbonæ diſtributi, de dato Viennæ 3. Novembris 1753.

NObis non modò ex relatione tuâ de 8. elapſi, ſed nomine etiam Dilectionis ſuæ Electoris Moguntini per noſtrum Imperii Vice-Cancellarium Comitem

de Colloredo expoſitum eſt, quale ſcriptum contra dictam Dilectionem ſuam typo publico edere, imò illud Ratisbonæ diſtribuere Fulda attentaverit, quod percipere nobis eò magis diſplicuit, quòd incauta ſcribendi criminatio contra memoratam Dilectionem ſuam non modò longiùs in eo perducatur, ſed illud etiam modo perverſo & planè diſſimili proponatur, quod fieri duntaxat permiſimus, cùm ex parte Fuldæ ratione erectionis hujus Eccleſiæ in Epiſcopatum inſtantiſſimè & ſæpius nobis ſupplicatum fuerit; ſiquidem noſtrum non antea, nec aliter conſenſum præſtitimus, quàm poſtquam ex parte Fuldæ ſolenniter & in ſcriptis nobis cautum eſt, *nemini exinde* (prout propria Fuldenſium formalia ſonant) *vel minimum generari præjudicium, ſed eam erectionem tantùm tendere ad animarum ſalutem notabiliter promovendam, adeóque de minima mutatione vel novitate nullo modo cogitari.* Nos etiam noſtro apud ſuam Sanctitatem Miniſtro Cardinali Alexandro Albani jam tunc declarandum injunximus, in iis, quæ ad Imperium pertinent, ne minimam mutationem permiſſuros; pariter quàm longiſſimè à nobis abfuit, ut vel minimæ mutationi in Hierarchia Eccleſiaſtica locum daremus, ut nequidem permittere voluerimus, ſtatum Abbatiæ Fuldenſis Regularem per erectionem aliam in formam transmutari. Quæ omnia cùm Fuldæ probè cognita ſint, non aliter quàm cum maxima diſplicentia perſpicimus, quòd Fulda hæc aliter, & ſimul eâ ratione orbi obtrudere non vereatur, ac ſi jam tum temporis de Pallii Herbipolenſis, nobis tamen ſolicitè adeo occultati circumſtantiis notitiam habuiſſemus, & Romæ per plures menſes contra ejusmodi novitates in tempore nihil obmotum eſſet, cùm tamen ipſi ſuprà dicto Cardinali, quod res exigit, proponendum demandaverimus. Eapropter hoc impreſſum Imperii Principis Eccleſiaſtici contra Electorem Eccleſiaſticum, utpote per omnia ſummopere indecens, imò in Religionis ipſius vituperium apud Proteſtantes tendens, non aliter quàm cum maxima diſplicentia intueri poſſumus, unde etiam noſtro Miniſterio dedimus in mandatis, ne hoc impreſſum, ubi hoc communicari contingeret, ullo modo admitteret, ſed illud potiùs efficaci cum averſione repelleret. Cùm verò Fulda hìc locorum nunc Agentem non habeat, volumus, ut Tu omnia ſuprà dicta Legato Fuldenſi cum emphaſi exprobres, noſtrámque diſplicentiam & indignationem in eo potiſſimum ſignifices, quod Fulda per ejusmodi diſtributionem diſcordias & diſſenſiones in diminutionem conſenſûs animorum, in Imperio tantopere exoptandi, imò in ipſum Religionis præjudicium excitare attentârit, atque ita ſequelarum peſſimarum exinde oriturarum ſe ream facere non erubuerit; quod, uti & facta ſinceritationibus Fuldenſibus contraria, ſinè animi indignatione aſpicere non poſſemus. Et quemadmodum contra Hierarchiam Eccleſiaſticam in Imperio uſitatam mutationes & innovationes induci, nullo modo patiemur, ita eodem ex motivo Dilectionem ſuam Electorem Moguntinum contra hujuscemodi innovationes, ejus jura metropolitica convellentes, authoritate noſtrâ Cæſareâ tueri non intermittemus. Id

quod

quod dicto Legato cum emphaſi neceſſaria hoc addito declarabis, nos adverſis contra dictas Fuldenſium ſincerationes conatibus locum non daturos, & omnino ſperaturos, eò potiùs omnem ex parte Fuldæ operam impenſum iri, ut cum Dilectione ſua Electore Moguntino res pro decori exigentia amicè componatur. Confidimus in tua nobis nota dexteritate, & prompto mandatorum noſtrorum ſtudio, fore, ut antè dicta omnia eo modo exequaris, quò debitam Fulda impreſſionem perſentiſcat.

LVIII.

Series Chronologica Conatûs Fuldenſium Abbatum ad Epiſcopatum, & quidem nunc prætensè exemptum ex una, Juris verò Metropolitici, & in Partem Trans-fuldanam diſtrictûs Fuldenſis Diœceſani Moguntini perpetuò poſſeſſi ex altera parte, ex documentis Originalibus deſumpta.

Nihil certius eſt, quàm Monaſterium Fuldenſe in alium omnino finem fundatum eſſe, quàm ut in clerum & populum Epiſcopiam gereret. Sanctiſſimus ejus Monaſterii Fundator Bonifacius Archi-Epiſcopus Moguntinus ibi *in loco ſylvatico* (qualis permanſit ferè uſque ad Henrici IV. Imperatoris tempora, adeóque usque ad ſæculum XI.

Vid. Schannat. in Buchonia veteri

Et eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis in medio Archi-Diœceſis, imò Diœceſis Moguntinæ, jam tunc in Thuringiam & Saxoniam ſe extendentis, *viros anachoretas*, quos inter multi laici, & fortè ipſe primus Abbas Fuldenſis S. Sturmius laicus fuerat, *absque ſervis*, magis ergo absque clero & populo, *proprio manuum ſuarum labore contentos poſuit*, ut juxta regulam S. Benedicti ibi Deo deſervirent. Quo in Monaſterio ſepulturam S. Bonifacius elegit, & cui anno 751. Pontificis Maximi Zachariæ protectionem, ac quoad regularia exemptionem paſſivam impetravit. Veritas hæc à nemine negatur, & ex cöevis S. Bonifacio Scriptoribus abundè patet.

Docent Traditiones Fuldenſes, ante Schannatum, & per Schannatum typis denuò evulgatæ, quòd ſacris Lypſanis S. Bonifacii in eo Monaſterio reconditis, juxta phraſin donationum, *S. Bonifacio* vel Monaſterio Fuldenſi pinguiſſimæ donationes acceſſerint, non tantùm prædiorum, ſed etiam oppidorum, pagorum *cum lidis*, *hominibusque propriis* tam in vicinia Monaſterii, quàm longiſſimè diſſitis in multivariis Germaniæ Epiſcopatibus; tandem Abbas Fuldenſis cum aliis Germaniæ Abbatibus ac Epiſcopis Principatûs Germaniæ dignitate in ſuos ſubditos temporales potitus eſt. Nihil verò certius eſt, quàm eosdem Abbates Fuldenſes ante ſæculum XVI. in clerum & populum ſuæ ditionis temporalis Jurisdictionem Eccleſiaſticam nullam poſſediſſe, verùm eosdem Epiſcoporum localium Jurisdictioni Eccleſiaſticæ ſubditos manſiſſe. Sicut verò Zacharias S. Pontifex iisdem, queis Metropolim Moguntinam ſtabilivit, literis Apoſtolicis, Sancto Bonifacio, Sedique Moguntinæ omnes gentes, quibus ille Chriſtum annuntiaverat, adeóque Thuringos & Francones, & qui ibi ſylvam incolebant, Buchonios ſubjecit, ita nihil ab illo ſæculo certius eſt, quàm eosdem populos Metropolitanum Moguntinum reveritos eſſe.

Non opus erit, veritatem hanc hìc ex antiquis, quæ ad manus ſunt, documentis, ex ipſis Fuldenſibus Hiſtoriographis, aliiſque fontibus limpidis probare; ex iis, quæ ſequuntur, ſatis clara evadet, & hìc tantùm quæſiti Epiſcopatûs Fuldenſis Chronologiam teximus.

Anno 1529. Prima Epiſcopatûs cogitatio (quoad ſcimus) Fuldenſi Abbati Joanni circa annum 1529. in mentem venit, eo tempore, quo vota monaſtica Germanis, Luthero prædicante, exoſa fiebant, & quo etiam revera Monachi laicis novaturientibus contemptui erant. Deſiderium igitur ſuum, ut Abbatia in ſæcularem Eccleſiam, non tamen in Præpoſituram aliquam (ſicut dantur aliæ in Germania) ſed Epiſcopatum mutaretur, tum Pontifici Maximo, tum Carolo V. Imperatori, tum Archi-Epiſcopo Moguntino, ejúsque Eccleſiæ Metropolitano Capitulo expoſuit.

Nihil certius eſt, quàm Abbati Fuldenſi tunc temporis nullam omnino Jurisdictionem Eccleſiaſticam in clerum & populum competiiſſe. Cùm Abbas deſiderium hoc ſuum Fautoribus & amicis exponeret, reſponderunt illi: *quod ſi Epiſcopus fieri vellet, etiam Jurisdictionem Eccleſiaſticam habere deberet; non ſufficere itaque conſenſum vel Pontificis vel Imperatoris, qui dari ſoleat cum clauſula: ſine præjudicio tertii; ſed neceſſe eſſe, ut cum Ordinariis locorum conveniret de cedendâ ſibi in Diſtrictum Fuldenſem Jurisdictione Eccleſiaſticâ.* Totidem verbis id narrat ipſemet Joannes Abbas in epiſtola, quâ conſenſum Capituli Metropolitani Moguntini exquirit, de dato Dominicâ poſt omnium Ss. anno 1532.

Sum-

Summarii hujus XIX.

Ordinarii notorii Diſtrictûs Fuldenſis tunc temporis Moguntinus & Herbipolenſis Antiſtites erant. Moguntinum itaque, prout diximus, Archi-Epiſcopum Albertum Brandeburgicum Romanæ ſimul Eccleſiæ Cardinalem adibat, ac *ut Epiſcopatum Fuldenſem conſurgere pateretur, ut de ſuo Jure concederet, ac Jurisdictionem Diœceſanam* illius partis Fuldenſis, quæ Moguntino ſuberat, Abbati cederet, rogavit idem Abbas Fuldenſis Joannes. Facilem ſe præbuit Albertus Archi-Epiſcopus Moguntinus, ſed præprimis reſpondit, ſinè conſenſu Capituli Metropolitani ſe conſentire non poſſe; dein adjecit, novum Epiſcopum Fuldenſem Metropolitano Moguntino Suffraganeum ſubeſſe debere; ac tertiò, compenſationem aliquam ſibi dandam. Hæc omnia ex extantibus in archivio Fuldenſi Alberti literis narrat Anno 1532.

Browerus Fuldenſis Hiſtoriographus antiquitatum Fuldenſium libro 4. Folio 350.

Capituli etiam Metropolitani Moguntini conſenſum expetiit idem Abbas Joannes, ac ipſam urbem Moguntinam adiit, literas ad capitulum longiſſimas dedit, diſertis verbis in iisdem, poſt multas rationes conquiſitas petit, „ut Moguntina per Ditionem Fuldenſem „Jurisdictio Epiſcopalis ſibi cederetur; recommendatitias Archi-Epi„ſcopi literas ad Decanum Metropolitanum obtinuit; Capitulo expo„ſuit, pro Jurisdictione, quam haberet Moguntia, diœceſanâ Epi„ſcopum ſuffraganeum Fuldæ conſtitui, inſuper ſe velle compenſa„tionis loco aliquid Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ dare, & reliqua, quæ in literis in originali adhuc extantibus, ad Capitulum Metropolitanum Moguntinum Sabbatho poſt Omnium Ss. anno 1532. datis continentur.

Hoc Summar. XX.

Eandem petitionem idem Abbas fecit eidem Capitulo Metropolitano anno 1539. Martis poſt Quaſimodò geniti; & Jovis poſt Cantate eodem anno, & ipſo die Joannis Baptiſtæ eodem anno, & inſtantiùs Mercurii poſt Ægidii eodem anno, & anno 1540. Veneris poſt Pentecoſten. Anno 1539.

Hoc ſummario XXIV.

prout omnes etiam memoratæ literæ in originalibus adhuc extant.

At verò non tam facile ſe præbuit Capitulum Metropolitanum Moguntinum, ſed dilatoriâ ſemper Abbati reſponſione datâ ſuo Archi-Epiſcopo conſuluit, conſentiri quidem poſſe, *ut Abbatialis dignitas in tolerabiliorem, quàm quæ ſit Epiſcopalis, transferatur*, ſalvis tamen Juribus Moguntinis, prout docent literæ Capituli ad Archi-Epiſcopum Albertum d. d. Lunæ poſt Corporis Chriſti anno 1540.

Hoc Summario XXV.

Hoc igitur anno 1540. nil de Jure Moguntino diœceſano in Fuldam, minùs de Metropolitico deperditum erat. Anno 1540.

An Abbas Fuldenſis alterum ex alia parte diſtrictûs Fuldenſis Ordinarium Epiſcopum Herbipolenſem pariter tunc temporis adierit, ex ipſis rerum documentis neſcimus; hoc tamen docent literæ ejusdem Abbatis Fuldenſis Joannis ad Decanum Metropolitanum Moguntinum, Sabbatho poſt Omnium Ss. anno 1532. quòd conſiderit Abbas, *ſe ſi Archi-Epiſcopum habeat, cum quo de Jurisdictione convenerit, cum ejus ſuffraganeo Herbipolenſi rem confecturum.* Et hoc pariter ſcimus ex documentis ab Epiſcopo Herbipolenſi coram S. Rota productis

In ſummario coram de la Tremoille 1700.

Epiſcopum Herbipolenſem reſtitiſſe, ac Cæſareo Caroli V. per Cardinalem Dertuſienſem Cæſaris Miniſtrum interventu conſenſum Pontificis impeditum, ac fruſtra à Capitulo Metropolitano Moguntino, eundem Pontificis, Cæſaris, & Herbipolenſis Epiſcopi conſenſum ſibi ante omnia exhibendum, ab Abbate Fuldenſi deſideratum fuiſſe. tandem verò ſcimus rem effectu caruiſſe, & Jurisdictionem in Diſtrictum Fuldenſem penes Ordinarios manſiſſe.

Ita res conſtituta erat circa annum 1540. ſub Joanne Abbate Fuldenſi.

Anno 1541. Philippus Joannis ſucceſſor anno 1542. non tantùm cum clauſula, prout oportet, ab Archi-Epiſcopo Moguntino Benedictionem Abbatialem petiit, ſed jam antea anno 1541. literis Lunæ poſt Simonis & Judæ datis,

Hoc ſummario VI.

Anno 1542. ab eodem Archi-Epiſcopo Moguntino Vicarium vel Commiſſarium petiit, qui more ſolito ad Fuldenſem ditionem ſe conferret, & cauſas Eccleſiaſticas, præſertim Matrimoniales nomine & auctoritate Diœceſanâ Moguntinâ cognoſceret.

Ac probè hìc notandum eſt, quòd ſimilibus literis idem ipſe Abbas hoc expetierit pro altera parte ſuæ Ditionis temporalis ab Epiſcopo Herbipolenſi eodem anno, quæ literæ productæ ſunt ab Epiſcopo Herbipolenſi coram S. Rota

In ſummario coram de la Tremoille.

Anno 1543. Anno ſubſequente 1543. idem Albertus Archi-Epiſcopus Moguntinus Abbatis Philippi petito deferens, *talem Vicarium & Judicem in oppido & Diſtrictu Fuldenſi MOGUNTINÆ DIOECESIS in perſona Blaſii Byn conſtituit, cum pleniſſima cauſas Eccleſiaſticas cognoſcendi facultate*; quæ literæ hodiedum extant in Archivio Moguntino d.d. 9. Decembris anno 1543.

Summario hoc VII.

Circa idem tempus perverſa Jurisdictionis Fuldenſis Eccleſiaſticæ prodroma ſaltem initia deprehendimus. Jam tunc principium illud in Germania, Luthero auſpice, docebatur: *cujus eſt regio, ejus eſt Religio.* jam tunc Principes Germaniæ, licèt ſæculares, Epiſcopos

ſuis

ſuis in Principatibus agebant; jam tunc Jus, quod ajunt, reformandi ſibi aſſerebant. Idem igitur Fuldenſis Abbas Philippus, neſcio quos, in Religione abuſus pro ſubditorum commodo corrigere volens ſuâ auctoritate, non exſpectatis Archi-Epiſcopi Alberti ſenſis, uſum calicis Fuldenſibus ſuis ſubditis indulſit; quod ipſum fuſiùs teſtatur

BROWERUS citatus in hoc Abbate.

At propterea nondum Diœceſanam, multò minùs Metropoliticam Juriſdictionem abjecit Fulda. Paulò pòſt cum enunciativa, *Moguntinæ Diœceſis*, Archi-Epiſcopo Danieli commiſſio obtigit, & per ejus ſubdelegatos executioni data A. 1569. Abbatem Fuldenſem Wilhelmum Clauueren de Wahra ſuper fide & reliquis examinandi

Teſtante ſummario IV.

Anno 1575. alterâ vice Epiſcopatum prenſavit Balthaſar Abbas Fuldenſis; ſed cùm tam malè res ſucceſſerat poſt annum 1529. prout narravimus, cautiùs rem incipiendam ratus eſt; non igitur ille Archi-Epiſcopum Moguntinum, vel Herbipolenſem Epiſcopum adiit, ut ſibi neceſſariam ad aliquem Epiſcopatum Juriſdictionem cederent, ſed ſufficere putavit, ſi ſolum ſummum Pontificem ſub- & obreptionibus ſuas in partes traheret. **Anno 1575.**

Epiſtola illius ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum 19. Septembris 1575. ſcripta, ex vaticano archivio quondam extracta, ac Romæ legaliter producta fuit,

Summario hoc VIII.

In hac & Fuldenſium artes, & illorum non-jus mirificè depictum continetur. Abbas ibi exorditur à ſacroſancto Concilio Tridentino in ſua Ditione temporali executioni mandando „*difficulta-„tem*, ait, *ſe reperire, quòd tripartita ſit in ſua Ditione Juriſdictio „Eccleſiaſtica*, cujus unam partem ſibi primus aſſignat (falsò, niſi Juriſdictionem in Monaſterium ſuum, ac Monaſteriola alia ipſi ſubordinata intelligas, hodiernas Fuldenſium Præpoſituras) *alias duas partes Moguntino Metropolitano, & Herbipolenſi Epiſcopo. Propter hæreſeon turbas*, addit, *turbatos Juriſdictionum limites, Epiſcopos Moguntinum & Herbipolenſem ſuis locis tuendis occupatos, ditioni Fuldenſi curam non ſatìs impendere, hæreſin interim excreſcere, ſe non poſſe illam cohibere, eoquòd timeat, ne falcem ſuam mittat in meſſem Epiſcoporum, hoc à Nobilibus ſuæ Regionis ſibi jam objectum fuiſſe, tanquam ſcrupulum efficaciſſimum, aliquos ſubditos ſuos temporales in celebrandis feſtis Moguntinam Eccleſiam ſequi, alios Herbipolenſem, ſe non ſatis ſcire, quæ loca Fuldenſia ad Moguntinam Diœceſin, quæ verò ad Herbipolenſem ſpectent. Cauſas Matrimoniales, ad quale conſiſtorium Herbipolenſe vel Moguntinum ſpectent, neſciri, & licèt hoc ſciri fortaſſis poſſit, difficilem tamen eſſe ad diſtantia hæc conſiſtoria recurſum; hinc tanquam filius obediens amantiſſimo Patri manifeſtat, expedire, ſi duæ illæ partes, quæ à vicinis Epiſcopis adminiſtrari debent, vel alteri illorum*

 com-

committantur, *vel ei*, *qui tertiam partem ab antiquo adminiſtrat* (ſibi) *hæ quoque adminiſtrandæ tradantur. In hac re, quod ad ſuam perſonam attineat, non bonori, ſed oneri ſibi futurum, ſi plus laboris ſibi adjiceretur; malleque propterea ſe, ſi Epiſcoporum alteri duæ illæ partes, quas modò diviſas habent, unitæ tradantur. Sed cùm Eccleſiarum vicinarum Epiſcopi minùs ad ſuos ſubditos attendere poſſint, ſe in toto Principatu ſuo ex deſiderio ſalutis animarum curam, laborem, ſumptus ſuſcepturum, quorundam etiam imprudentium ſiniſtram interpretationem non curaturum, id ſolùm ſe cupere, ut Epiſcopi intelligant, non ſuæ hæc eſſe petitionis, ſed voluntatis Pontificis Maximi* (motûs proprii ad has preces ambitioſas in ſenſu Juris Canonici tales) *ſe utriusque Epiſcopi perſonam nôſſe, & nil dubitare, quin ipſi hanc oneris ſui ſublevationem libentiſſimis animis ſint audituri; eſſe tamen fortaſſe cum ipſis nonnullos* (fortaſſe Capitulum Metropolitanum Moguntinum, quod ante triginta annos ſe irretiri non patiebatur) *qui id nolint, hos ſe vitâſſe &c.*

Ingenioſam hanc epiſtolam ſagacibus oculis luſtrandam orbi relinquimus. Id nobis ſufficit, ſole clariùs ex illa Moguntinum Diœceſanum & Metropoliticum Jus eluceſcere.

Anno 1576. & ſeqq. Anno ſtatim ſequente 1576. à proprio ſuo Capitulo Fuldenſi, ac ditionis ſuæ nobilibus compulſus fuit idem Abbas, ad Abbatiam in ſpiritualibus & temporalibus Julio Epiſcopo Herbipolenſi, Principi glorioſæ apud ſcriptores coævos, & hodiedum adhuc in Germania & Herbipoli memoriæ, reſignandam; ſed factâ reſignatione, eam ſtatim ex capite metûs impugnavit, ac ex oppido Hammelburgenſi, ubi reſignatum fuerat, in Principatum Moguntinum confugit, Metropolitanum ſuum eundem Moguntinum hoſpitem ac fautorem optimum, Pontificiis etiam literis excitatum, per annos accepit, tota verò Ditio Fuldenſis ſequeſtro Imperatoris ſubjecta fuit, manſitque usque ad annum 1604. quo per ſententiam Imperatoris Ditio Fuldenſis Balthaſari Abbati reſtituta fuit.

Hâc tempeſtate Fuldenſes jurisdictionem Eccleſiaſticam Herbipolenſem palàm, & cum fervore negare cœperunt, ac argumentum ex ipſo edicto Imperiali reſtitutorio Balthaſaris Abbatis duxerunt, eoquòd reſtitutus ſit Abbati verbis edicti Imperatorii STIFFTUS. Fuldæ, quæ vox quaſi - Epiſcopatum cum jurisdictione ſignificet. Incredibilis eſſet hic prætextus; niſi à Fuldenſibus ſufſiſſimè in facie orbis deductus eſſet, adeo, ut Epiſcopo Herbipolenſi hoc adhuc ſæculo opus fuerit, innumeris atteſtatis Principum Germaniæ probare, quod vox Germanica STIFFT minimæ etiam Eccleſiæ Collegiatæ, & Monialium Monaſteriis planè conveniat. Interim lis ſuper jurisdictione Fuldam inter & Herbipolim permanſit usque ad annum 1662. aliquando tentatâ quidem concordiâ, aliquando per bella Germaniæ interrupta, ſemper tamen recrudeſcens.

Annon

Annon idem Balthaſar Abbas in Moguntinam etiam meſſem ex animarum Zelo falcem immiſerit, aliis judicandum relinquimus. Hoc facti ſumus & fatemur, ſub Moguntino Præſule non tantùm quà Metropolitano, ſed etiam quà Epiſcopo habituali in parte Fuldenſis Ditionis trans - Fuldana Conſiſtorium Fuldæ tunc ſtabilitum, Eccleſiaſticam jurisdictionem exercuiſſe, ad eundem Metropolitanum tamen appellationes ſuas detuliſſe.

Sic ab Archi-Diaconali, prout ſemetipſum vocat, Conſiſtorio Fuldenſi Anno 1613. die 22. Januarii appellatum fuit in cauſa Matrimoniali & deflorationis Margarethæ Stendorff de Steinau actricis contra Jacobum Krafft ibidem, ad Eccleſiaſticam Curiam Sedis Moguntinæ Anno 1613.

Teſtante inſtrumento Notariali in Summario N. *V. appoſito ad Seriem facti & Juris impreſſam Moguntiæ.*

appellationi detulerunt Judices Fuldenſes eodem anno die 7. & 17. Martii

In Summario eodem N. VI.

ad citationem & compulſoriales Judicum Moguntinorum

Ibidem N. VII.

Judices Fuldenſes literas reverentiales cum actis primæ inſtantiæ dederunt.

Ibidem N. VIII.

Anno ſequenti 1614. in eadem cauſa adhuc teſtimonium paupertatis miſerunt, quòd actrix ad Metropoliticum Tribunal in perſona ſe conferendi ſumptus non habeat Anno 1614.

Ibidem N. IX.

proceſſus hic denique in Judicio Moguntino ventilatus fuit, ejúsque acta originalia extant.

Anno 1617. alia appellatio Fuldenſis ad Judicium Moguntinum delata fuit in cauſa imputati adulterii Hanſonis vel Joannis Krafft de Steinhaus contra Engel Schenck & Hans Hagern, ac in eodem Judicio Moguntino pertractata Anno 1617.

In eodem Summario N. X. XI. & XII.

Tam notorium tunc temporis fuit Jus Metropoliticum Moguntinum, ut Cæſareo juſſu Anno 1622. Elector Moguntinus *tanquam Fuldenſis Eccleſiæ Metropolitanus* legatum ad electionis negotium periculoſis illis temporibus mittendum judicaverit. Teſtatur hoc inſtructio Cæſarea Legato Cæſareo præſcripta

In hoc Summario XXVI.

ac teſtantur legationum acta, in archivio Moguntino exiſtentia, quàm ſolenniter idem Legatus Metropolitanus Anſelmus Caſimirus à Wambolt exceptus fuerit.

Anno 1626. alia appellatio Fuldenſis ad Judices S. Sedis Moguntinæ in cauſa matrimoniali Henrici Birckenbach appellantis, con- Anno 1626.

ff tra

tra Dorotheam Denckerin appellatam devoluta eſt, cujus pariter acta extant.

Anno 1630. Sequentibus annis idem ipſum Capitulum Fuldenſe, quod paulò antè Metropolitanum Legatum reveritum fuerat, ipſum ſuum Metropolitanum Moguntinum uberrimè, & repetitis vicibus egregio cum fructu agnovit; rei occaſio hæc fuit. Abbas tunc temporis Fuldenſis

Teſte SCHANNATO hiſtor. Fuldenſ. in Joanne Bernardo.

ignobili loco natis Monachis Fuldenſibus Jus vocis activæ & paſſivæ in Abbatum electionibus indultum volebat, & tam apud S. Sedem, quàm Imperatorem deſiderium hocce ſuum ad effectum perducere, aliáſque innovationes facere tentabat. Hanc ob cauſam auctis querelis, Capitulum Fuldenſe de illis innovationibus, de incuſſo metu, aliisque conquerens, hiſce verbis Moguntinum Electorem compellavit: *quia poſt Deum extremum & Summum refugium in Electorali Gratia Veſtra, TANQUAM GRATIOSISSIMO DOMINO METROPOLITANO NOSTRO ſubmiſſiſſimè ponimus, & implorandum ducimus &c.*

Literis datis Fuldæ 26. May 1630. hoc Summario Numero XXVII.

Metropolitanus imploratus *quà talis, & cum hac expreſſa enuntiativa,* Abbatem Joannem Bernardum ad reformationem diſciplinæ monaſticæ cohortatus, ab innovationibus & lædendo Nobilitatis privilegio dehortatus fuit

Literis datis ad Abbatem 1. Junii 1630. Summario hoc N. XXVIII.

Capitulo verò præſidium & interceſſionem apud Summum Pontificem expetitam cum ſalutari concordiæ monito ſpopondit,

Literis de dato eodem 1. Junii 1630. Summario N. XXIX.

Ac propediem *Metropolitani muneris ſui duxit, rem Summo Pontifici ſuggerere, ac rogare, ut nihil in Curia decidatur, donec omnia intimè examinentur, utriusque Partis Jura, & ſacri etiam Romani Imperii intereſſe.*

Literis ad Summum Pontificem cum hac enuntiativa METROPOLITANI, datis 2. Junii 1630. Summarii N. XXX.

ſimiliter negotium Franciſco Barberino Cardinali commendavit,

Literis datis eodem die & anno Summarii N. XXXI.

aliíſque literis

Datis die 30. Novembris 1630. Summarii N. XXXII.

eidem Cardinali Barberino in hæc verba ſcripſit: *quandoquidem tamen officii noſtri ratio à Nobis UTPOTE FULDENSIS ECCLESIÆ METROPOLITANO exigit, in hac tanti momenti cauſa, ſedulò, & quantum in Nobis eſt, curare, ne ob novitates iſtas jam dicta Eccleſia detrimentum capiat.*

Similiter *tanquam Metropolitanus inſtantiſſimè requiſitus* officii ſui exiſtimavit, id, quod res erat, fuſiùs Summo Pontifici exponere

Longis

Longis literis ad Summum Pontificem datis die 5. Decembris Anno 1630. Summarii N. XXXIII.

Interim cùm Abbas Fuldenſis alias novitates accumularet, nec electionem Decani nobili proſapiâ nati permittere, ſed alterum & ignobilem obtrudere vellet, finiente Anno 1630. d. d. 30. Decembris denuo Capitulum Fuldenſe Archi-Epiſcopum Moguntinum *tanquam Metropolitanum & Patronum ſuum adiit, petiitque, ut in eventum idem Metropolitanus neo-eligendi Decani electionem confirmare, ac apud Summum Pontificem intercedere dignetur, ut eadem electio, ac eligendi Jus Capitulo confirmetur.*

Teſtante extractu longarum literarum Capituli ad Archi-Epiſcopum de die 30. Decembris Anno 1630. Summario hoc N. XXXIV.

aſſenſit Archi-Epiſcopus Moguntinus petitis Capituli Fuldenſis vi reſponſoriarum Anno 1631.

d. d. 4. Januarii 1631. Summar. N. XXXV.

inſuper idem laudatiſſimus Princeps Elector Moguntinus, cùm interim Abbas Fuldenſis à D. Nuntio Apoſtolico Leodii tunc exiſtente inhibitionem expiſcatus fuerat electionis Decani, cum eodem D. Nuntio ſuper cauſæ meritis, & inhibitione ſub- & obreptitiè obtenta egit, ac commemoravit, *ad ſe Metropolitani Jure, & antiquâ Fuldenſis Eccleſiæ cum Moguntina conſenſione* hanc rem ſpecialiter ſpectare, ne plebeji cum nobilibus in Capitulo Fuldenſi miſcerentur.

Literis ad D. Nuntium datis 4. Januarii 1631. Summarii N. XXXVI.

atque efficaci tunc Metropolitani Moguntini operâ tam apud S. Sedem, quàm S. Cæſaream Majeſtatem, nec non in conventu Principum Electorum, nobile Capitulum Fuldenſe in ſuis Juribus, & nobilitatis prærogativis conſervatum eſt.

Non ergo credimus, nobile Capitulum Fuldenſe, quod Electori Moguntino Metropolitano ſuo potiſſimùm debet hanc prærogativam nobilitatis ſibi conſervatam, nunc cum iis, qui tam injuſtè, quàm frivolè Jus idem Metropoliticum inauditis auſibus negare volunt, conſentire. Profectò ſi his in annis ad ignobiles Jura Fuldenſis Eccleſiæ delapſa fuiſſent, Epiſcopatûs exempti deſiderium illos non invaſiſſet.

Annus qui ſequebatur, ſupra milleſimum ſexcenteſimum trigeſimus ſecundus erat, quando Germania à mari ſeptentrionali ad Alpes usque bello conflagravit, Guſtavò Adolpho undequaque victorioſa & periculoſa Principatibus Eccleſiaſticis arma circumferente, & ipſis Fuldæ finibus appropinquante. Abbas Fuldenſis tunc è Principatu ſuo abſens fuit, nec ipſum Capitulum Fuldenſe, ubi terrarum degeret, ſciebat. In hac rerum anguſtia, cùm bellicos motus ex viſceribus Imperii amoliri ſtuderent Electores Catholici, Capitulum Fuldenſe dicens, *ſe poſt Deum in Principe Electo-* Anno 1632.

 re

re Moguntino TANQUAM METROPOLITANO SUO *refugium ponere*, eundem rogavit, *ut pace ab Electoribus cum Rege Sueciæ, mediante Rege Chriſtianiſſimo, pangendâ, etiam Fuldenſis Abbatia comprehendatur.*

Literis datis 5. *Februarii Anno* 1632. *Summarii N. XXXVII.*

Occubuerat eodem Anno 1632. in ipſa celebri acie Suecos inter & Cæſareanos apud Lipſiam Saxoniæ emporium Abbas Fuldenſis Joannes Bernardus; ut proin tam periculoſis temporibus Abbatiæ de Abbate digno mox provideretur, Imperator Archi-Epiſcopum Moguntinum juſſit, ut Abbatis Electioni & Imperatorio nomine, & *quà Metropolitanus in Perſona* intereſſet; prout patet

Ex literis Imperatoris 7. *Februarii A.* 1632. *ad Abbatem S. Panthaleonis Coloniæ datis. Summarii N. XXXVIII.*

Anno 1633. Interim quidam S. Gallenſes in Helvetia monachi, à defuncto Abbate Fuldam adſciti, ejus Monaſterii neutiquam Capitulares, vacantis Abbatiæ regimen occupare volebant; Archi-Epiſcopus Moguntinus verò, cùm temerariis his auſibus reſiſtendum putaret, à D. Nuntio Apoſtolico Colonienſi expetivit, ut illos monachos quietos eſſe jubeat; his verbis uſus: *quoniam ad* NOS TANQUAM METROPOLITANUM EJUS ABBATIÆ, *ob multas etiam cauſas Moguntinæ Eccleſiæ intercedentes, cura non minima ſpectat. . . . . interveniente S. Cæſareâ Majeſtate, authoritate noſtrâ & curâ, & eorum, qui de Capitulo ſunt, ſtudio, ita eidem Abbatiæ proviſum iri, ut Sanctiſſimo Domino noſtro ſatisfiat.*

Literis ad D. Nuntium Colonienſem datis 1. *Martii* 1633. *Summarii N. XXXIX.*

Imò cùm iidem extranei monachi, unà cum quibusdam juvenibus ſtudiis operam dantibus Coloniæ Fuldenſibus monachis, quorum nullus capitularis adhuc erat, eò temeritatis progrederentur, ut inani conatu in Abbatem Fuldenſem alium Abbatem Sieburgenſem poſtularent, ac theſaurum & archivium Fuldenſe, quod belli & ſecuritatis causâ Coloniam delatum, & in conventu Franciſcanorum de obſervantiâ depoſitum fuerat, occupare vellent, idem Elector Moguntinus nuntiavit Franciſcanis iisdem, ſe TANQUAM ECCLESIÆ FULDENSIS METROPOLITANUM hæc non paſſurum, monuitque, ne ex rebus depoſitis cuiquam quid extraderetur.

Literis datis 3. *Martii* 1633. *Summarii N. XL.*

Rem ipſam etiam Imperatori his verbis nuntiavit: *ſe tanquam Metropolitanum, & ſimul propter communem omnium Eccleſiarum Metropolitanarum, & Cathedralium hac in re cauſam, Cæſarem rogare, ut frivolam illam poſtulationem ratam non habeat, verùm Prælatis & Capitularibus Fuldenſibus proximè futuram electionem indulgeat, electúmque Regalibus inveſtiat.*

Literis datis eodem 3. *Martii* 1633. *Summarii N. XLI.*

Ipſi deinde Abbatis Fuldenſis electioni à Capitulo legitimè factæ in qualitate Metropolitani, & ſimul Commiſſarii Cæſarei, ùt paulò antè dictum, interfuit.

Vid.

Vid. CHRISTIANUS JOANNIS Tom. 1. Rerum Moguntinarum fol. 942. fol. 947.
& notetur infidelitas mercede conducti Hiſtorici Fuldenſis SCHANNATI, qui omnia hæc malâ fide diſſimulavit.

Ac cùm Joannes Adolphus ab Hoheneck Abbas menſe Martio per compromiſſum electus eſſet, mox Franciſcanis depoſitariis mobilium pretioſiorum Fuldenſium tam quà Commiſſarius Imperatoris in negotio electionis, quàm *quà Metropolitanus Eccleſiæ Fuldenſis* mandavit, ut illa mobilia neo-Abbati Fuldenſi extradantur, ſpopónditque, ſe ſecurum & indemnem depoſitarium apud Cæſarem, & quoscunque hac in re præſtiturum.

Literis datis 2. Aprilis 1633. Summarii N. XLII.

Sicut verò in iisdem qualitatibus à neo-electo Abbate corporale juramentum exegerat, de reformanda regulari diſciplina Monaſterii Fuldenſis idem Archi-Epiſcopus Elector Moguntinus, ita pariter promiſit Imperatori, ſe *tanquam Metropolitanum Eccleſiæ Fuldenſis* omnem operam præſtiturum, ut hæc ipſa reformatio executioni detur, rogatque, ut ſicut electio illa à D. Nuntio Apoſtolico Leodienſi, ipſoque Pontifice pro valida habita jam ſit, ita Imperator inquietorum monachorum, qui frivolè poſtulârant alium, ſub- & obreptionibus auditum non præſtet.

Literis datis 26. Januarii 1634. Summario N. XLIII. Anno 1634.

Similiter etiam Abbatem quendam in Crems-münſter rerum participem de futura reformatione monuit, voluítque, ne tricæ novo Abbati amplius fierent, his verbis uſus: *Noſtra tanquam ad electionem deputati Commiſſarii Cæſarei*, METROPOLITANI ET ORDINARII *reputatio & authoritas in re non parum verſatur &c.*

Teſtantibus literis ad eundem Abbatem d. d. 27 Aprilis 1634. Summarii N. XLIV.

Cùm verò paulò pòſt Abbas Fuldenſis mortuus eſſet, & ex Eccleſiæ Fuldenſis theſauro, S. Reliquiis & pretioſis aliqua adhuc depoſita reſtarent in ſupradicto Franciſcanorum obſervantium Colonienſi conventu; ut ea eò meliùs citra omnem jacturam conſervarentur, idem Moguntinus Elector TANQUAM DICTÆ FULDENSIS ECCLESIÆ METROPOLITANUS à Franciſcanis petiit, ut interpoſitâ ſtipulatione de vadimonio & indemnitate præſtanda illa extraderentur. Anno 1635.

ut teſtantur literæ Archi-Epiſcopi d. d. 26. Februarii 1635. Summarii N. XLV.

Præerat abhinc Eccleſiæ Fuldenſi Hermannus Georgius Abbas, cui poſtea placuit, cum majoris partis capituli conſenſu Coadjutorem quendam Baronem à Sinzig non capitularem poſtulare. Sed ſubitò & Abbatem & Capitulum poſtulationis pœnituit; hinc ſtatim, quàm è vivis exceſſerat Abbas Hermannus Georgius, velociſſimè ad electionem Joachimi Abbatis proceſſerunt, illius ipſius, qui poſtea cum Eccleſia Metropolitana Moguntina, & Cathedrali Herbipolenſi

 anno

anno 1662. concordiam illam, de qua paulò pôſt, inſit. Utrumque & poſtulationis & electionis factum Archi-Epiſcopo Moguntino cum plurimis excuſationibus, quare non prævie cum illo his ſuper rebus communicârint, nuntiaverunt.

Literis datis 5. Martii 1644. *Summario N. XLVI.*

Anno 1644. quibus repoſuit Archi-Epiſcopus Moguntinus, ſe recordari *Fundationis, jurium, & Privilegiorum Fuldenſium non minùs, quàm juris ſui Metropolitici, adeóque hac in re verſantis ſui intereſſe; bene itaque & obſervantiæ conformiter facturum fuiſſe Capitulum, ſi maturiùs negotia hæc ſibi nuntiaviſſent;* interim ſperare ſe, nec à Sanctitate ſua, nec Cæſarea-Majeſtate quidquam contra ſtatuta & conſuetudines Eccleſiæ Fuldenſis judicatum iri.

Literis datis 14. *Martii* 1644. *Summarii N. XLVII.*

Toto illo tempore bellicorum in Germania tumultuum Fuldenſes Abbates philacteria ſua dilatare non poterant; reſtitutâ verò per Weſtphalicos tractatus anno 1648. ac executionem eorundem anno 1650. Germaniæ quiete, priſtinæ Abbatis Fuldenſis cum Epiſcopo Herbipolenſi ſuper prætenſa juriſdictione quaſi-Epiſcopali lites mox recruduerunt. Qui tunc Herbipolenſi Eccleſiæ præerat, Joannes Philippus à Schönborn, Princeps celeberrimus & pacificus, & pa-

Anno 1656. riter Archi-Epiſcopus Moguntinus erat; hic circa annum 1656. variis literis & curis lites ſuper Fuldenſi Juriſdictione amicabiliter componere ſtuduit, negotium cœptum, interruptum, concluſum non eſt; tandem viſum eſt Herbipolenſi Eccleſiæ, ejúsque Vicariatui, communis & Herbipolenſium & Fuldenſium Metropolitani, ſcilicet Archi-Epiſcopi Moguntini opem implorare,

Vide Summarium in Serie facti & Juris Moguntiæ impreſſa 1753. *N. I.*

Anno 1662. quam denegare non potuit Metropolitanus, ſed ex judicio Metropolitico duos viros ampliſſimos, unum in Epiſcopali dignitate jam conſtitutum, alterum ad eandem paulò pôſt promotum, ad Fuldenſem Abbatem miſit, ut æquis legibus vel concordiam conciliarent, vel viſitationem Archi-Epiſcopalem Abbati denuntiarent. Quàm humaniſſimè ac ſolenni audientiâ excepti ſunt illi, ac utiliſſima Fuldenſi Abbatiæ paulò pôſt concordia illa anno 1662. inter Eccleſiam Metropolitanam Moguntinam, Cathedralem Herbipolenſem, & Abbatiam Fuldenſem inita fuit, in qua ſtipulatum eſt, 1. „ut juriſdictio Eccleſiaſtica ab Abbate poſſeſſa penes ipſum, & Ab„batiam Fuldenſem relinquatur. 2. ut tamen in caſu, quo Abba„tia Fuldenſis contra Fundatorum mentem in alienas ſive Catholico„rum, ſive Acatholicorum manus deveniret, hæc tranſactio neque „Archi-Epiſcopo Moguntino, neque Epiſcopo Herbipolenſi cedat „in præjudicium, nec illi hâc teneantur, ſed jus ſuum Epiſcopale „plenariè tunc manutenendi & exercendi poteſtatem habeant, ac „eousque tantùm hæc ceſſio Juriſdictionis rata habeatur. 3. ut „quilibet novus Abbas Fuldenſis tam ab Archi Epiſcopo Moguntino,

„tino, quàm Epiſcopo Herbipolenſi confirmationem remiſſi juris „quaſi-Epiſcopalis petere teneatur, eámque confirmationem Juris-„dictionis quaſi-Epiſcopalis ſic conceſſæ ſinè impenſis vel taxa uter-„que Moguntinus & Herbipolenſis Antiſtes impertiri debeat. . . . Quia verò Herbipolenſis Epiſcopus appellationes ex diſtrictu quodam Fuldenſi ad ſe deſideraverat, ſed Abbati Jurisdictio relicta fuerat, ſinè tali appellandi jure ad Epiſcopum, hinc adjecta fuit clauſula: *ſalvo tamen Jure Metropolitano, & remedio appellationis ad Metropolitanum, juxta ordinem ab Eccleſia Catholica, cunctisque Diœceſibus hujus Provinciæ Moguntinæ laudabiliter receptum, & in viridi obſervantia conſtitutum.*

Hanc confeſſionem Juris Metropolitici in viridi obſervantia conſtituti, confeſſionem fuiſſe rei veriſſimæ & notoriæ, ex paulò antè allatis factis patet.

Concordia illa à prædictis tribus Eccleſiis Moguntina, Herbipolenſi, & Fuldenſi omnium Capitulorum conſenſu inita & munita, ad amuſſim obſervata fuit ab omnibus contrahentibus; poſt mortem enim Joachimi Abbatis Fuldenſis ejus in Abbatia ſucceſſor Bernardus Guſtavus Badenſis Marchio confirmationem relictæ Jurisdi- Anno 1676. ctionis petiit ab Archi-Epiſcopo Moguntino, & Epiſcopo Herbipolenſi; poſt mortem Bernardi Guſtavi id ipſum petiit, & obtinuit ejus ſucceſſor Placidus Abbas Fuldenſis.

Literis datis 4. Februarii 1678.

Et reſponſo accepto à Metropolitano Moguntino 17. Februarii eodem anno 1678. Anno 1678.

Vid. Summar. adjunctum ad Seriem Juris & facti Moguntiæ impreſſam 1753. N. XX. XXI.

Sed poſt aliquorum Epiſcoporum Herbipolenſium deceſſum, viſum fuit Epiſcopo Herbipolenſi concordiam illam impugnare, utpote Eccleſiæ ſuæ damnoſam, ac ad eandem impugnandam etiam Archi-Epiſcopum pariter Moguntinum invitavit, miſſo Moguntiam legato, ac exhibitis rationibus, quare concordia illa tanquam utrique Eccleſiæ Moguntinæ & Herbipolenſi damnoſa reſcindenda ſit. Anno 1688.

Hoc Summario N. XLVIII.

Econtrario Abbas Fuldenſis Archi-Epiſcopum Moguntinum inſtantiſſimè rogavit, ut non tantùm concordiam hanc tam ſalutariter initam, à tot Prædeceſſoribus confirmatam, & conſtanter obſervatam in ſuo vigore relinquere, ſed etiam Epiſcopum Herbipolenſem ab ejus impugnatione dehortari &c. velit.

Literis datis ad Archi-Epiſcopum 31. Auguſti 1689. in Serie Facti & Juris Moguntinâ Summarii N. IV. Anno 1689.

Eaſdem preces repetiit Abbas Fuldenſis Placidus 28. Octobris eodem anno 1689. dum Apoſtolica commiſſio in perſonam Suffraganei Moguntini ad examinandum teſtes, ab Herbipolenſi Epiſcopo productos, directa eſſet.

Teſtante eodem Summar. N. XVI.

Ac magis energicè idem Abbas ipſum Capitulum Metropolitanum Moguntinum pro vigore concordiæ imploravit, datis literis 18. Novembris 1689.

Teſtante eodem Summario N. XX.

Archi-Epiſcopus Moguntinus non tantùm reſponſoriis ad Abbatem d. d. 3. Septembris 1689. & d. d. 5. Novembris eodem anno

Eodem Summario N. XV. XVII.

Spopondit obſervantiam concordiæ, ſed inſuper Suffraganeo ſuo in mandatis dedit, ne quidquam Juribus Moguntinis contrarium occaſione dictæ commiſſionis Apoſtolicæ fiat.

Teſtante eodem Summario N. XVIII. XIX.

Anno 1690. ſeqq. Interim Epiſcopus Herbipolenſis litem jam coram S. Rota introduxerat, ac concordiam illam de anno 1662. ex ſua parte tanquam Eccleſiæ Herbipolenſi damnoſam, & tanquam alienationem rei Eccleſiaſticæ, ſcilicet juris Diœceſani in Fuldenſem Abbatem ſinè requiſitis canonicis factam impugnaverat; obtinuítque deciſionem ſibi favorabilem, quâ ex cauſis allatis concordia reſcinditur

Coram Em:rix 4. Februarii 1692. in eodem Summario N. XIII.

licèt verò eodem jure, quo Epiſcopus Herbipolenſis, pariter & Moguntinus ceſſam, alienatámque Juriſdictionem in partem Fuldenſis diſtrictûs trans-fuldanam; Herbipolenſi majorem, vel æqualem, in damnum Eccleſiæ Moguntinæ factam dicere, & concordiam facili labore, ac latâ jam ſententiâ potuiſſet impugnare, nimiùm tamen ſemper erga Fuldam benigna, nimiúmque fidei datæ tenax fuit Moguntia; adeóque cùm Eccleſia Herbipolenſi, ſæpiùs licèt implorata, cauſam communem contra Fuldam non fecit; è contrario cùm poſt mortem Placidi Abbatis Fuldenſis ejus ſucceſſor Adalbertus Abbas, qui anno 1714. obiit, juxta concordiæ leges, confirmationem ſæpe dictæ concordiæ, ac ceſſæ Juriſdictionis ab Archi-Epiſcopo Moguntino Lothario Franciſco, qui anno 1729. obiit, peteret,

Anno 1700. ſeqq. *Literis 2. Julii anno 1700. datis in dicto Summario N. XXIII.*

Eandem confirmationem indulſit idem Metropolitanus

Reſponſoriis d. d. 8. Julii 1700. eodem Summario. N. XXIV.

Sicut autem hoc ipſo Abbas Fuldenſis jura Moguntina in eadem concordia ſæpe dicta, licèt quantum Herbipolim & Fuldam attinet, in favorem Herbipolenſis Epiſcopi reſciſſa, poſt hanc reſciſſionem luculentiſſimè mox dictis literis agnovit, ſic planè Fuldenſis Abbatia hoc ipſum, & illam quietem non collitigantis Archi-Epiſcopi Moguntini, ſed concordiâ de anno 1662. contenti, frequenter coram S. Rota allegavit, ac palam judicialiter

In ſuo Summario Jurium coram de la Tremoille N. 74. fol. 56.

JUS METROPOLITICUM MOGUNTINUM ſibi controverſum non eſſe; ad adductam illam clauſulam: ſalvo Jure Metropolitico, confeſſa fuit. Licèt verò has Abbatum confeſſiones factas dicat ſcriptor Fuldenſis §. 73. ſui ſpeciminis, ut ſe contra Herbipolen-

lenſes *defenderent*, factas tamen eſſe negare nequit, adeóque Jura Moguntina non tantùm poſſeſſa, ſed etiam confeſſata fateri debet.

Interim fervebat coram S. Rotalis Herbipolim inter & Fuldam ſuper cauſa principali; Seriem totius cauſæ jam retulimus

In hoc Summario N. II

quam relegi rogamus. Nihil non tentavit Fulda, ut quibuscunque coloribus contra Herbipolim Jurisdictionem ſibi vendicaret, mox, ante ortum Epiſcopatum in Franconia & Herbipoli, nativam libertatem, ſed fruſtra, prætendit, mox privilegia de ſolo Monaſterio, perſoniſque regularibus loquentia, &, neſcio, quem ſemi-Epiſcopatum, ſed rurſus refragante Rotâ, allegavit; demum ſalutem in miſera quadraginta annorum præſcriptione quæſivit, quam præſertim durante bello tricennali Suecico numeravit, quo per leges Patrias Imperii Romano-Germanici notorias præſcriptiones non currunt, ac quoad hanc quadragenariam præſcriptionem S Rotam aſſentientem, & pro ſe judicantem habuit uſque ad annum 1714.

Hac ipsâ lite pendente Fuldenſis Abbas, quàm audacter ex tam frivolis rationibus facultatem petiit, conferendi SacramentumConfirmationis anno 1706. ſed & repulſam paſſus fuit juſtiſſimè à S. Congregatione.

Judicatum illud mox dictum Rotæ attentos reddidit varios Chriſtiani Orbis Epiſcopos, ſcilicet *per ſolam quadraginta annorum præſcriptionem ex Abbatibus poſſe fieri quaſi Epiſcopos*, & *per eam acquiri Jurisdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem.* Archi-Epiſcopus Elector Moguntinus Lotharius Franciſcus literis

d. d. 26. Octobris 1707. & d. d. 5. Novembris 1707. Anno 1707.

ab Epiſcopo Herbipolenſi Joanne Philippo à Greiffenclau moderni Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Epiſcopi Patruo imploratus, pariter ſan. mem. Clementi XI. P. M. hac ſuper re ſcripſit, ut hæc præjudicialis ſibi, ſuæque Provinciæ, ac totius Orbis Epiſcopis ſententia proſcriberetur,

Vid. Summarium hoc N. XLIX.

ſimúlque ad petitionem ejusdem Herbipolenſis Epiſcopi veriſſimè atteſtatus fuit, *quòd ante belli Suecici tempora Germania nullum Abbatem cum territorio ſeparato ſciverit, bellique Suecici tempora in Germania per Leges Imperii non ſint in præſcriptionem computanda.*

Has itaque ob cauſas Judicatis Rotæ per appellationem ſuſpenſis

Vid. hoc Summarium N. L. Anno 1721.

tandem Anno 1721. tam decreto S. Congregationis, quàm ipſius Sanctæ memoriæ Clementis XI. ad prævium elaboratiſſimum, & æterno encomio laudandum diſcurſum moderni *Sanctiſſimi D. N.* ſolidiſſimáſque ejus rationes hæc pariter quadragenaria præſcriptio ad

acquirendum territorium ſeparatum, & Jurisdictionem quaſi Epiſcopalem Fuldenſem cum excluſione Epiſcopi prorſus inſufficiens declarata fuit.

Vid. §. 24.

Sic itaque in novas anguſtias redactus Abbas Conſtantinus Adalberti ſucceſſor nova conſilia iniit, ac novam concordiam ſuâ dexteritate cum Eccleſia Herbipolenſi conciliavit, in qua, quidquid eidem promiſerat Fulda in anno 1662. denuo repetit. At verò licèt
Anno 1722. confirmatio hujus concordiæ Apoſtolica inſtantiſſimè peteretur, S. Congregatio Concilii Anno 1723.

Vid. Summarium hoc N. XVI. & §. 25.

Anno 1723. eam conſtanter denegavit ex ratione, quòd concordia illa Herbipolenſi Eccleſiæ non proficua, quòd hæc ex decreto Clementis XI. novum jus acquiſierit, & quòd judicata Rotæ pro præſcriptione Fuldenſi per illud decretum labefactata ſint. Sic itaque res litigioſa permanſit.

Anno 1724. Cùm verò Epiſcopus Herbipolenſis, cum quo Abbas concordaverat, mortuus eſſet 18. Auguſti 1724. vigilandum ſibi putavit idem Abbas, & ante novi Epiſcopi electionem Sede vacante confirmationem concordiæ impetrandam; hinc ſtatim curatum eſt, ut 9. Septembris ejusdem anni proponeretur cauſa, & denuo peteretur confirmatió concordiæ prædictæ; ſed ſapientiſſima S. Congregatio Concilii reſpondit: *Dilata, & exſpectetur electio novi Epiſcopi.*

Novus Epiſcopus Herbipolenſis Franciſcus Chriſtophorus ex Familia Baronum ab Hutten tam parum Fuldæ favere voluit, ut potiùs ejus auſibus fortiter reſtiterit; hinc non ampliùs cogitatum de petenda confirmatione concordiæ.

Anno 1726. Nihilominus Fuldenſis Abbatia ſemper ad altiora tendens anno 1726. Epiſcopum in partibus, qui eſſet ab obſequiis Abbatis, petiit. Narrata Abbatis extant

In Summario N. XI.

quæ an ſub-& obreptionis vitio non ſubjaceant, judicent Germani rerum conſcii.

Re ipsâ ſinè cauſæ cognitione, ex ſola audientia Sanctiſſimi teſtante decreto à D. Cardinale Coſcia ſubſcripto

Eodem Summario N. XII.

Anno 1727. Fuldenſis Abbas ad prædicta narrata Epiſcopum illum in partibus obtinuit. Attamen conceſſioni Epiſcopi in partibus inſerta clauſula fuit; *ſinè præjudicio Jurium Epiſcopi Herbipolenſis.*

Porro ſicuti Fuldenſes ſemper, ſic etiam tunc ſuum refugium habuerant ad Archi-Epiſcopum Electorem Moguntinum, ac Abbas Fuldenſis

Literis datis 18. *Februarii* 1727.

conſecrationem hujus novi Epiſcopi in partibus ab Archi-Epiſcopo petiit.

Re-

Reſpondit Archi-Epiſcopus Moguntinus
Literis datis 7. Martii 1727.
„*ſe favere Fuldæ, quidquid ſinè ſuo præjudicio S. Sedes huic Abbatiæ* „*concedat.* Petivit tamen exemplar literarum Apoſtolicarum ſuper de- „putatione Epiſcopi in partibus Fuldam versùs, ac deinde obti- „nuit, ſimul etiam in memoriam revocavit priſtinam Prædeceſſoris „in Archi-Epiſcopatu Moguntino Joannis Philippi Electoris erga „Fuldam benevolentiam; nempe ſapientiſſimus idem Elector Moguntinus Lotharius Franciſcus, antequam in conſecrationem cujusdam Epiſcopi in partibus pro Fulda conſentiret, ſuorum Conſiliariorum mentem exquiſierat, num hic Epiſcopus in partibus Fuldæ creatus Juribus Moguntinis obeſſet, illique conſultum fuerat, quòd talis Epiſcopus in partibus Juri Metropolitico Moguntino, ac ſtabilitæ per Joannem Philippum Electorem Moguntinum cum Fulda concordiæ de anno 1662. ſuper Juriſdictione Abbatis non obeſſet, quam ob rem eam commemorationem *Joannis Philippi Archi-Epiſcopi Electoris Moguntini* Abbati Fuldenſi fecit.

Eodem modo modernus Reverendiſſimus Princeps Fuldenſis annutu Archi-Epiſcopi Moguntini in Epiſcopum Themiscyrenſem in partibus, ac ſecundum Epiſcopum Suffraganeum Fuldenſis Abbatis conſecratus fuit 1728. Anno 1728.

Non autem ita placidè rem aſpexit Herbipolenſis Eccleſia; enimverò acerrimè ſuper deputatione talis Epiſcopi ab obſequio Abbatis conqueſtus fuit Epiſcopus, præſertim anno 1728. literis ſcriptis ad Summum Pontificem, & ſcripto in Curia exhibito
Vid. Summar. N. XIV. & N. XV.
Idque tum ex rationibus canonicis, tum ex circumſtantiis facti, quòd talis Epiſcopus Fuldæ neceſſarius neutiquam ſit, tum præſertim ex eo, quòd Juriſdictio Abbatis ſit litis pendentis, ac judicata Rotæ reſciſſa ſint per decretum S. Congregationis, & Clementis XI. prout fuſiùs habetur in eodem ſummario.

Imò cùm modernus Reverendiſſimus Princeps Fuldenſis anno 1738. in Abbatem eligeretur, eique quà Epiſcopo Themiſcyrenſi in partibus facultas data eſſet, in diſtrictu Fuldenſi exercendi ea, quæ ſunt Ordinis *authoritate Sanctitatis ſuæ, & Sedis Apoſtolicæ*, tunc adhuc Epiſcopus Herbipolenſis apud Summum Pontificem Clementem XII. recenter conqueſtus fuit, eoquòd Fulda ſit de Diœceſi Herbipolenſi, ac judicata Rotalia annullata ſint. Anno 1738.

Sic conſtituta res fuit usque ad modernum Reverendiſſimum Principem Fuldenſem, & annum 1751.

Hoc anno Fuldenſi Abbatiæ ſors contigit, cum Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Epiſcopo Herbipolenſi die 24. Julii concordiam quandam ineundi, quâ quidem tenor concordiæ de anno 1662. ratione Juriſdictionis continetur, varia tamen adjecta ſunt Juribus Moguntinis præjudicioſa, quæ particulariter recenſere non eſt hujus loci. Contigit ulteriùs Fuldæ, procul dubio ad ſuas preces, & non motu proprio menſe Novembri eodem anno 1751. conſenſum S. C. Maje- Anno 1751.

 ſtatis

ſtatis obtinere in aliquem novum Epiſcopatum Fuldæ erigendum. S.C. Majeſtas poſtmodum conqueſta fuit

Vid. Summar. N. LVI.

eo, quo oportuerit, candore, conſilia ſibi communicata non fuiſſe; igitur qui ſciunt, quid ſub-& obreptio ſit, hic judicent. Concordia eadem, quæ ab oppido Fuldenſi Hammelburgi, ad quod excurrere placuit Herbipolenſibus, Hammelburgenſi vocari cœpta eſt, licèt ibi ſignata non ſit; concordia, inquam, hæc à S.D.N. non ex toto,
Anno 1752. ſed caſſato quodam articulo confirmata fuit 1. Octobris 1752. Quatriduo pòſt, ſcilicet tertio nonas, ſive 5. Octobris Fuldenſis Abbatia in Epiſcopatum erecta fuit, quem nunc prætendunt exemptum. Eodem die 5. Octobris ob pacis Eccleſiaſticæ ſtudium Epiſcopo Herbipolenſi Pallium, Archi-Epiſcoporum Inſigne, conceſſum eſt.

Archi-Epiſcopus Princeps Elector Moguntinus certam de Pallio notitiam menſe Julio eodem anno 1752. de erigendo Epiſcopatu Fuldenſi menſe Novembri ejusdem anni, de erecto per literas
Anno 1753. Reverendiſſimi Principis Fuldenſis vix 8. Januarii 1753. accepit, ſimul verò per P. S. earundem Fuldenſium literarum d. d. 15. Januarii 1753. didicit, quòd eidem Reverendiſſimo Principi Fuldenſi *genuinæ rei circumſtantiæ, & Summi Pontificis intentio adhuc incognita ſint.*

Sed diſtributum in publicis S. R. J. Comitiis Fuldenſi nomine menſe Septembri 1753. Scriptum typis impreſſum docuit, quæ Fuldenſium ſit intentio.

Atque hæc ex meris documentis authenticis excerpta conatûs Fuldenſis hiſtoria eſt, ex qua ſola ſatis judicare poterit impartialis lector; meliùs autem Germanus.

Quòd documenta hoc in Summario ſub Numeris I. III. IV. V. VI. VII. IX. XVII. & à Num. XIX. usque ad Num. LII. incluſivè allegata ſuis Originalibus, in Archivio Electorali Moguntino aſſervatis, prævià diligenti collatione de verbo ad verbum, non modò conſona, ſed factâ etiam partim ex idiomate germanico in latinum translatione, genuino ſenſui originario quoad omnia concordantia ſint, Nos infrà ſcripti Archivarius & Regiſtra-

ſtratores jurati in verbo veritatis, propriarum manuum ſubſcriptione, & ſigillorum noſtrorum appreſſione atteſtamur. Moguntiæ 12. Februarii 1754.

(L. S.) Joannes Ferdinandus Andreas de Lammertz Eminentiſſimi ac Celſiſſimi Principis Electoris Moguntini Conſiliarius Aulicus & Regiminis, nec non Archivarius.

(L. S.) Joannes Franciſcus Adolphus Hartung, Regiminis Electoralis Moguntini Secretarius, Regiſtrator Senior & Taxator.

(L. S.) Joſephus Henricus Ignatius Guaita, Regiminis Electoralis Mog. Regiſtrator.

(L. S.) Paulus Franciſcus Molitor, Regiminis Electoralis Moguntini Regiſtrator.

(L. S.) Anſelmus Caſimirus Menshengen, Regiminis Electoralis Moguntini Regiſtrator.

(L. S.) Joannes Paulus Hartung, Regiminis Electoralis Moguntini Regiſtrator.

Digitized by Google

003674324